eſt rõnalis ⁊ mortalis ꝯſtitutiua eſt hoĩs:rõna
lis võ ⁊ imortalis dei. Ille võ que ſunt irratio
nalis ⁊ mortalis:irrõnabiliũ aĩalium. Sic etiã
ſuprema ſubſtãtia cũ diuiſiua ſit aĩati ⁊ inaĩa-
ti differẽtia ſenſibili ⁊ inſenſibili aĩata ⁊ ſenſi-
bilis cõgregate ad ſubſtãtiã aĩal ꝑfecerũt.ani
mata võ ⁊ inſenſibilis ꝑfecerũt plãtam. Quo
niam ergo eedẽ aliquo modo accepte fiunt cõ
ſtitutiue aliquo modo:at diuiſiue ſpecifice om
nes uocantur.
¶ Hic oſtẽdit ꝙ eedẽ ſunt cõſtitutiue:⁊ diuiſiue. Diui
ſiue inqꝫ generis:⁊ conſtitutiue ſpẽi:ut rõnale diui-
dit aĩal:⁊ mortale conſtituit hoĩem. Siliter (ut vult
iſte Porphyrius) rõnale ⁊ imortale cõſtituũt ange-
lum:ſed non ꝓprie:niſi ualde:equoce. Rõnales an
geli nõ debẽt dici: ſi ſint rationales erũt aĩalia ⁊ cor
porea:qͦ non eſt uerum. Sed ille Porphyrius loq
tur ſm opinionẽ Platonis. Similiter irrõnale diui-
dit animal:⁊ cum mortali eſt cõſtitutiua aĩalium ir-
rationabilium. Poſtea ꝯcludit dicẽs:quoniã ita eſt
ꝙ eedem differẽtie aliquo modo accepte ſunt diui-
ſiue ⁊ cõſtitutiue:oẽs iſte dicunť ſpecifice.
¶ Et his maxime opus eſt ad diuiſiones gene-
rũ ⁊ diffinitiones ſpecierum : ſed non his que
ſm accidens inſeparabiles:nec magis his que
ſunt ſeparabiles.
¶ Hic auctor eligit illam de qua intendit. Poſtqꝫ ita
dictum eſt ꝙ oẽs diuiſiue ⁊ cõſtitutiue ſunt ſpecifice
differẽtie.dicit ꝙ iſtis ſpecificis eſt maximũ opus uel
magis utile in diuiſionibus generum ⁊ diffinitioni
bus ſpecierũ. Et non eſt opus uti illis que ſunt per
accidens:quãuis ſint inſeparabiles:neqꝫ magis:im
mo minus illis que ſunt per accidens:ut iacere ⁊ ſe-
dere:⁊ ſic de alijs.

**Queritur** de ordinatione differentie ad ſpe-
ciem. Nam videť ꝙ auctor priꝰ de-
buiſſet determinare de differẽtia qꝫ de ſpecie. Nam
ſimplex debet precedere cõpoſitum:ſed differentia
eſt ſimplex:⁊ ſpecies quid cõpoſitum:ergo differen
tia debet precedere ſpeciẽ. ¶ Scdo ſic: Principiũ
debet precedere principatũ : ſed differẽtia eſt prinᵐ
ſpẽi:ergo dꝫ precedere ſpẽm. ¶ Contra hoc videť eẽ
illud:q: qͦ poniť in diffinitione alicuius eſt prius il
lo in cuius diffinitione ponitur. Species autem po-
nitur in diffinitione differẽtie: ergo videť ꝙ ſpecies
precedat differẽtiam. ¶ Ad hoc dicẽdum ꝙ prius
debuit determinare de ſpecie:qꝫ de differẽtia dupli-
ci rõne. Una ratio eſt:q: genus ⁊ ſpecies ſunt corre-
latiua:⁊ correlatiua magis cognoſcitur ſi vnum ſit
circa reliquũ:cũ vno cognito cognoſcať ⁊ reliquũ.
Et ideo poſt genus ſtatim determinauit de ſpecie.
Alia ratio eſt:q: genus predicať in quid ſicut ſpeci-
es. Et ꝓpter iſtam cõuenientiam poſt determinatio-
nẽ de genere uoluit determinare de ſpecie ⁊c̃. ¶ Ad
argumẽtum cum dicis:ſimplex debet precedere cõ-
poſitum:uerum eſt ante illud cõpoſitũ:cuius eſt ſim
plex:ſed cum dicis:differẽtia eſt ſimplex:põt dici ꝙ
non eſt uerũ. Nam differẽtia non eſt ſimplex uel ali-
ter ꝙ quãtum ad iſtam ꝓprietatem uerũ eſt ꝙ diffe-
rentia eſt ſimplex ⁊ prior. ¶ Ad ſecũdum cum dicis
principiũ debet precedere principiatum:⁊ differẽtia

eſt principium ſubſtātie: que eſt ſpecies. Cōcedo ꝙ differētia ſit prior quātum ad iſtam ꝓprietatem: ob hoc tamen nō debuit prior eſſe in cognitione.

**Queritur** Utrū rationale uel rōnalitas ſit differētia: Et videtur ꝙ rationalitas: ⁊ non rationale. nam vniuerſale eſt forma: ut habet 7mo meta^ce. ſed differētia eſt vniuerſale: ergo eſt forma. Sed rōnale eſt aggregatuꝫ: ⁊ non eſt forma ſimplex: ſed rōnalitas eſt forma: ⁊ ſic rōnalitas eſt differētia: ⁊ nō rōnale. ¶ Secūdo ſic: Differētia (ut dicit Porphyrius) vniuoce predicat̄: ſed rōnale non p̄dicat̄ vniuoce: ſed potius denoīatiue dicēdo: hō eſt rationalis: ergo patet ꝙ rōnale nō eſt differētia: ergo rōnalitas. ¶ Tertio ſic: Propter qd̄ vnūquodqꝫ ⁊ illud magis: ut dicit̄ primo politicoꝝ. ſed nō eſt differētia rōnale: niſi ꝓpter rōnabilitateꝫ: ergo multoforcius rōnabilitas erit differētia: ut videt̄. ¶ Sed ꝯtra Differētia predicat̄ de illa ſpecie: cuius eſt differētia: ſed rōnalitas non p̄dicat̄ de ſpecie: imo rōnale: ergo rōnalitas non eſt differētia: ſed rōnale.

Qn̄ ſit ꝙ rōnale ſit dr̄ia ⁊ nō rōnalitas

¶ Ad hanc queſtionē dicēdum ꝙ rōnale eſt differētia ⁊ non rationalitas. Et cauſa eſt: qꝛ (ſm ꝙ Auicē. dicit) rōnalitas ſignificat formaꝫ preciſe: ⁊ non pōt p̄dicari de hoīe: cum ſit quoddā cōpoſitum: ⁊ differētia debet predicari de illo cuius eſt differētia. Et ita patet ꝙ rationalitas nō eſt differētia: ſed rōnale eſt differētia: ⁊ predicatur de homine: ⁊ dicit totā eſſentiam: ⁊ quiditatem hominum.

Cur uſe dicat̄ eſſe forma.

**Ad argumenta** ergo ī oppoſitū. ¶ Ad primum cū dicit̄ ꝙ vniuerſale eſt forma. Certe hoc nō eſt uerū de vniuerſali ꝓut eſt res ſubiecta: nō eſt ſimplex forma: naꝫ hō quoddā vniuerſale eſt: ⁊ tn̄ eſt cōpoſitum. Naꝫ pro tāto dicit̄ ꝙ vniuerſale eſt forma: qꝛ forma dat eſſe illi cuius eſt forma. Siliter vniuerſale dat eſſe ſuis īferioribꝰ: ⁊ ita lꝫ rōnale ſit cōpoſitū: eſt tamē differentia. ¶ Ad ſecūdum cū dicis ꝙ differētia predicatur vniuoce de ſpecie. Cōcedo. Et cū dicis ꝙ rōnale predicat̄ denominatiue. Dico ꝙ non oē cōcretum predicatur denoīatiue: ꝓprie ſumēdo p̄dicationem denominatiuam: lꝫ rōnale ſit cōcretum: tamē nō predicat̄ denominatiue: ſed vniuoce.

Quō ītelligit̄ illa regula p̄mi poſterioꝝ: ꝓpt̄ qd̄ vnum qdqꝫ ⁊c̄.

¶ Ad tertiū cum dicit̄: Propter qd̄ ⁊c̄. Certe uerum eſt ſi illud ſit tota cauſa aliter nō. Nam homo eſt ebrius ꝓpter vinū: ſed qa illud non eſt tota cauſa: non ſequitur ꝙ vinum ſit ebrium. Simliter dico ꝙ rationalitas non eſt tota cauſa quare rationale ſit differentia. Ideo nō ſequit̄ ꝙ rationalitas ſit differentia: quia hic ꝓpter non dicit totam cauſam ⁊c̄.

**Q**uas etiam determinātes dicūt. Differentia eſt qua abūdat ſpecies a genere. homo eniꝫ ab aīali plus habet rationale ⁊ mortale. aīal enim ipſuꝫ nihil horum eſt.

**Superius** elegit auctor illam differētiaꝫ de qua intēdit. hic de illa electa ꝓſequitur. Et diuiditur in duas. Primo ꝓponit. Secūdo ꝓſequitur. Scd̄a ibi [Differētia eſt.] Et hec ſecūda in duas. Nam primo ponit duas diffinitiōes differētie ꝓut eſt conſtitutiua. Scd̄o ponit alias duas ꝓut eſt diuiſiua. Scd̄a ibi [deſcribūt.] Prima in duas ſm ꝙ ponit duas diffinitiones. Scd̄a ibi [diffiniunt aūt.] Prima in duas. nam primo ponit differentiam. Scd̄o obijcit cōtra ſe. 2ª ibi [vnde nā.] Prima in duas. Primo diffinit. 2° determinat. 2ª ibi [Non enim.] Illa pars [vnde nam.] duas habet. Prīo obijcit. 3° ſoluit. 2ª ibi [Sed quēadmodum.] Sequitur illa pars [diffiniūt.] ⁊ habet 3. Nam primo diffinit. 2° declarat per exēpla. 3° per rōnem. 2ª ibi [rōnale.] 3ª ibi [rebus enim.] Sequitur illa pars [deſcribūt.] ⁊ diuiditur in duas. Nam primo ponit duas diffinitiones differētie. 2° regreditur cōtra primā ut eaꝫ cōfirmet ⁊ declaret. 2ª ibi [iterius aūt.] Prima in duas ſm ꝙ ponit duas diffinitiones. 2ª ibi [Aſſignāt autem.] Quelibet iſtarū diuidi poſſet ſm ꝙ primo ponit diffinitionē. Scd̄o declarat. Et hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primā partem ſic ꝓcedit. Dictuꝫ eſt ꝙ differētijs ſpecificis opus eſt uti in diuiſionibꝰ generum: ⁊ diffinitionibꝰ ſpecierū: quas ſpecificas dicūt ipſi philoſophi. [Determinātes.] i. diffiniētes: ita diffiniūt. Differētia eſt qua abūdat ſpēs a gn̄e. i. p quā plus ponit̄ in diffinitiōe ſpēi qꝫ generis: declarat ut homo abūdat ab aīali illa differētia rōnale. Nam in diffinitione aīalis nō cadit rōnale: ſed in diffinitiōe hoīs ponit̄. nam aīal nihil horū eſt: hoc eſt illud qd̄ ſignificat̄ noīe aīalis non eſt rōnale neqꝫ irrationale ſed cōmune ad utrūqꝫ.

¶ Nam vnde habent ſpecies differentias: nec enim omnes oppoſitas habet nāqꝫ ideꝫ ſimul non habebit oppoſitas: ſed quēadmodum ꝓbant. poteſtate quideꝫ omnes habet ſub ſe poſitas differentias: actu v̄o nullam. Et ſic nec ex his que nō ſunt aliquid fit: nec in eodem ſimul oppoſita erūt.

¶ Dicit cōtra ſe: qꝛ dixit ꝙ ſpēs abūdat a genere per ipſam differētiam: ergo vnde habebit ſpecies illam differētiā. Nam nō pōt eā habere ex nihilo: qꝛ ex nihilo non eſt aliqd: neqꝫ habet a genere: qꝛ ſic eſſent duo oppoſita in eodē. i. due differētie oppoſite in genere: qꝛ qua rōne eſſet ibi rōnale: eadem rōne ⁊ irrōnale. Et ſoluit dicēs: ꝙ ſpēs habet illas differētias a genere: ⁊ genus habet illas differētias oppoſitas in potētia ⁊ nō actu: ⁊ nō eſt incōueniēs: oppoſita eſſe in eodē in potētia: ſed in actu bene eſſet incōueniens in potētia ego ſum albus ⁊ niger: ſed non in actu.

¶ Diffiniūt autem ⁊ hoc modo. Differētia eſt que de pluribus ⁊ differētibus ſpecie in eo ꝙ quale ſit predicat̄. Rōnale enim ⁊ mortale de hoīe predicatū in eo ꝙ quale eſt homo dicitur ſed non in eo ꝙ quid eſt: qd quidē eniꝫ eſt hō nobis interrogatis cōueniēs eſt dicere animal. quale aūt inquiſiti: quoniam rationale ⁊ mortale cōuenienter aſſignabimus.

¶ Ponit aliam diffinitionē dicēs: Differentia eſt que predicat̄ de pluribꝰ differētibus ſpecie in eo ꝙ quale. Et declarat per exēpla: ut rōnale de hoīe ⁊ angelis in eo ꝙ quale predicat̄. Nam cuꝫ querit̄ quale eſt homo: bene reſpōdetur rōnalis. ⁊ ita in quale predicatur differentia. Sed ſi queratur quid eſt homo: tūc bene reſpondetur animal. Et ita animal quidem genus predicatur in qd.

¶ Rebus enim ꝯſtantibus ex materia ⁊ forma uel ad ſimilitudineꝫ proportionēqꝫ materie ⁊ forma ꝓportionē habētibus: quēadmodū ſtatua ex materia qdē eſt eris: ex forma autē figura: ſic ⁊ homo cōmunis ⁊ ſpecialis ex materia quidem ſimiliter proportionabiliterqꝫ conſiſtit ex genere: ex forma aūt differentia. Totū āt hoc. ſ. animal rationale: ⁊ mortale homo eſt: quēadmodū illic ſtatua.

¶ Hic declarat per rōnem. Et poteſt formari talis rō: Qualitas predicatur in quale: ſed differētia eſt quali

tas: ergo differētia p̄dicatur in quale. Sed q̄ differētia ſit qualitas: ꝓbo ſic: Oīs forma eſt qualitas: ſed differētia eſt forma: ergo eſt qualitas: in littera ꝓbat q̄ differētia ſit forma. Nam ſicut in natura ſtatua eſt quoddā cōpoſitū ex ere pro materia: ⁊ figura pro forma: ita ſpecies eſt cōpoſita ex genere pro materia ⁊ differētia pro forma: ⁊ ita differētia eſt forma.

¶ Deſcribūt aūt huiuſmodi differētias: ⁊ hoc modo. Differētia eſt q̄ eſt aptum natū diuidere ea que ſunt ſub eodē genere. Rationale eni ⁊ irrationale hoīem ⁊ equum: que ſub eodem ſunt genere animali ſunt diuidunt.

¶ Hic ponit alias diffinitiones differētie, ꝓut eſt diuiſiua. Et dicit q̄ differētia eſt q̄ eſt aptum natum diuidere illa que ſunt ſub eodē genere: ut rōnale: ⁊ irrationale diuidūt hoīem ⁊ equum: que ſunt ſub eodem genere. ſ. ſubſtātiali.

¶ Aſſignāt etiā hoc mō. Differētia eſt qua differūt a ſe ſingula. nāq3 hō ⁊ equus ſm̄ gen⁹ nō differūt. Sumus enim aīalia nos ⁊ irrationabilia: ſed additum rōnale diſiūxit nos ab illis: ⁊ rationales ſumus ⁊ nos: ⁊ dij. ſed mortale appoſitum diſiūxit nos ab illis.

¶ Hic ponit aliam diffinitionem dicens q̄ differentia eſt qua differunt a ſe ſingula. Nam in genere aliqua non differunt. nam nos ⁊ bruta conuenimus in animali ⁊ in mortali: ſed rationale nobis additum ſeparat nos ab illis. Similiter nos ⁊ dij ſumus rationales: ſ3 mortale nobis additū ſeparat nos ab illis.

¶ Interius aūt ꝑſcrutātes differētiā. dicūt: non q̄libet eorū que ſub eodē genere ſunt diuidētium eſſe differētiam: ſed q̄ ad eſſe cōducit: ⁊ q̄ eſt pars eius: q̄ eſt in eſſe rei. Nec enim q̄ aptum natum eſt nauigare: erit hoīs differētia: etſi ꝓpriū ſit hoīs. Dicimus enim aīaliū hec quidē apta nata eſſe ad nauigādum: illa vō minime diuidētes hoīem ab alijs: ſed aptum natum eſſe ad nauigādū: non erat cōpletiuū ſubſtātie: nec eius pars: ſed aptitudo quedā ſolū. Idcirco non eſt talis quales ſunt que ſpecifice uocātur differētie. Erūt ergo ſpecifice differentie quecūq3 alteram faciūt ſpēm: ⁊ quecūq3 in eo q̄ quale eſt accipiuntur. Et de differētijs q̄dem iſta ſufficiant.

¶ Hic regreditur ſupra tertiā diffinitionē ut eam cōpleat ⁊ declaret: ipſe eni3 dixit q̄ differētia eſt quod aptum natū eſt diuidere ea que ſunt ſub eodē genere. Modo dicit q̄ hoc nō ſufficit. ſ. q̄ ſit aptum natū diuidere ea que ſunt ſub eodē genere: imo oportet q̄ cōducat in eſſe: ⁊ q̄ ſit pars eius q̄ eſt eſſe rei. i. q̄ ſit pars ipſius ſubſtantie. nam aptum natum ad nauigandum diuidit que ſunt ſub eode3 genere. Nam animaliū quedam ſunt apta nata ad nauigandum: ut homines. Quedam non: ut bruta. Unde l3 aptū natum ad nauigādum diuidat nos a brutis: non tamen eſt differentia: quia non conducit ad eſſe hominis: neq3 eſt eius pars: ⁊ ita non eſt differētia: ſed eſt quedam aptitudo uel ꝓprietas hominis. na3 ducere nauem eſt per artem: ⁊ ſolus homo arte utitur. ⁊ ita cōcludit q̄ differētie ſpecifice ſunt que faciūt aliud. i. ſpecies: ⁊ predicātur in quale.

**Queritur** Utru3 differētia poſſit diffiniri? Et uidetur q̄ non. Nam oīs diffinitio (ut vult Porphyrius) ꝯſtat ex genere ⁊ differētia: ſ3 differētia nō habet genus ⁊ differētias ut ꝓbabo: ergo non poterit diffiniri. q̄ non habeat differētiā: patet. Nam ſi differētia haberet differētiā: tunc quero de illa alia quā differētiam habeāt: ⁊ erit ꝓceſſus in infinitū: neq3 etiā differētia habet genus: q2 ſi differētia haberet genus: tūc gen⁹ de differētia predicaretur: ſed genus nō predicatur de differētia: ut vult Ariſ. 8° topicoꝝ. ergo patet q̄ differētia nō pōt diffiniri. ¶ Ad hāc queſtionē dicūt q̄dam q̄ differentia nō diffinitur: ſed deſcribitur: ſed videtur q̄ differentia etia3 uere diffiniatur. Et ideo nota q̄ vno modo dicitur differētia res abſolute cōſiderata ut rōnale. Alio mō dicit̄ differētia res cōis apprehēſa ab intellectu ſubiecta ipſi intentioni: alio mō ipſa intentio. Uñ dico q̄ differētia que eſt res abſolute ꝯſiderata nō diffinitur: ſed res ſubiecta intētioni: que eſt cōis apprehēſa ab intellectu illa pōt diffiniri: ⁊ hēt aliq̄d loco generis: ⁊ aliq̄d loco differētie. Nam cū dicitur differētia eſt que p̄dicatur de plurib⁹ differētib⁹ ſpecie in eo q̄ quale: illud predicatur ponit̄ ibi loco generis: ⁊ totum aliud loco differētie. Nam predicabile eſt genus ad differētiam: ⁊ ſic de alijs predicabilibus ⁊c̄. Unde ad argumentum cum dicis in minori q̄ differentia non habet genus: neq3 differētiam: uerum eſt prout differētia eſt abſolute conſiderata: ſed ꝓut eſt in cōmuni non.

**Queritur** ⁊ de hoc q̄ dicit q̄ differentia eſt qua ſpēs abūdat a genere. Contra: imo videt̄ q̄ genus abūdet a ſpecie. Na3 illud quod plus ambit ⁊ cōtinet illud plus abundat. ſed genus plus ambit q̄3 ſpecies: ergo gen⁹ abundat a ſpecie: ⁊ nō ecōtra. Scdo ſic: ſi ſpecies abūdaret a genere per differētiam: ergo ipſa ſpēs habebit plures differentias: q̄ eſt falſum. ¶ Ad hoc dicēdum q̄ ipſa ſpēs abūdat a genere per differētiam: hoc eſt dictu3 ipſa ſpecies actu includit aliquā differētiam quā non includit genus: ut in hoīe actu includit rōnale: non autem in aīali. ¶ Ad argumentum quando dicis: q̄ illud quod plus ambit plus abūdat. ſed genus plus ambit. Certe uerum eſt potentia: ſed nō actu. ¶ Ad ſecundum cum dicis: q̄ in ſpecie eſſent plures differentie. Dico q̄ non ſunt differentie realiter: ſed virtualiter. nam ſupius in inferiora idem eſt q̄ infer⁹. na3 in 7mo metace dicit Phus: q̄ bipedalitas in bipede nihil aliud eſt q̄3 pedalitas.

**Queritur** Utru3 genus habeat actu differētias uel potētia? Et ꝓbo primo q̄ habeat actu. Nam diuiſum habet actu ſua diuidētia ſed genus diuidit̄ per ſuas differētias: ergo actu habet illas. Scdo ſic. nam ſi haberet in potētia: uel haberet eas in potētia actiua uel paſſiua. ſed nō habet in potētia actiua: ut patet de ſe: neq3 in potētia paſſiua: q2 q̄ñ aliquid eſt in potētia paſſiua ad aliquā formam: ex illo ⁊ forma non fit vnū per eſſentiā: neq3 lignum eſt in potētia ad formā lectuli: ideo ex ligno ⁊ ex forma lectuli nō fit vnum per eſſentia3: ſed ex genere ⁊ differētia fit vnum per eſſentiam: ergo genus nō habet in potētia differētias: ergo habet in actu. ¶ Ad hoc dicēdum q̄ ipſum genus non habet differētias in actu: ſed in potētia: nā duo oppoſita actu eſſe nō ꝓſſunt in eodē. ſed differētie ſunt oppoſite. ergo genus nō habet actu differentias: ſed potētia. ⁊ hoc eſt uerū. ¶ Ad argumētū q̄ñ dicis q̄ diuiſum actu cōtinet diuidētia. Dico q̄ non eſt uerū: q2 partes in cōtinuo ſunt ſolū in potētia: ſed per diuiſionē bene fiunt in actu. ¶ Ad ſcōm dico q̄ genus eſt in potētia paſſiua ad differētiam: ſed aliq̄d pōt eſſe in potētia dupliciter. Nam eſt quoddā ens actu in po-

tẽtia ad aliã formam extrinſecã ſicut lignuz ad lectũ: ꝛ ex talibus non fit vnum per eſſentiam. Aliomodo eſt aliqđ in potẽtia: ita ꝙ non eſt in actu: ſed ſoluz in potẽtia: ꝛ ex tali cũ formaꝭ fit vnũ per eẽntiã: ꝛ illo modo genus eſt in potẽtia ad drĩam: ꝛ nõ ꝑ mõ ꝛc̃.

**Queritur** cõſequẽter de diffinitione: quã ponit dicẽs. Differẽtia eſt que ꝑdicaꝭ de pluribꝰ differẽtibus ſpecie in eo ꝙ q̃le. ¶ Contra pars non predicaꝭ de toto: ſed differẽtia eſt pars ſpeciei. ergo non predicatur de ſpecie. Secundo: ſimplex non predicatur de cõpoſito: ſed differentia eſt ſimplex: ꝛ ſpẽs cõpoſita: ergo nõ predicaꝭ de ſpecie. Siĩter ꝙ nõ de pluribꝰ differẽtibꝰ ſpecie. Nam differẽtia cõuertiꝭ cum ſpecie: ergo nõ predicaꝭ de pluribus differẽtibus ſpecie. ¶ Ad hoc dicũt qdã ꝙ hec diffinitio daꝭ de differẽtia ſubalterna: ꝛ non ſpecifica: tñ aliꝭ poſſet dici: ꝛ meliꝰ. Debes notare ꝙ ẜm Boetium in libro diuiſionũ: Differentie eſſentiales ſunt nobis ignote: ꝛ ideo per aliqua uocabula circũloq̃mur illas differẽtias eſſentiales: ſicut rõnale ꝛ mortale circũloquũtur differẽtiam eſſentialẽ hominis. ꝛ hic non diffiniꝭ illa eſſentialis: ſed iſte cõẽs que iſtam eſſentialẽ circũloquũtur. ꝑ hoc ad argumẽta. ¶ Ad primum cũ diciꝭ ꝙ pars nõ predicaꝭ de toto. Concedo. ſed differẽtia nõ eſt pars: imo totũ: ẜm ꝙ ſupius fuit tactum. nam rõnalitas non eſt differẽtia: immo dicit formam preciſe: ſed rõnale: qꝛ dicit cõpoſitum. Per hoc patet ſolo. ¶ Siĩter ad aliud. Naz differẽtia non eſt ſimplex. ¶ Ad aliud cũ dicis ꝙ differẽtia cõuertiꝭ cum ſpecie. Certe uerum eſt: Differẽtia eſſentialis: ſed illa eſt nobis ignota: ꝛ ideo nos circũloquimur illam per aliquas cõẽs: ꝛ iſte cõmunes predicãtur bene de pluribus ſpeciebus: ꝛ tales hic diffinũtur ꝛc̃. ¶ Dubitaret aliqs utrum mortale ſit differentia: Et videꝭ ꝙ non. nam nulla paſſio eſt differẽtia: ſꝫ mortale eſt quedam paſſio: ut vult Ariſ. in libro topicoruz. ergo non eſt drĩa. ¶ Preterea dicit Porphyrius in illa parte [interius autẽ ſpeculãtes.] ꝙ omnis differẽtia cõducit in eſſe: ſed mortale non cõducit in eẽ: ſed potiꝰ in nõ eſſe: ergo nõ eſt differẽtia. ¶ Dicẽdum ẜm ꝙ ille rõnes ꝑbant ꝛ bene: Mortale nõ eſt differẽtia eſſentialis: ſed eſt quedam ꝓprietas: ſed (ut dictum eſt) per differẽtias accidẽtales circũloqmur differẽtias eſſentiales: ꝛ ideo pro tanto dixit ꝙ mortale erat differẽtia: qꝛ cum rõnali circũloquimur differentiam hominis ꝛc̃.

**Proprium** v̉o quadrifariã diuidũt. Naz ꝛ id qđ alicui ſpeciei accidit. ꝛ non omni ꝓprium eſt: ut hoĩ eſſe medicum uel geometrã. Et qđ omni et ſi non ſoli accidit: queadmoduz homini eſſe bipedez. Et qđ ſoli: ꝛ omni: ꝛ aliquãdo: ut homini in ſenectute caneſcere. Et qđ ſoli: ꝛ omni: ꝛ ſemꝑ: queadmodum homini eſſe riſibilem. nam etſi nõ rideat ſemꝑ: tamen riſibilis dicitur: non ꝙ iam rideat: ſed ꝙ aptus natꝰ ſit ad ridẽdum. hoc aũt ſemꝑ eſt ei naturale: ut equo hinnibile. Hec aũt nominãtur uere propria: qm̃ cõuertunꝭ. qcqđ enim hinnibile eſt: equus eſt. ꝛ qcqđ equus eſt: hinnibile eſt.

**Superius** Auctor dixit de predicabilibus predicãtibus in quale eſſentiale. Hic determinat de predicabilibus predicãtibus in quale accidentale. Et diuiditur in duas. Nam primo determinat de predicabili predicante in quale accidentale conuertibiliter. Secũdo non conuertibiliter. Secũda ibi [Accidens.] Prima in duas. Nam primo ponit quatuor modos ꝓprij. Secundo comparat quartum ad alios. Secũda ibi [Hec autem dicunt ꝓpere. Secunda in quatuor ẜm ꝙ ponit quatuor modos. Secũda ibi [Et quod omni accidit.] Tertia ibi [Et quod ſoli.] Quarta ibi [Et quod ſoli ꝛ omni ꝛ ſemper.] Hec ultima in duas. Nam primo ponit illum quartum modũ. Secundo reſpondet tacite queſtioni. Secunda ibi [Nam etſi non ſemper rideat.] ¶ Ad primam partem ſic procedit dicẽs ꝙ propriũ dicitur quadrupliciter. Unomodo dicitur propriũ: quod ineſt alicui ſoli ſpeciei: lꝫ non omni: ut eſſe grãmaticum conuenit ſoli homini: lꝫ non omni: ꝛ dicit bene eſſe grãmaticum in actu: non ineſt omni homini. Nam in potentia ꝛ aptitudine omni ineſt. Nam omnes homines natura ſcire deſiderant: ut dicitur in ꝑncipio meta^ce^. ꝙ omnes homines natura. ¶ Secũdomodo dicitur proprium: quod ineſt omni contento ſub illa ſpecie: ſed non ſoli: ut eſſe bipedem ineſt omni homini: ſed non ſoli: quia etiam auibus ineſt. Et ſi obiciatur ꝙ bipes non ineſt omni homini: quia plures ſunt qui pedes non habent. Dicendum ẜm ꝙ dicit iſte Porphyrius in cõmunitatibus ſuis ꝙ trũcatis pedibus eſt bipes. Nam aptitudinem dicit bipes: ꝛ ſic lꝫ homo non habeat duos pedes: eſt tamen aptus natꝰ habere duos pedes. ¶ Tertio modo dicitur ꝓprium: quod cõuenit omni ꝛ ſoli: ſed nõ ſemper: ut caneſcere ineſt homini ꝛ ſoli: ſed non ſemper: qꝛ non niſi in ſenectute. ¶ Sed contra: imo aliquibus hominibus ineſt in iuuẽtute. Similiter quibuſdam non ineſt in ſenectute. Quare videꝭ ꝙ nõ inſit omnibus. Ad hoc vidẽdum debes notare que ſit cauſa canitiei. nam frigiditas eſt mater albedinis: ꝛ caliditas nigredinis: cuius ꝓbatio eſt. naz in quibuſdam locis ſunt quaſi omnia animalia alba: ꝛ ita patet ꝙ frigiditas eſt cauſa canitiei. Et eſt duplex frigiditas. ſcilicet quedaz frigiditas accidentalis: quedaz autem eſſentialis. *Frigiditas accidentalis ꝛ eſſentialis.* Similiter eſt quedam canities accidentalis: quedam eſſentialis. Frigiditas accidentalis eſt: ut ſi aliquis habeat caput flegmaticum: tunc quia flegma eſt humidum ꝛ frigidum: ꝛ iſte talis eſt frigidus: ꝛ iſta talis frigiditas eſt accidentalis. Eſt ꝛ alia frigiditas eſſentialis: que eſt in homine per defectum caloris naturalis: ꝛ illa canities eſt eſſentialis: ꝛ non eſt niſi in ſenibus: ꝛ nõ de iſta loquitur auctor: nõ de prima. Et cum tu dicis ꝙ aliqui ſenes nõ ſunt cani: Dico ꝙ immo. Sed hoc eſt uerum ꝙ in quibuſdam citius deficit calor naturalis: q̃ꝫ in alijs: ꝛ ideo prius caneſcũt: tamen ſi diu viuant neceſſario deficiet calor naturalis: ꝛ ita neceſſario caneſcẽt. Et ſi tu obicias ꝙ alia animalia caneſcunt: ſicut lupi. Dico certe ꝙ ꝓprie non eſt canities: ſed eſt quedã albatio. Nã canities eſt qđdã accñs appropriatũ capiti humano. ¶ Quartomodo dicitur ꝓpriuz quod ineſt omni ꝛ ſoli ꝛ ſemper: ut riſibile ineſt omni homini: ꝛ ſoli ꝛ ſemper. Et ſi tu obicis ꝙ homo non ſemper ridet. Dico ꝙ lꝫ aliquãdo non rideat: tamẽ aptus natus eſt ad ridẽdum: ut riſibile dicit aptitudinẽ ꝛ non actum. Poſtea cõparat illud mẽbrum ad alia: ꝛ dicit ꝙ illa dicunꝭ ꝓprie propria quãdo cõuertũtur: quia quicqđ eſt hinnibile eſt equus: ꝛ quicqđ eſt equus eſt hinnibile. Et ſi tu obicias qcqđ eſt hinnibile eſt equus: ſed equa eſt hinnibilis: ergo equa eſt equꝰ. Dico ꝙ equꝰ vnomõ eſt nomẽ determinati ſexus. ꝛ ſic nõ bene diciꝭ equa eſt equus. Aliomodo equus poteſt eſſe nomen ſpeciei: ſicut homo. Et ſic dico ꝙ bene di

citur equa eſt equus: ⁊ aſina eſt aſinus: ⁊ ſic de conſimilibus.

¶ Accidens eſt quod adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionem.

¶ Hec pars in duas ſecatur. Primo diffinit accidēs: ⁊ diuidit. Secundo epilogat de omnib⁹ predicabilibus. Secūda ibi [Omnibus igitur determinatis.] Prima in duas. Primo ponit diffinitionē vnam datam a Platone. Secundo ponit duas datas ab Ariſtotele. Scđa ibi [Diffiniū autē ſic quoqꝫ.] Prima in duas. Primo diffinit. Secūdo diuidit. Secunda ibi [Diuiditur autem.] Hec secūda in duas. Primo diuidit. Secūdo remouet dubium. Secūda ibi [Poteſt autem.] ¶ In prima igitur parte diffinit accidens: dicēs ꝙ accidens eſt quod adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionē. Et exponitur ſic. Accidens eſt qđ adeſt preter ſubiecti corruptionē: ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionem. Naꝫ dicit beatus Auguſtinus: ꝙ accidens eſt: cuius preſentia ſubiectū non cōſtituit: ⁊ cuius abſentia non deſtruit.

¶ Diuiditur autem in duo: in ſeparabile: ⁊ in inſeparabile. nāqꝫ dormire ſeparabile accidēs eſt. nigrum vero eſſe: coruo ⁊ ethiopi inſeparabiliter accidit.

¶ Diuidit accidens: dicens ꝙ accidens quoddaꝫ eſt ſeparabile: ut dormire: album ⁊ nigrum: quoddam inſeparabile: ut album cigno: ⁊ nigruꝫ coruo. Et dicitur accidens ſeparabile: non ꝙ eſſe ſeparatum habeat a ſubiecto: ſed quia ſubiectum pōt eſſe ſine illo accidēte. ſed inſeparabile accidens dicitur: q2 ſubiectum non poteſt eſſe ſine illo accidente: ut patet.

*Accidēs cur ſeparabile: aut iſeparabile appelletur.*

¶ Poteſt autem ſubintelligi ⁊ coruus albus: ⁊ ethiops nitens candore: preter corruptionem ſubiecti. Diffiniūt autem ſic quoqꝫ. Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe: uel non ineſſe ⁊ quod neqꝫ genus eſt: neqꝫ ſpecies: neqꝫ differētia: neqꝫ ꝓprium: ſemper autem in ſubiecto ſubſiſtens eſt. Oibus igitur determinatis que propoſita ſunt: dico autem genere: ſpecie: ⁊ differentia: ꝓprio accidente: dicēdum eſt que eis cōmunia ſunt: ⁊ que ꝓpria.

¶ Hic remouet dubium: q2 dictum eſt in diffinitiōe: ꝙ accidens eſt quod poteſt adeſſe ⁊ abeſſe. Et modo dixit in diuiſione: ꝙ quoddam eſt accidens inſeparabile: ut nigredo coruo: ergo non pōt abeſſe. Et ita videt̄ ꝙ diffinitio repugnet diuiſioni. Soluit auctor dicēs: ꝙ coruus poteſt intelligi albus: ⁊ ita lꝫ nigredo non poſſit abeſſe quātuꝫ ad eſſe: poteſt tamē abeſſe quātum ad intelligi: uel quantum ad intellectum. ¶ Sed videt̄ ꝙ male dicat. naꝫ coruus nō poteſt eſſe albus: ergo neqꝫ intelligi. Ad hoc dicūt quidam ꝙ coruus poteſt itelligi albus in prima ſui creatione anteqꝫ habeat plumas. ¶ Sed hoc non ualet qa ſemp ⁊ de neceſſitate coruus eſt niger: ut dicitur in libro Prior. Et ideo dicūt alij ꝙ eſſentia corui poteſt intelligi ſine nigredine. Et ideo ſuppoſito accidēte. ſcilꝫ ſub albedine. Sed illa expoſitio ſimiliter eſt falſa quātum ad illam partem: ꝙ poſſit intelligi ſuppoſito accidēte. Nam ut habet̄ ſcđo de anima. intellectus apprehēdens uerorum eſt. Sed ſi apprehenderet coruum ſub albedine eſſet falſus. Quare patet ꝙ non pōt intelligi albus. Et ideo eſt intelligendum ꝙ eſſentia corui: ⁊ eſſentia nigredinis differūt. Et ideo intellectus ſimpliciter pōt intelligere vnum ſine reliquo: ⁊ ideo intellexit: ſic ⁊ coruus pōt intelligi albus. i. non niger. i. pōt intelligi non intelligēdo nigredinē: non tamē ꝙ albus intelligat̄. Poſtea ponit duas diffinitiones: ⁊ dicit ꝙ accidens eſt qđ cōtingit eidem ineſſe ⁊ non ineſſe. Uel accidens eſt qđ non eſt genus: neqꝫ ſpecies: nec differētia: nec ꝓpriū: ineſt aūt rei. Poſtea epilogat: ⁊ patet quid dicit.

*Dubitatio.*

*Solutio*

**Queritur** cōtra lectionem Utrum ꝓpriū ſit vniuerſale? Et videt̄ ꝙ non. Nam vniuerſale eſt cōmune: ꝓprium vero non eſt cōmune: ergo ꝓprium non eſt vniuerſale. ¶ Scđo ꝓbo ꝙ ꝓprium non ſit diſtinctum vniuerſale ab accidēte. naꝫ (ut dicit Boetius) omne ꝓprium manat de genere accidētis: ergo omne ꝓprium eſt accidens: ⁊ ſic non erit predicabile diſtinctum ab accidēte. Et ſi tu obicis ꝙ differt ab accidēte: ex eo ꝙ cōuertibiliter p̄dicatur. Probo ꝙ ꝓpter cōuertibilitatem non diſtinguat̄. nam ſimiliter differētia ſpecifica cōuertitur cū ſpecie. ergo conuertibilitas non diſtinguit̄ ab alijs predicabilibus.

**Oppoſitum** patet per auctorem in littera. Eſt dicēdum ꝙ ꝓpriuꝫ eſt p̄dicabile. Nam nomen qđ predicat̄ de pluribus eſt predicabile. ſed ꝓprium predicat̄ de pluribus: ergo eſt predicabile. ¶ Notādum tamen ꝙ duplex eſt accidens. Quoddam accidens qđ habet cauſaꝫ determinatam in ſubiecto: ut riſibile in homine. Cōſequitur enim formam eius: ⁊ tale accidēs eſt ꝓpriuꝫ. Eſt ⁊ aliud accidens: qđ habet cauſam cōmuneꝫ in ſubiecto: ut album: nigrum: ⁊ tale accidēs eſt predicabile: ⁊ ita illud qđ habet cauſam determinatam in ſubiecto cōuertit̄ cum illo: ⁊ aliud accidēs non conuertitur cum ſubiecto. Et ita patet ꝙ ꝓpriuꝫ eſt diſtinctū predicabile ab alijs. ¶ Ad primū argumētum cum dicis: Omne vniuerſale eſt cōmune: ſed ꝓpriuꝫ nō eſt cōmune. Dico ꝙ duplex eſt ꝓprium. ſ. ꝓpriuꝫ indiuidui: ut albedo ſortis: ⁊ ꝓprium ſpeciei: ut riſibile: ⁊ illud tale eſt cōmune: ⁊ etiam vniuerſale: primū vero non. ¶ Ad ſecūdum quādo dicis: ꝙ ꝓprium nō differt ab alijs: eo ꝙ eſt conuertibile. Dico ꝙ diſtinguitur ab accidente: ex hoc ꝙ conuertibile eſt. Et cū tu dicis ꝙ differētia ſimiliter conuertitur. Dico ꝙ ꝓpriuꝫ conuertitur: ⁊ non indicat quidem eſſe: ſed differentia eſſentialiter cōuertitur cum ſpecie ⁊c̄.

*Duplex ē accidens*

*Propriūm duplex.*

**Queritur** Utruꝫ accidens ſit vniuerſale? Et videtur ꝙ non. nam accidens eſt corruptibile: ſed vniuerſale eſt incorruptibile: ut patet per Ariſt. in libro Poſteriorum: qui dicit: vniuerſale eſt ſemper ⁊ ubiqꝫ. Sed ꝙ accidens ſit corruptibile patet per Auguſtinū: qui dicit ꝙ accidentia indignātis ſunt nature. Perimi quidem poſſunt: permutari aūt minime. ergo accidēs non eſt vniuerſale. ¶ Secūdo arguit̄. Nam videt̄ ꝙ male dicat auctor quādo dicit: Accidens eſt quod adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionem. nam mors que aduenit homini non aduenit preter ſubiecti corruptionem: immo corrūpit hominem. ſimpliciter cōbuſtio corrūpit domū. Quare videtur ꝙ male dicat. ¶ Ad primuꝫ dico ꝙ accidens eſt vniuerſale. Sed notādum ꝙ accidens dupliciter poteſt cōſiderari. Unomodo per cōparationem ad inferiora ſicut color ad albedineꝫ ⁊ nigredinem. ſimiliter albedo ad hanc albedinē: ⁊ ad illaꝫ. ⁊ ſic accidens non eſt predicabile diſtinctuꝫ ab alijs. qa tunc non eſt aliud q̄ genus uel ſpecies. Sed alio modo cōparatur ipſum accidens ad ſubiectum. Et accipiēdo accidens in cōmuni: illud eſt accidens predicabile diſtinctum ab alijs. ¶ Ad argumētum igitur quādo dicis: Omne vniuerſale eſt incorruptibi

le. Cōcedo. Et cum dicis ꝙ accidens eſt corruptibile dico ꝙ ueruz eſt accidens particulare: ſed accidens vniuerſale abſtractum a particularibus: illud eſt predicabile ⁊ incorruptibile per ſe: ſed per accidēs corrumpi pōt. ¶ Ad aliud de diffinitione ita oportet ꝙ intelligatur: ⁊ poſtea ceſſabūt omnes obiectiones ſcilicet ꝙ hoc uerbum adeſt ⁊ abeſt ſunt diuerſa uerba: ⁊ ideo habebunt diuerſas terminationes: ita dicendo ꝙ accidens eſt: quod adeſt preter ſubiecti cōſtitutionem: ⁊ abeſt preter corruptionem ſubiecti: ⁊ ita ſi hoc quod eſt preter ſubiecti corruptionem determinet tm̄ illud uerbum abeſt: ⁊ ſic obiectiones nihil ualent. Nam obiectiones procedūt ac ſi conſiderarent hoc uerbum adeſt: ⁊ ꝙ li preter ſubiecti corruptionem determinet hoc uerbum adeſt: quod tamen non facit. vnde mors quando adeſt homini nō adeſt preter ſubiecti corruptionem: immo corrumpit: ſed ita debet intelligi: ꝙ hoc preter ſubiecti corruptionem determinet ſolum hoc uerbum abeſt: ⁊ hoc concordat cum Auguſtino: qui dicit ꝙ accidēs eſt cuius preſentia ſubiectum non cōſtituit: nec eius abſentia deſtruit. Alij multis modis exponunt: ſed iſta expoſitio planiſſima eſt. Et ſic terminatur ſentētia vniuerſalium ⁊c̄.

Nō hanc interpretationem textus

Commune quidē eſt oīb⁹ de plurib⁹ p̄dicari. Sed genus quidem de omnib⁹ ſub ſe ſpēbus: ⁊ de indiuiduis: ⁊ de dr̄ia ſimiliter. Species quidē de his que ſub ipſa ſunt indiuiduis. At vō ꝓpriuz: ⁊ de ſpecie cuius eſt ꝓprium: ⁊ de his que ſub ipſa ſunt indiuiduis. Accidens autem ⁊ de ſpeciebus: ⁊ de indiuiduis. nāqꝫ animal ⁊ de equis ⁊ de bobus predicatur: que ſpecies ſunt: ⁊ de hoc equo: ⁊ de hoc boue: que ſunt indiuidua. Irrationale vō de equis ⁊ bobus: ⁊ de his qui ſunt particulares predicatur. Species autem ut homo: de inferioribus: ⁊ de his qui ſunt particulares predicatur. Propriuz vō quod eſt riſibile de homine ⁊ de his qui ſunt particulares hominēs. Nigrū autem ⁊ de ſpecie coruorum: ⁊ de his qui ſunt particulares: quod eſt accidens inſeparabile: ⁊ moueri de homine ⁊ equo: quod eſt accidens ſeparabile: ſed principaliter dicitur de indiuiduis: ſecūdario vō ⁊ de his que continent indiuidua.

a.l. nō poteſt de

Superius Porphyrius determinauit de quinqꝫ vniuerſalibus abſolute. hic determinat comparate. Et diuiditur in duas. Primo ponit conuenientiam in generali. Secundo ponit cōuenientias ⁊ differentias in ſpeciali. Secūda ibi [Cōmune eſt autem.] Prima in duas. Primo ponit conueniētiam in generali: ꝙ omnia predicabilia de pluribus predicantur. Secundo declarat de quibuſdā. Secunda ibi [Genus quidem.] Et hec ſecunda in duas. Primo declarat de quibus principaliter intēdit. Secundo ponit exempla ibi [Animal namqꝫ.] Et poſſet diuidi in quinqꝫ: prout de quinqꝫ predicabilibus dat exempla. Iſta remaneant indiuiſa. Sequitur illa pars [Commune eſt generi.] ubi comparat in ſpeciali. Et diuiditur in duas. Primo enim cōparat genus ad omnia alia. Secundo comparat alia inter ſe: ⁊ ad ipſum genus. Secunda ibi [Genus vō quomodo ab alijs.] Prima in quatuor. Primo cōparat genus ad differentiam. Secundo ad ſpeciem. Tertio ad ꝓprium. Quarto ad accidens. Secunda ibi [Genus autem ⁊ ſpecies.] Tertia ibi [Genus autem ⁊ proprium.] Quarta ibi [Generis autem ⁊ accidentis.] Prima eſt preſentis lectionis. Et diuidit in duas. Primo comparat genus ad differentiaz penes conuenientiam. Secundo penes differentiam. Secunda ibi [Proximi autē generis eſt.] Prima in tres ſm̄ tres conuenientias. Secūda ibi [Et quecūqꝫ predicantur.] Scđa ibi [Commune autem eſt.] Sequitur illa pars [Proprium vō.] ubi ponit differentias. Et diuiditur in ſex ſm̄ ꝙ ponit ſex differentias Secūda ibi [Amplius.] Tertia ibi [Ampli⁹.] Quarta ibi [Amplius.] Quinta ibi [Amplius.] Sexta [Et genus quidem.] Et hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primam partem ſic procedit: ⁊ dicit ꝙ quaſi predicabilia in hoc conueniunt: ꝙ quodlibet eorum de pluribus predicatur. Manifeſtat hoc per exempla. Et primo dicit ꝙ genus predicatur de ſpeciebus: ⁊ indiuiduis. ⁊ differentia predicatur de ſpeciebus ſimiliter ⁊ de indiuiduis. Et propriuz predicatur de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis. Accidens autem etiam predicatur de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis: ponit exempla: ut animal de homine ⁊ de ſorte: ⁊ de alijs equis ⁊ bobus: ⁊ de hoc equo: ⁊ hoc boue. Et differentia que eſt in rationale predicatur de equis: ⁊ de bobus ⁊ de partibus contentis ſub eis: ſed quod eſt ſpecies de pluribus predicatur ut homo. Et proprium ſimiliter predicatur de ſpecie: ⁊ de indiuiduis contētis ſub illa ſpecie. De accidente ſimiliter dat exēplū. Et primo de inſeparabili: ut nigrum predicatur de coruo: ⁊ de particularibus coruis. Et dat exempluz de accidente ſeparabili: ut moueri predicatur de homine ⁊ equo. ⁊ dicit ꝙ accidens ſeparabile ſemper prius predicatur de indiuiduis: ⁊ ex conſequenti de ſpeciebus: ⁊ de generibus per poſterius.

¶ Commune eſt autem generi: ⁊ differentie cōtinentia ſpecierum. Continet enim ⁊ differentia ſpecies: ⁊ ſi non omnes quot genera. rationale enim ⁊ ſi non cōtinet irrationabilia quēadmodum animal: tamen cōtinet hominem ⁊ deum qui ſunt ſpecies: ⁊ quecūqꝫ predicantur de genere ut genus: ⁊ de his que ſub ipſo ſunt ſpeciebus predicantur.

¶ Hic in ſpeciali comparat genus ad alia predicabilia. Et primo ad differentias primo. ⁊ ponit cōueniētiam: ⁊ dicit ꝙ in hoc conueniunt genus ⁊ differentia: quia utrūqꝫ illorum habet continentiam ſpecierum. Nam quāuis differentia non contineat tot ſpecies quot genus: quia animal plus comprehendit ꝙ̄ rationale: quia equum ⁊ aſinum: tamen rationale: quod eſt differentia continet ſpecies: ut hominem ⁊ angelum: ⁊ deum: ⁊ hoc ſtatim dicetur. Et quando dicit ꝙ differentia continet ſpecies: hoc eſt ueruz de differētia cōi. nā differentie ꝓprie cōſtituētes ignote ſunt nobis: tamen ille tales ſi eſſent note: ſolum de vna ſpecie predicarentur: ⁊ non de pluribus.

¶ Et quecūqꝫ de differentia predicantur ut differentia: ⁊ de his que ſub ipſa ſunt ſpeciebus predicabuntur. Nam cū genus ſit animal: nō ſolum de eo predicabitur ſubſtantia: ⁊ animatum: ⁊ ſenſibile: ſed etiam de his que ſub animali ſunt ſpeciebus omnibus: hec uſqꝫ ad indiuidua predicantur. Cumqꝫ ſit differentia rationale predicatur de ea ut differentia id quod eſt ratione uti: ⁊ non ſolum de eo quod eſt rationale: ſed etiam de his que ſunt ſub rationali ſpeciebus predicabitur ratione uti.

¶ Hic ponit ſecundam conuenientiam. Et dicit ꝙ ſi

conuenit genꝰ cū ſpē in 3 . differt aūt in 6 .
et iſta tractantur in iſta lectione .

cut quecũq3 predicantur de genere ut gen⁹: omnia predicantur de ɔtentis ſub genere: ita ſimiliter quecũq3 predicantur de dĩa: ut differentia eſt omnia p̄dicantur de contentis ſub differentia: ut ſubſtantia ⁊ corpus predicantur de animali: quare ſimiliter p̄dicantur de hominibus ⁊ bobus contentis ſub animali: predicant̃ eodem modo de iſta differentia que eſt rationale: uti ratione: ſimiliter qđ eſt utens ratione predicatur de homine ⁊ de omnibus hominib⁹ particularibus. Nam quilibet homo eſt utens rõne

**❡ Cõmune eſt autem ⁊ perempto genere differentia ſimul perimi ea que ſub ipſis ſunt: quẽadmodum enim ſi non ſit animal: nec eſt equus neq3 homo: ita ſi nõ ſit rationale nullũ erit animal quod utatur ratione.**

❡ Hic ponit tertiam conuenientiam. Et dicit ꝙ ſicut perẽpto genere perimuntur omnes ſpecies ſub eodem contente: ita perempta differentia perimuntur ⁊ ſpecies ſub eadem contente: nam ſi non ſit animal non erit homo nec equus: ita ſimiliter ſi nõ ſit rationale non erit animal ꝙ utatur ratione.

**❡ Proprium autem eſt generi de pluribus predicari q̃3 differentia ⁊ ſpecies: ⁊ propriũ ⁊ accidens. animal enim de homine ⁊ equo ⁊ aue ⁊ ſerpente predicatur. quadrupes v̊o de ſolis quatuor pedes habentibus: homo v̊o de ſolis indiuiduis. ⁊ hinnibile de equo: ⁊ de his qui ſunt particulares: ⁊ accñs de paucioribꝰ ſilr.**

❡ Hic ponit differentiam inter genus ⁊ differentiã Et primo ponit vnam differentiam. ſecundo remouet dubium. ſecunda ibi. [Oportet autem.] Dicit ergo ꝙ proprium eſt generis de pluribus predicari q̃3 differentia aut ſpecies aut proprium uel accidens nam animal de homine ⁊ equo predicatur: ⁊ ſic de alijs. ſed hec differentie quadrupes predicatur ſolum de animalibus habentibus quatuor pedes. Et hec ſpecies homo ſolum predicatur de indiuiduis. Et hoc proprium riſibile ſolum predicatur de homine ⁊ de parcicularibus hominibus. Accidens ſimiliter predicatur de paucioribus q̃3 genus. Et hoc intelligendum eſt de illo accidẽte: qđ ſub genere cõtinetur: ut animal de pluribus predicatur q̃3 illud accidens album qđ in animalibus inuenitur.

**❡ Oportet autem differentias accipere: quibus diuiditur genus. non eas que cõplent ſubſtantiam generis.**

❡ Hic remouet dubiũ q2 dictum eſt ꝙ genus p̄dicat̃ de pluribꝰ q̃3 dĩa. ❡ Dubitaret aliqs ſi hoc hẽt v̄itatẽ de q̃libet dĩa. ⁊ ipſe dicit ꝙ non: ſed itelligendũ eſt ꝙ genus predicatur de pluribus q̃3 differentia diuiſiua: ⁊ non q̃3 differentia conſtitutiua. Nam de q̄buſcũq3 animal predicatur de eiſdez ſenſibile quod eſt differentia conſtitutiua predicatur.

**❡ Amplius genus continet differentias poteſtate. animalis enim hoc eſt rationale. illud v̊o irrationale differentie v̊o non continet genera.**

❡ Hic ponit differentiam inter genus ⁊ differentiam Et dicit ꝙ genus cõtinet differentiam in potentia: ut animal in potentia continet rationale ⁊ irrationale: ſed differentia ſupple non continet ipſum genus.

**❡ Amplius genera quidez priora ſunt his que ſub ſe poſite ſunt differentijs propter qđ quidẽ ſimul eas auferunt: non autem ſimul auferuntur. Sublato enim animali aufertur rationale ⁊ irrationale. differentie v̊o non auferunt genus. Nam ſi omnes interimantur. tamen ſubſtantia animata ſenſibilis ſubintelligi poteſt: que eſt animal.**

❡ Hic ponit aliam differentiã. Et dicit ꝙ genera p̄ora ſunt q̃3 differentie: ut animal prius eſt q̃3 rationale. Et ideo dicit ꝙ ſi genus interimatur omnes differentie contente ſub eo interimuntur: nam deſtructo aiali deſtruũt rõnale ⁊ irrõnale: ſ3 deſtructis dĩis nõ deſtruit̃ gen⁹. Et hoc eſt uer3 deſtructis dĩis diuiſi3 ut deſtructo rõnali nõ deſtruit̃ aial. tamen deſtructo rõnali ⁊ irrationali animal nõ remanet niſi ſm intellectum. Nam ſm intellectum deſtructis ſubſtantijs poteſt adhuc ſubſtantia animata intelligi ſed nõ eẽ.

**❡ Amplius genus quidem in eo quod quid eſt differentia v̊o in eo quod quale quid eſt predicatur: quemadmodum dictum eſt. Amplius genus eſt vnum ſm vnamquamq3 ſpeciem: ut eſt hominis genus id quod eſt animal. Differentie v̊o plurime ut rationale. mortale. mẽtis: ⁊ diſcipline perceptibile quibus ab alijs differt.**

❡ Hic ponit aliam differentiam. Et dicit: ꝙ in conſtitutione ſpẽi poteſt eſſe vnum genus ⁊ plures differẽtie: ut in compoſitione hominis eſt vnum genus: ſcilicet animal: ſed ſunt due differentie ſcilicet mortale ⁊ rationale. Intellige tamen ꝙ iſta duo ſcilicet rationale ⁊ mortale circumloquũtur vnam differentiã p̄priam hominis nobis ignotam.

**❡ Genus quidem cõſimile eſt materie ⁊ forme quidem differentia. Cum autem ſint ⁊ alia cõmunia ⁊ propria gñis ⁊ dĩe nũc iſta ſufficiãt.**

❡ Hic ponit ultimam differentiam. Et dicit ꝙ genus habet ſe per modum materie: q2 ſicut materia per indifferentiam habet ſe ad formam ita genus indeterminate reſpicit quãlibet differẽtiã: ſed differentia habet ſe per modum forme: q2 ſicut forma habet determinare ipſam materiam: ſic differentia determinat ipſum genus.

**Quia** dictum eſt circa principium lectionis: ꝙ rationale continet angelum ⁊ deũ. Utrũ hoc habeat ueritatem queritur? Et videtur ꝙ ſic. nam rationale eſt illud qđ eſt aptum natum uti ratione: ſed deus ⁊ angelus ſunt apta nata uti ratione. ergo patet ꝙ deus ⁊ angelus ſunt rationales. Et ſic patet ꝙ animal continet deum ⁊ angelum.

**In oppoſitũ** Arguit̃. De illđ qđ eſt aial ẽ corp⁹. g̊ ſi de⁹ ⁊ ãgelus eẽnt aialia eẽnt et corp̄a. hoc aũt eſt falſu3 ꝙ de⁹ ⁊ ãgelus ſint corp̄a: ergo p3 etiã ꝙ non ſint aialia: ⁊ ſic etiã p3 ꝙ non ſint rõnales: p̄ut rõnale eſt differentia aialis.

❡ Ad hoc dicendũ ꝙ ſm Ariſt. nec deus nec angelus cõtinent̃ ſub animali. Qđ ſic declarat̃. na3 qñ aliquid diuidit̃ per duas differentias oppoſitas. Tũc illud qđ continet̃ ſub vna. i̇poſſibile eſt ꝙ contineat̃ ſub altera: ſed ſubſtãtia diuiditur per corporeã ⁊ incorporeã: ergo illud qđ continetur ſub iſto mẽbro incorporeum non continebit̃ ſub illa differentia corporeũ: ſed deus ⁊ angelus cõtinent̃ ſub hac differẽtia incorporeũ: ⁊ ita cũ animal ſit corpus non poterunt comprehendi ſub animali: nec deus nec angelus debent dici rationales: p̄ut rationale eſt differẽtia animalis cõtẽta ſub animali niſi largo modo acciperẽ ratiõale ⁊ equiuoce. Per hoc patet ſolutio ad argumentum cum dicis: ꝙ rationale eſt illud qđ eſt aptum natum ratiocinari. dico ꝙ hoc non eſt vniuoce ſed equiuoce uti ratione ſicut iſtis cõuenit. ❡ Ad cuius euidentiam eſt notandũ: ꝙ alio modo intelli

git deus. ⁊ alio modo itelligit angelus: ⁊ alio modo intelligit homo: ſed deus intelligit per eſſentiã ſuã ſine ſpeciebus: ⁊ angelus per ſpecies innatas .i. ↄcreatas a principio: ſed homo intelligit per ſpecies acqſitas cũ eſſentialibus partibus. Et auctor quãdo dicit ꝙ animal continet deum ⁊ angelum loquitur ſm opinionem platonis qui metaphorice loquebatur.

**G**Enus autẽ ⁊ ſpecies cõmune quidẽ habẽt: quemadmodũ dictuꝫ eſt. de pluribus predicari. Sumatur autẽ ſpecies ut ſpecies ſolum: non autẽ ut genus: ſi fuerit idem ſpecies ⁊ genꝰ.

**Superius** cõparauit porphyrius genꝰ ad differentiã. Hic comparat genus ad ſpeciem. ꝓpriũ ⁊ accidens. Et ſic ſunt tres partes principales in preſenti lectione. Primo cõparat genus ad ſpẽm. Secũdo ad ꝓprium. Tertio ad accidens. 2ª ibi [generis autẽ ⁊ ꝓprij.] 3ª ibi [generis vero ⁊ accidentis.] Prima in duas. pmo comparat genꝰ ad ſpẽm penes conuenientia. ſecũdo penes differentia. 2ª ibi [Differũt autem.] Prima in tres ſm tres cõuenientias. ſecũda [cõmune autẽ eſt.] 3ª ibi [Et totũ.] Illa pars [differt autẽ.] ubi differẽtiam ponit inter genus ⁊ ſpẽm. diuidit in quinqꝫ ſm qnqꝫ differentias. 2ª ibi [vnde priora ſunt naturaliter genera.] 3ª ibi [Et genera qdẽ vniuoce.] 4ª [Amplius quidem.] 5ª [Amplius neqꝫ.] Sequitur illa pars [generis autẽ ⁊ ꝓprij.] Et diuiditur in duas. Primo comparat genus ad ꝓprium penes conuenientiã. 2° penes differentiã. 2ª ibi [Differũt aũt.] Prima in tres ſm ꝙ ponit tres cõuenientias. 2ª ibi [Et equaliter predicat genus.] 3ª ibi [cõmune autẽ.] Sequitur illa pars [Differunt aũt.] Et diuidit in qnqꝫ partes ꝓut ponit qnqꝫ differentias inter genus ⁊ propriũ. 2ª ibi [genus vero.] 3ª [Et proprium.] 4ª [Amplꝰ.] 5ª [Amplius ſpecies.] Sequitur illa pars [generis vero ⁊.] In qua cõparat genus ad accidẽs. Et diuidit in duas. pmo cõparat penes conueniẽtiam. ſecũdo penes differẽtiã 2ª ibi [differt autem genus.] Iſta ſecũda pars diuiditur in quatuor ſm ꝙ qtuor differentias ponit. 2ª ibi [Et genera quidem.] 3ª [Et accidentia.] 4ª [Et genera quidẽ.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ In prima pte ponit talẽ cõuenientiã inter genus ⁊ ſpeciẽ. Et dicit ꝙ in hoc cõueniũt genus ⁊ ſpecies: q̃ ambo de pluribus predicant. illud eſt eis cõmune. Unde animal poteſt eſſe genus ⁊ ſpecies; ⁊ ſi ſumatur ut eſt genus bene predicat de pluribus: ſimiliter ſi ſumat in quãtum ſpẽs predicat ⁊ ſimiliter de pluribus.

¶ **Commune autem eſt his ⁊ priora eſſe his de quibus predicantur.**

¶ Hic ponit aliam cõuenientiã. Et dicit ꝙ in hoc cõueniunt genus ⁊ ſpẽs: q̃ utrũqꝫ eſt prius illis de quibus predicatur. Nam animal quod eſt genus prius eſt illis ſpeciebus de quibꝰ predicatur. Et ſimiliter homo qui eſt ſpecies prius indiuiduis de quibus predicatur.

¶ **Et totum quoddam utrũqꝫ eſſe.**

¶ Hic ponit tertiam conuenientiam. Et dicit ꝙ genꝰ eſt totum reſpectu ſpeciei: ⁊ ſimiliter ſpecies eſt totum reſpectu indiuidui: ⁊ in hoc conueniunt genus ⁊ ſpecies.

¶ **Differũt autem. qm̃ genus quidẽ cõtinet ſpeciem: ſpecies vero cõtinent: ⁊ non continent genus: in pluribus eñi genus eſt: q̃ ſpecies. Amplius preiacere oportet: ⁊ informata ſpecificis differentijs perficere ſpecies.**

¶ Hic ponit differentiam inter genus ⁊ ſpeciem. Et dicit ꝙ differt genus a ſpecie. Nam genus continet ſpeciem ſub ſe: ⁊ ſpecies nõ continet genus: naꝫ genus eſt in plus q̃ ſpecies ⁊ poſtea ipm̃ genus eſt formatum ſpecificis differentijs conſtituit ſpeciem: ut animal cum rationali conſtituit hominem.

¶ **Unde ⁊ priora ſunt genera naturaliter. Et ſimul interimẽtia: ſed que nõ ſimul iterimant. Et ſpecies cum ſit eſt: ⁊ genus: genus vero cũ ſit non omnino erit ſpecies.**

¶ Hic ponit ſecũdam differentiam. Et dicit ꝙ genera naturaliter ſunt priora ſpeciebus: nam generibus interemptis ſimul interimũtur ſpecies: ⁊ cum ſit ſpecies: ut homo: necnõ erit genus: ſed cum ſit genus ut animal non ſequit ꝙ propter hoc ſit ſpecies. Nã bene poteſt eſſe animal qđ non ſit homo.

¶ **Et genera quidem vniuoce de ſpeciebus ꝑdicantur: ſpecies vero de generibus minime.**

¶ Hic ponit tertiam differentiã. Et dicit ꝙ genus ꝑdicatur vniuoce de ſpecie: ut animal de homine. ſed ſpecies non predicatur vniuoce de genere. Nam hec nõ eſt vniuoca ꝑdicatio: aĩal eſt hõ: q̃ nõ eſt ꝓpria.

¶ **Amplius genera qdem earũ abundant que ſub ipſis ſunt ſpecierũ continentia. ſpecies vero a generibus proprijs abundant differentijs.**

¶ Hic ponit differẽtiam aliam. Et dicit ꝙ genus abũdat a ſpecie: quantum ad continenientiam ſpecierum: quia continet multas ſpecies: ſed ipſa ſpecies abũdat a genere: q̃ in ſuo ſignificato concludit aliquam differentiam quã genus non includit. Nam rationale includitur in ſignificato hominis: ⁊ tamẽ non includitur in ſignificato animalis.

¶ **Amplꝰ neqꝫ ſpecies fit nunq̃ generaliſſimũ neqꝫ genus fiet vnq̃ ſpecialiſſimum.**

¶ Hic ponit ultimam differentiam inter genus ⁊ ſpecieꝫ. Et dicit ꝙ ſpecies nunq̃ fiet genus gñaliſſimũ nec genꝰ fiet ſpẽs ſpãliſſima: iſtud pꝫ cuilibet ĩtuẽti.

¶ **Generis autem ⁊ proprij: cõmune quideꝫ eſt ſequi ſpecies. nam ſi homo eſt. animal eſt. ⁊ ſi homo eſt: riſibile eſt.**

¶ Hic comparat genus ad ꝓpriuꝫ. Et dicit ꝙ in hoc conueniunt genus ⁊ proprium: ꝙ utrũqꝫ illorum ſequitur ad ſpeciem: nam ſequitur ſi eſt homo eſt animal: pariter ſequitur ſi eſt homo eſt riſibile.

¶ **Et equaliter predicat genus de ſpẽbus. ⁊ ꝓprium de his que illo participãt ĩdiuiduis. eqliter enim ⁊ homo ⁊ bos eſt animal: ⁊ cato ⁊ cicero ſunt riſibiles.**

¶ Hic ponit ſecundam conuenientiam. Et dicit ꝙ genus ⁊ proprium equaliter participantur ab illis de quibus predicãtur. Nam animal participatur equaliter ab homine ⁊ aſino: ſimiliter riſibile equaliter ꝑticipatur a ſorte ⁊ platone: q̃ homo non eſt magis animal q̃ aſinus: ſimiliter ſortes non eſt magis riſibilis q̃ homo. Et ſic de alijs.

¶ **Cõmune aũt eſt his ⁊ vniuoce predicari: genus de proprijs ſpeciebus. ⁊ proprium de his quorum eſt proprium.**

¶ Hic ponit tertiam conuenientiaꝫ. Et dicit ꝙ in hoc conueniunt genus ⁊ proprium: q̃ utrũqꝫ illoruꝫ predicatur vniuoce: naꝫ animal predicatur vniuoce de ſorte ⁊ de platõe. ſilr̃ vult auctor ꝙ proprium .ſ. riſibile vniuoce predicetur: ⁊ de hoc ſtatim videbitur.

¶ **Differunt autem genus ⁊ proprium quoniam genus prius eſt: poſterius vero proprium: oportet enim eſſe prius animal. dehinc diuidi**

in iſta lectione ponit 3es conuenientias generis cum specie. et quinque differentias. 2° ponit 3es conuenientias generis cum proprio et quinque differentias. 3° ponit unam conuenientiam generis cum accidenti et 4or disconuenientias.

differentijs ⁊ ꝓprijs.

¶ Hic ponit differentiam. Et dicit ꝙ differūt genus ⁊ proprium: qꝛ genus naturaliter prius eſt ꝗ̄ proprium animal enī naturaliter prius eſt ꝗ̄ ſit riſibile. qḋ eſt proprium.

¶ Et genus quidez̄ de pluribus ſpeciebus predicat̄: quarum eſt genus: ꝓpriuz v̄o de vna ſola cuius eſt ꝓprium.

¶ Hic ponit aliam differentiam. Et dicit ꝙ gen⁹ predicatur de pluribus ſpeciebus: ut animal de homine ⁊ aſino: ſed proprium ſolū predicatur de vna ſpecie: ut riſibile de homine: naz quicquid eſt riſibile eſt hō: ⁊ ecōuerſo: ⁊ ſilr̄ p̄dicat̄ de cōtentis ſub illa ſpe.

¶ Et propriū quidez̄ conuerſim predicatur de eo cuius eſt propriū. genus v̄o de nullo cōuerſim predicatur: ná nec ſi animal eſt: homo eſt. nec ſi animal eſt. riſibile ē. ſi v̄o riſibile eſt. homo eſt ⁊ econuerſo.

¶ Hic ponit tertiam differentiam. Et dicit ꝙ propriū conuerſim predicatur de ſpecie cuius eſt proprium: ut riſibile de homine. Nam quicquid eſt riſibile: eſt homo: ſed genus non predicatur conuerſim: nam ſi homo eſt: riſibile eſt: ⁊ ecōuerſo. ſed nō ſequitur: animal eſt: ergo riſibile eſt.

¶ Amplius proprium omni ſpeciei ineſt: cuius eſt proprium: ⁊ ſoli: ⁊ ſemper. Genus v̄o omni quidē ſpeciei ieſt: cuius fuerit genus: ⁊ ſemper: non autem ſoli.

ſm formā ꝛ multa ſm partes mālés ut in homine ꝛ
in domo:ſiītudo eſt de nūo. Et ſic patet ſolutio ad
hoc qđ dicis.vnū ꝛ multa opponunt̄.ꝛ poſtea dicis
ꝙ nūs eſt multus:uerū eſt quantū ad mālés partes
vnus tñ eſt quantū ad formā. ¶ Ad $2^{m}$ cū dicis: ex
duobus actu exiſtētibus:non fit $3^{m}$.ꝛ tu dicis ꝙ vni
tates ſunt actu:dico ꝙ vnitates oēs in numero ha-
bent ſe rōne materie ꝛ in potentia excepta ultima:
que habet ſe rōne forme. ¶ Ad $3^{m}$ cū dicis: ex non
quātis non fit quantū:certe uerū eſt ex non quātis
nullomodo quātis:vñ ex non quantis in actu:non
fit quantum:tum in potentia bene poteſt fieri quan
tum:ꝛ ita lꝫ vnitates non ſint quante actu ſunt tamē
in potētia qre ex eis bene fit quātitas.

**Amplius quātitati nihil eſt ꝯriū.
In definitis enim manifeſtum eſt:
quoniā nihil eſt ꝯriuꝫ. ut bicubito:
uel tricubito:uel ſuperficiei: uel ali
cui taliū:nihil enim illis eſt ꝯriū.**

**Superius** Auctor dixit de quātitate: qꝛtū ad ſui ſubſtātialia hic dicit: quā
tum ad accidētalia ꝛ habet duas. Nā primo ponit
ꝓprietates cōes. $2^{o}$ propriā. $2^{a}$ ibi[propriū aūt.] Pri
ma in duas ſm duas proprietates cōes. $2^{a}$ ibi[non
videt̄ aūt.] Prima in duas.primo ponit ꝓprietatem
$2^{o}$ ponit obiectionem. $2^{a}$ ibi[Niſi quis forte dicat.]
ꝛ hec $2^{a}$ in duas ſm ꝙ ponit duas obiectiōes. $2^{a}$ ibi
[Maxime aūt circa locū.] Prima in duas.nā primo
ſoluit oſtēdendo:ꝙ magnuꝫ ꝛ paruū non ſunt quā
titates. $2^{o}$ dicit dato ꝙ ſint quātitates ꝙ nō ſunt cō
traria. $2^{a}$ ibi[amplius ſiue aliquis ponat.] Prima
in duas.nam primo oſtendit ꝙ magnuꝫ ꝛ paruuꝫ
nō ſint quantitates per vnā rationem. $2^{o}$ per aliam.
$2^{a}$ ibi[amplius bicubitū.] Prima in tres. nā primo
ponit minorē. $2^{o}$ ꝯclonem. $3^{o}$ declarationem mino
ris. $2^{a}$ ibi[Nihil enim.] $3^{a}$ ibi[ut mons qdē.] ꝛ hec
tria in duas.nā pmͦo declarat in magno ꝛ paruo. $2^{o}$
in multo ꝛ pauco. $2^{a}$ ibi[rurſus inuicē]ſeqtur illa ps
[Ampliꝰ ſiue aliqs]in qua oñdit ꝙ dato ꝙ ſint quā
titates ꝙ non ſunt contraria. Et diuidit in duas ſm
ꝙ probat hoc ꝑ duas rōnes. $2^{a}$ ibi[Ampliꝰ ſi ſunt]
ꝛ hec $2^{a}$ in duas.nā primo probat ꝙ magnū ꝛ par
uum non ſint ꝯria ducendo ad duo impoſſibilia. $2^{o}$
declarat illa duo ipoſſibilia. $2^{a}$ ibi[Cōtingit enim ſi
mul.] hec ſecūda in duas ſm ꝙ dupliciter declarat
illa duo impoſſibilia.ſecūda ibi[Et eadē ſibiipſis]
ſeqtur illa pars[nō videt̄ aūt.] Et diuidit in tres.nā
primo ponit ꝓprietatē. $2^{o}$ declarat. $3^{o}$ concludit. $2^{a}$
ibi[ut bicubitū.] $3^{a}$ [qre quātitas.] illa pars [ꝓpriū]
diuidit in tres. Nā primo ponit ꝓprietatem. $2^{o}$ de
clarat. $3^{o}$ concludit. $2^{a}$ ibi[ſingula queqꝫ.] $3^{a}$ [qre quā
titates.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primā partē
ſic ꝓcedit ꝛ dicit ꝙ quātitati nihil eſt ꝯriū. Et di
cit ꝙ hoc eſt manifeſtū in quantitatibus diffinitis.i.
determinatis: ut bicubito nihil eſt ꝯriuꝫ: ꝛ tricubito
ꝛ ſic de alijs.

**¶ Niſi multū pauco dicat quis eſſe contrariuꝫ
uel magnum paruo.**

¶ Dictum eſt ꝙ quātitati nihil eſt ꝯrium: uerum eſt:
niſi qs dicat multa eſſe ꝯria pauco ꝛ magnū pūo.

**¶ Hoꝝ aūt nihil eſt quātitas. ſed magis ad ali
quid. Nihil enim per ſeipſum magnū uel par-
uum dicit̄. ſed eo ꝙ ad alteꝝ refert̄ ut mons qͥ
dē paruus dicit̄:miliū vͦo magnum. eo ꝙ hoc
quidē his que ſunt ſui gn̄is maius ſit. illud vͦo
his que ſunt ſui gn̄is minus. ergo ad aliud eſt
eoꝝ relatio. nam ſi per ſeipm paruum uel ma-
gnū diceret̄. nunqꝫ mons quidē aliqñ paruꝰ.
milium vͦo magnū diceret̄. Rurſus quidē in
vico plures dicimus eſſe hoīes. in ciuitate vͦo
paucos. cū ſint his multo plures. ꝛ in domo
quidē multos. in theatro vͦo paucos:cum ſint
plures. Amplius vͦo bicubitū uel tricubitum
ꝛ vnūquodqꝫ talium quantitatem ſignificat.
Magnū vͦo uel paruum nō ſignificant quāti
tatē. ſed magis ſunt ad aliquid. qm̄ ad aliud
conſideratur magnum ꝛ paruum. quare ma-
nifeſtum eſt: ꝙ hec ad aliquid ſunt.**

¶ Hic ſoluit oñdendo ꝙ multū ꝛ paucū magnum ꝛ
paruū nō ſint quantitaes. Et intendit talē rōnem il-
lud qđ per ſe nō dicit̄: ſed in ſolo reſpectu refert̄ ad
aliud:nō eſt quātitas:ſed ad aliquid.i.relatiuū: ſed
magnū ꝛ paruum multū ꝛ paucum nō dicunt̄ per
ſe ſed in ſolo reſpectu ad aliud:ergo nō ſūt quātita-
tes. primo ponit ꝯclonem. ſecūdo minorem cū di-
cit[nihil enim.] Tertio declarat cuꝫ dicit[ut mons]
declarat minorem ꝙ magnuum ꝛ paruum multum
ꝛ paucum: dicuntur in reſpectu alterius. granum
milij dr̄ magnum:ꝛ mons paruus reſpectu alterius
mōtis maioris:ſed per ſe mons nō diceret̄ paruus
neqꝫ miliū magnum ꝛ tñ dicūtur: ergo patet ꝙ di-
cūtur in reſpectu alterius:uel ad aliud. Similr̄ decla
rat in multo ꝛ pauco ꝙ dicatur ad aliqd. Naꝫ nos
dicimus in domo eſſe multos homines ꝛ in thea-
tro paucos dato ꝙ ibi ſint tot: ſimiliter in ciuitatē
paucos ꝛ in vico multos: ꝛ non eſſet hoc niſi dicerē
tur in reſpectu. Et ſic patet ꝙ in reſpectu dicūtur: ꝛ
uocatur theatrū locus circa eccleſiā cōis.

**¶ Amplius ſiue aliquis ponat hec eſſe quātita
tes ſiue nō ponat: nihil erit eis ꝯrium. qđ eniꝫ
non pōt ſumi per ſeipſum ſed ad ſolā alterius
refertur relationem: quomodo huic aliquid
erit contrarium.**

¶ Hic ſoluit ⁊ dicit: dato ꝙ magnū ⁊ paruū ſint quātitates: tū non ſunt ꝯtraria cū quātitati nihil ſit cōtrarium. Et probat ꝙ magnū ⁊ paruum nō ſint cōtraria: ⁊ intēdit talē rōnem. Illud qḋ per ſe nō dicitur: ſed in ſola relatione ad aliud tale non hēt ꝯtrarium: ſed magnū ⁊ paruū: multū ⁊ paucū: nō dicūtur ꝑ ſe: ſed in ſola relōne ad aliḋ: q̄re iſta nō ſūt ꝯ̄ria

¶ Amplius autē ſi erunt magnum ⁊ paruum contraria continget idem ſimul contraria recipere. ⁊ ea ipſa ſibimet eſſe contraria.

¶ Hic intēdit ꝓbare per aliā rōnem ducēdo ad duo impoſſibilia ꝙ magnū ⁊ paruū nō ſint cōtraria. Et primo ponit illa impoſſibilia ⁊ dicit ꝙ ſi dicatur ꝙ magnū ⁊ paruū ſint cōtraria ſequeret̄ ꝙ duo ꝯ̄ria eſſent in eodem: uel ꝙ idē eſſet contrarium ſibimet.

¶ Contingit eni ſimul idē paruū eē: ⁊ magnū. Eſt enim ad hoc quidē paruum. ad aliud vō hoc idem ipm magnū. Quare idem ipm paruum ⁊ magnū ⁊ in eodē tēpore eſſe contingit. quare ſimul cōtraria ſuſcipit. Sed nihil eſt qḋ videatur ſimul cōtraria poſſe ſuſcipere. ut ſubſtantia quidem ſuſceptibilis eſſe contrariorū videtur. ſed nō ſuſcipit vno eodem tēpore. nā nullus ſanus ſimul eſt ⁊ eger. nec albus ⁊ niger eſt ſimul. nihilq̄ aliud ſil̄ ꝯ̄ria ſuſcipiet.

¶ Hic declarat illa ipoſſibilia. Et p̄rimo p̄mū .ſ. ꝙ ſi magnū ⁊ paruū eſſent contraria ꝙ duo ꝯtraria eēnt in eodem. nam vnus mons cōparatus ad maiorem dicitur paruus: cōparatus aūt ad minorē dicit̄ magnus ⁊ ita cū idem mons ſit paruus ⁊ magnus ſi eſſent contraria ꝯtingeret duo cōtraria in eodē eſſe ⁊ hoc eſt impoſſibile. ⁊ ſtatim ꝓbat ꝙ ipoſſibile ſit duo in eodem eſſe per talē rationē. Si illud qḋ magis videt̄ ineſſe non eſt neq̄ illud qḋ minus: ſed magis videret̄ ꝙ vna ſubſtātia poſſet recipere ꝯtraria q̄ aliqd aliud ⁊ tamen nō poteſt: nā idem hō non pōt ſil̄ eē ſan⁹ ⁊ eger: ḡ nec pōt ſimul ꝯ̄ria recipere.

¶ Et eadem continget ſibiipſis eſſe contraria. Nam ſi eſt magnum paruo contrarium: ipſū autem idem ſimul eſt: paruum ⁊ magnū. Ipſum ſibi erit contrariū. ſed ipoſſibile eſt aliqd ſibiipſi eſſe contrariū. non eſt igit̄ magnū paruo contrarium. nec multū exiguo. Quare uel ſi non relatiuorum hec quelibet dicat: ſed quātitatis nihil contrarium habebunt.

¶ Hic deducit aliud ipoſſibile. nam cū idē mons (ut declaratū eſt) poſſit dici magn⁹ ⁊ paru⁹: ſi iſta ſint cōtraria idem erit ꝯtrariū ſibiipſi: ſed hoc eſt ipoſſibile. ergo magnū ⁊ paruū nō ſunt cōtraria. Et ſic quātitati nihil eſt ꝯ̄riū: dato ꝙ magnū ⁊ paruū ſint q̄titates: ⁊ ſic eſt ſoluta obiectio: ⁊ ſic magnum ⁊ paruū non ſunt contraria.

¶ Maxime autē circa locū videt̄ eſſe cōtrarietas quātitatis. Surſum eni ad id qḋ deorſum eſt: contrarium ponunt locū qui in medio eſt deorſum dicētes: eo ꝙ multa medij diſtātia ad terminos mundi ſit. Uidetur ⁊ aliorum cōtrariorū diffōnes ab his afferre. Que eni mltū a ſe iuicē diſtāt ſub eodē gn̄e eē ꝯ̄ria definiūt.

¶ Hic ponit aliā obiectionē. Et dicit ꝙ quātitas maxime videt̄ habere cōtrariū circa locum: nam locus qui eſt ſurſum loco qui eſt deorſum videt̄ cōtrarius per diffinitionē ꝯtrarioꝝ: nam ꝯtraria ſunt que maxime a ſe diſtāt: ſed locus ſurſum ⁊ locus deorſum maxime diſtāt: q̄re vident̄ ꝯ̄ria. p̄hs nō ſoluit iſtam obiectionē: nam (ut dicit quidā) ridiculoſa eſt. Nā ꝯtraria maxime a ſe diſtant diſtātia formali ⁊ nō diſtātia locali: ⁊ ideo nō ualet ratio neq̄ etiā locus ſurſum ⁊ deorſum in eodē viciſſim ſimul ſunt q̄re non dicuntur contraria.

¶ Non videtur autem quantitas ſuſcipere magis ⁊ minus ut bicubitum. neq̄ enim aliud eſt alio magis bicubitum. neq̄ in numero. ut tria q̄ quinq̄: nihil magis dicuntur uel quinq̄ magis q̄ tria nec tempus aliud magis ⁊ minus dicit̄: neq̄ in his que dicta ſunt: omnino magis ⁊ minus dicitur. quare quātitas nō ſuſcipit magis ⁊ minus.

¶ Hic ponit aliam ꝓprietatē dicēs: ꝙ quātitas nō videtur ſuſcipere magis ⁊ minus: ut bicubitū uel tricubitum. ſimil'r declarat de numero. nā aliq̄ tria nō dicunt magis tria q̄ alia ⁊ ſic de alijs: quare p₃ ꝙ quātitas non ſuſcipit magis ⁊ minus.

¶ Proprium autē quātitatis maxime eſt: ꝙ eq̄le ⁊ inequale dicitur. ſingulū enim eorū que dicta ſunt quātitatū: ⁊ equale dicit̄ ⁊ inequale. ut corpus equale ⁊ inequale dicit̄. ⁊ numerus eq̄lis ⁊ ineq̄lis. ⁊ tp̄s equale ⁊ ieq̄le di. Similr autē ⁊ in alijs: que dicta ſūt vnūquodq̄ ⁊ equale ⁊ inequale dicit̄. In ceteris autē que quātitates non ſunt: non multū vident̄ equale ⁊ inequale dici. ut affectio: ⁊ diſpoſitio: eq̄lis ⁊ inequalis nō multū dicit̄. ſed magis ſilis ⁊ diſſilis. ⁊ albū eq̄le ⁊ ineq̄le nō multum dicitur ſed magis ſimile. Quare quātitatis ꝓprium eſt equale ⁊ inequale dici.

¶ Hic ponit ꝓprietatē ꝓpriam quātitatis. Et dicit ꝙ ꝓprie proprium eſt quātitati ſm eam equale uel inequale dici: ut duo nūs equalis uel ineq̄lis: uel etiam duo corpora eq̄lia uel inequalia dicunt̄ ſm quātitatem. ⁊ illa ꝓpoſitio ſm: dicit ibi habitudinē cauſe efficientis ⁊ declarat ꝙ alijs non competat. nam affectio que eſt equalitas nō dicitur equalis ſed aliquid dicitur ſimile ſm ipſam.

**Queritur** circa ſpecies quātitatis. Et p̄mo utrum nūs ⁊ oratio differant ſm ſpeciē? Et arguit̄ primo ꝙ nō. Nam illa que differūt ſola differētia materiali nō differunt ſm ſpeciem: ſ₃ numerus ⁊ oratio differūt ſola differentia materiali. ergo nō differūt ſm ſpeciē. ꝙ aūt ſolū differāt dr̄ia materiali p₃: q₂ differūt ſolum ex hoc q₂ numer⁹ mēſurat rōne permanētie: ⁊ oratio rōne ſucceſſiōis: ſed iſte differētie ſūt materiales: ergo. ¶ 2° arguit̄ ſic oratio eſt multitudo ſyllabarū ⁊ coditionū ⁊ numerus ſimiliter eſt multitudo: q̄re videt̄ ꝙ oratio ⁊ numer⁹ nō ſint diuerſe ſpēs q̄titatis? ¶ Ulteri⁹ querit̄ Utrū oratio differat a tēpore ſm ſpēm. ⁊ videt̄ ꝙ nō: nam ille quātitates que habēt eadem rationē mēſure nō differūt ſm ſpēm: ſed tēpus ⁊ oratio habēt eādem rationē mēſure: nam utrūq̄ mēſurat̄ in ſucceſſiōe. ergo videt̄ ꝙ nō ſint quātitates diſtincte ſm ſpeciem.

¶ Dicēdum ad hoc ꝙ numer⁹ ⁊ oratio ſunt quātitates ſm ſpēm diſtincte. differūt eni in duob⁹. in vno q₂ numer⁹ mēſurat res ꝑmanentes: ⁊ nō ſucceſſiuas: niſi ēt iquātū habēt ꝑmanētia. differūt ⁊ in alio: q₂ numer⁹ nō determinat ſibi aliquā mām. hēt enī in differēter oīa mēſurare: ſed oratio determiat ſibi uocē. ꝓlatā: quam habet ſolūmodo mēſurare: per h̄ p₃ ſolutio ad argumēta. ¶ Ad primū cum dicis illa que differūt ſolum ſm differētiam materialē nō differunt ſm ſpēm: cōcedo. cum dicis ꝙ numer⁹ ⁊ oratio ſolum differūt differētia materiali. Dico ꝙ imo

In q̄bus differant nūs ⁊ oratio.

differūt formaliter: nam ſicut res ꝑmanētes ⁊ ſucceſſiue differūt in forma: ſic ille differētie formaliter differunt. ¶ Ad 2m ſimiliter pꝫ ſolutio per idē. ¶ Ad 3m ſimiliter cum ꝓbas ꝙ tēpus ⁊ oratio nō differūt. dico ꝙ imo: nam oratio mēſurat ratione diſcretoꝝ. Tempus autem ratione continuorum. ⁊ ſic habēt diuerſam rationem menſurandi.

**Queritur** Utrū linea ſit diſtincta quātitas a ſupficie? Et arguit̄ ꝙ nō. nā ps nō facit diſtinctā ſpēm ꝯtra totū: ſed linea eſt ps ſuperficiei. ergo non debet ꝯtra illā ex oppoſito diuidi q̄re ⁊c̄. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ linea eſt diſticta quātitas a ſupficie. Uñ in ſub̄a cōpoſita naturali eſt reperire partes ⁊ ordinationē ipſarū partiū: ⁊ etiā diſtictiōeꝫ eaꝝ. ex quo ſunt ibi ptes eſt ibi quātitas: ſed ex hoc ꝙ ptes ordinātur ꝯtinue uel diſcrete: cauſat̄ ꝯtinua uel diſcreta: ſed differūt. nam ſm ꝙ vna ps ordinat̄ poſt aliaꝫ ſic eſt linea: ⁊ ex hoc ꝙ vna ordinat̄ poſt. ⁊ circa aliā ſic eſt ſupficies. ſed ex hoc ꝙ vna poſt ⁊ circa ⁊ ſub alia locat̄ ſic eſt corpꝰ: ⁊ ſic pꝫ q̄re diuerſā rōnē hn̄t linea ⁊ ſupficies: q̄re ſequit̄ ꝙ ſint diuiſe quātitates. ¶ Ad argumētū cū dicis ps nō diſtinguit̄ ex oppoſito ꝯtra totū. ſoluit̄ vno mō ꝙ uerū eſt id qđ ē ps: ſed nō inquātū ps: ſed ꝯcedat̄. ⁊ ad minorē cum dicis ꝙ linea eſt ps ſupficiei. dico ꝙ non ſicut pūctꝰ nō eſt ps linee: q2 ex ptibus linee linea ꝯſtituit̄ ⁊ nō cōſtituit̄ ex punctis. Nā ſi īdiuiſibile addit̄ īdiuiſibili nihil maius facit. pūctus aūt eſt īdiuiſibilis ratio.

**Queritur** Utrū motꝰ ſit quātitas per ſe. Et arguit̄ ꝙ ſic. nā illđ ꝙ eſt per ſe diuiſibile eſt per ſe quātitas: ſed motꝰ eſt per ſe diuiſibilis cū ſit qđ ꝯtinuū: ergo motus eſt quātitas ꝑ ſe.

**Oppoſitū** Patet per ph̄m qui dicit: ꝙ ſoluꝫ ille que ſupra dicte ſūt quātitates per ſe: oēs alie ꝑ accn̄s. ſed de ſupradictis nō eſt motus. q̄re erit quātitas per accn̄s. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ de rōne quātitatis eſt per ſe hēre ptes: iō illud qđ ꝑ ſe hēt ptes eſt q̄titas per ſe: ⁊ qđ nō hēt ptes per ſe nō eſt quātitas per ſe: motꝰ aūt nō hēt ptes per ſe: niſi a ſubiecto: nec hēt ꝯtinuationē: nā motꝰ eſt ꝯtinuꝰ ex hoc ꝙ mobile eſt in q̄libet pte ſemꝑ ⁊ ſine quiete ⁊ ita ſolutū eſt argumētū. q2 motꝰ de ſe nō ē diuiſibilis

**Queritur** Circa ꝓprietatē q̄titatis ⁊ ꝑmo. Utrū q̄titati ſit aliqđ ꝯriū? Et videt̄ ꝙ ſic. nā in oī gn̄e eſt repire vnā ꝑmā ꝯrietatem. ergo in quantitate erit ꝯrietas. ¶ 2o ſic: ois motꝰ eſt a ꝯrio in ꝯrium: ſed in quātitate eſt motꝰ videlicet augmenti ⁊ diminutionis. g̊ q̄titas hēt ꝯrietatē. ¶ Ulterius querit̄ de hoc qđ auctor dicit cum ꝓbat ꝙ magnū ⁊ paruū nō ſunt ꝯria: ⁊ facit talē rōnē. naꝫ mōs cōparatꝰ ad aliū pōt dici magnꝰ: ⁊ ad aliuꝫ pōt dici paruus: ⁊ ita ſi magnū ⁊ puū ſint ꝯria eēnt duo ꝯria in eodē. ibi videt̄ ꝙ peccet per fallaciā ignorātie elēchi: ſicut dicēdo hoc eſt duplū ad h' ⁊ nō eſt duplum ad illud: ergo eſt duplū ⁊ nō duplū. ¶ Ulteriꝰ q̄ritur utrū magnū ⁊ paruū ſint q̄titates? Et videtur ꝙ ſic. nā ꝓpriū eſt ſm eā eq̄le uel ineq̄le dici: ſed ſꝫ magnitudinē ⁊ puitatē dicunt̄ aliq̄ eq̄les uel ineq̄les: ⁊ magnitudo ⁊ puitas ſunt q̄titates. ergo magnū ⁊ puū ſunt q̄titates. ¶ Dicēdū ꝙ duplex eſt ꝯrietas. ſ. ꝯrietas gn̄is p̄dicabilis ⁊ generis ſubiicibilis. Cōtrarietas gn̄is p̄dicabilis eſt differētiaꝝ oppoſitaꝝ ſb̄ gn̄e ⁊ ſic ꝯrietas eſt in q̄libet p̄dicamēto: ſed ꝯrietas generis ſubiicibilis eſt, put ꝯria ſunt viciſſim in eodem: ⁊ ſic ſumunt̄ hic ꝯria ⁊ ſic quātitas nō ſuſcipit ꝯria: ſed ſolū q̄litas ⁊ illa que cauſant̄ a q̄litate. ¶ Ad argumētū ꝑmū cū dicis: in oī gn̄e eſt repire vnā primā ꝯrietatē. uerū eſt gn̄is p̄dicabilis: ſed nō gn̄is ſubiicibilis. ¶ Ad 2m cū dicis: ois motꝰ eſt a ꝯrio in ꝯriū. Dico ꝙ ꝯrium ibi accipit̄ large pro quocūq; diſpato. ¶ Ad aliđ dico ſilr̄ ꝙ auctor nō peccat per ignorātiā elenchi imo bn̄ ualet rō ſua: nā ꝯria nec eodeꝫ reſpectu nec diuerſis pn̄t eē in eodē ſubiecto: ſed magnuꝫ ⁊ paruū poſſunt eſſe in eodē ſubiecto diuerſis reſpectibꝰ. q̄re bona eſt rō: videlicet ꝙ non ſint ꝯria: neq; eſt ibi fallacia ignorātie. nā fallacia ignorātie fit in negatiua ⁊ nō in affirmatiua: nā bn̄ ſequit̄ ꝙ iſte eſt pr̄ illius ⁊ filiꝰ alteriꝰ. ergo eſt pr̄ ⁊ filiꝰ: ſꝫ ſi aſſignarē negatiue nō ualeret argumētū. nā nō ſequit̄ nō ē pr̄ illius. ergo nō eſt pr̄. Et eſt cā q̄re nō tenet in negatiua q2 cū dr̄ nō eſt pr̄ iſtiꝰ: negat̄ pr̄ ab illo. cū aūt dicit̄ nō eſt pr̄ ſimplr̄ negat̄ eē pr̄: ſed in affirmatiua cū dr̄ iſte eſt pr̄ illiꝰ bn̄ ſequit̄ ergo eſt pr̄: nā nō affirmat̄ pro q̄libet eē pr̄em. Et iō q2 auctor arguit affirmatiue ibi nō īcidit fallacia ignorātie elēchi: q̄re bene tenet argumētū. ¶ Ad aliud cū dicis ꝙ magnū ⁊ puū ſunt quātitates. dico ꝙ magnū ⁊ paruū ſignificant magnitudinē ⁊ paruitatē que ſūt quātitates. Tn̄ iſte q̄titates dicunt̄ ī cōparatione: ⁊ ſic dico ꝙ p̄ncipalr̄ ſignificāt q̄titates cōparatas: ⁊ ita ex ꝯn̄ti ſunt relatiua: q2 ex quo q̄titatē cōparatā ſignificāt: ad aliq̄d dicunt̄. cōcedo. ergo argumētū ꝙ magnū ⁊ puū bn̄ ſint q̄titates. Tn̄ ex ꝯn̄ti ſunt relatiua: q2 in cōparatione ſunt ad aliquid.

**A**D aliqđ v̊o talia dicuntur: quecūq; hoc ipm qđ ſunt alioꝝ eē dicunt̄ uel quomodolibet aliter ad aliđ. ut maius hoc ipm qđ eſt altero dicitur. aliquo eni maius dicit̄. ⁊ duplum dicitur id qđ eſt alterius alicuius eni duplū dr̄. Similiter autē ⁊ alia quecūq; ſunt huiuſmodi.

**Superius** dixit ph̄s de p̄dicamēto q̄titatis. hic itendit determinare de p̄dicamēto relōnis. Et diuidit̄ in duas. nā p̊ ponit vnaꝫ diffōnē de relatiuis q̄tū ad opiōnē alioꝝ. 2o ſꝫ opiniōnē ꝓpriā. 2a ibi [Si igit̄ ſufficiēter.] Uel alit̄ dicit̄ a q̄buſdā ꝙ p̊ ph̄s determīat de relatiuis diffinitiue. 2o dubitatiue. 2a ibi [Hēt aūt dubitationē.] Et ꝑma in duas. nā p̊ determīat de relatiuis quātū ad ſub̄alia. 2o quātū ad accn̄talia. 2a ibi [Ineſt aūt ꝯrietas.] Prima in duas. nā p̊ diffinit. 2o declarat. 2a ibi [Ut maiꝰ.] ⁊ hec 2a in duas. ſ. in p̄ncipalē ⁊ dubij remotiuam. 2a ibi [Sūt aūt ⁊ accubitꝰ.] Prima in duas. nā p̊ declarat vnā ptem diffōnis. 2o aliā. 2a ibi [Uel quōlibet.] ꝑma in duas. nā p̊ declarat in relatiuis ſm eſſe. 2o in relatiuis ſm dici. 2a ibi [At v̊o ſūt.] Sequitur illa ps [Ineſt aūt.] Et diuidit̄ in duas. nā p̊ ponit ꝓprietates cōes. 2o ꝓprias. 2a ibi [Oia aūt que.] Pria ī duas ſꝫ duas ꝓprietates cōes. 2a ibi [Uident̄ aūt magis.] ⁊ quelibet iſtarū in duas pōt diuidi. p̊ ponit ꝓprietatē. 2o oſtēdit nō eē ꝯuertibilē. ubi incipiāt pꝫ. Sed ſequit̄ illa ps [oia auteꝫ que ſunt.] Et diuidit̄ in duas ſm duas ꝓprietates. 2a in fine lectionis ibi [Uident̄ aūt.] Prima in duas. nā ꝑmo ponit ꝓprietateꝫ. 2o ponit īpedimentū circa iſtam. 2a ibi [At v̊o aliquotiēs.] Prima in duas. ſ. in p̄ncipalē ⁊ dubij remotiuā. 2a ibi [ſed caſu.] Illa ps [At v̊o.] in duas. Nam ꝑmo ponit impedimentum circa ꝓprietatem ⁊ iſtius īpedimēti incōuenientē aſſignationeꝫ. 2o oſtendit que ſit ꝯueniens aſſignatio ⁊ que incōueniēs. 2a ibi [Amplius hic ꝯuenienter.] prima in duas. nam ꝑmo remouet impedimentum qđ ꝓuenit ꝓpter defectū nomi

nis.2° ꝓpter male assignātes.2° ibi[ Oīa igit̄ que ad aliquid.] Prima in duas.nā primo ostēdit ꝙ pōt eē inconueniens assignatio ꝓpter defectū nominis.2° dicit ꝙ opꝫ fingere nomina: ⁊ dat artem fingēdi nomina.2° ibi[ sic aūt fortassis.] Sequit̄ illa ps[ Amplius.] Et habet tres.nam ꝑmo ostēdit que sit ꝯueniēs assignatio.2° que inconueniēs.3° concludit suā proprietatem declaratam.2° ibi[ ut si seruus ad .] 3° ibi [Quare oportet.] Primo nota ꝙ relatio inter oīa entia debilius esse habet: ꝓpter qḋ crediderūt quidā ꝙ esset ens rationis: ⁊ nō nature: sed hoc est falsum. nam a nā est: qꝛ debilius esse hēt determinat̄ in concretione de relatiuis: ⁊ non de relatione: qꝛ cōcreta magis cadūt in cognitione nostra ꝙ̄ abstracta. Et dicit ad aliqd magis ꝙ̄ relatio.nam per relatiuum cuꝫ sua ꝓpositione magis importat̄ ⁊ designat̄ respect⁹ ⁊ relatiua ꝯsistunt in respectu: dicit ergo talia dicuntur ad aliqd.i. relatiua: quecunqꝫ hoc ipm̄ qḋ sunt dicunt̄ alioꝝ.i.in genitiuo.uel quomōlibet aliter.i.in alijs casibus ꝙ̄ in genitiuo. Et dicit dicunt̄ qꝛ nō ponit phs hanc diffinitionē ꝺm opinionē propriā: sed alioꝝ. Et statim declarat quātū ad hoc qḋ dixit aliorum: ut maius alterius dicit̄.hic loquit̄ quantum ad grecos qui nō hn̄t ablatiuū: sed statim quātum ad nos dicit aliquo enī maius dicit̄.s.duplū dicit̄ alteri⁹ duplum.⁊ sic de alijs.

¶ At vō etiā sunt hec ad aliud.ut hit⁹ ⁊ affect⁹ scia sensus ⁊ positio.hec enī oīa que dicta sūt. hoc ipsum qḋ sunt. alioꝝ esse dicuntur. ⁊ uel quōlibet aliter ad aliud: ⁊ nō aliud qddā. Habit⁹ enī alicui⁹ est habit⁹. ⁊ scia alicui⁹ scia est ⁊ positio alicui⁹ est positio.sed ⁊ alia similiter.

¶ Hic declarat in relatiuis ꝺm dici. Et dicit ꝙ sensus ⁊ dispositio habit⁹.⁊ positio: ita dicunt̄ ad aliquid: nam habitus dicit̄ alicui⁹ habitus: ⁊ dispositio dicit̄ alicuius dispositio. Postea cuꝫ dicit.

¶ Ad aliqd ergo sunt quecūqꝫ id qḋ sunt alioꝝ dicunt̄: uel quōlibet aliter ad aliḋ.ut mōs magnus: dicit̄ ad mōtē aliū. Magnū enī ad aliḋ dicitur: ⁊ simile alicui simile. ⁊ omnia talia similiter ad aliquid dicuntur.

¶ Hic declarat aliud mēbrum.s.ꝙ aliqua dicunt̄ ad aliquid in alijs casibus ꝙ̄ in genitiuo: ut similis sili similis: ⁊ mons magnus ad montē paruū. In ablatiuo ut maius maioꝛ maius.

¶ Sūt aūt etiā ⁊ accubit⁹: ⁊ statio: ⁊ sessio: positiones quedā.positio vō ad aliqd est. Jacere autem: uel stare: uel sedere: ipsa quidem positiones nō sunt.denominatiue vō ab hic: que dicte sunt positiones nominantur.

¶ Hic remouet dubiuꝫ. Et dicit accubit⁹: statio: sessio sunt positiones ⁊ sunt ad aliqd. Crederet aliqs ꝙ similiter: stare: sedere: iacere essent positiones. Et ita essent ad aliquid. ipse remouet ⁊ dicit ꝙ sedē stare non sunt ad aliquid nec positiōes: sed denominatiue dicuntur a positionibus.

¶ Jnest aūt ⁊ ꝯrietas in relōne: ut virt⁹ vitio ꝯria: cū sit utrūqꝫ eoꝝ ad aliqd. ⁊ disciplia ignorātie: nō aūt oib⁹ relatiuis iest ꝯrietas. Duplici enī nihil est ꝯriū.neqꝫ triplici.neqꝫ ulli taliuꝫ.

¶ Hic ponit ꝓprietatē cōem dicens: ꝙ ꝯtrarietas est in relatiuis: ut virtus ꝯria vitio.sed itellige ꝙ virtus ⁊ vitiū non sunt relatiua ꝺm esse: sed ꝺm dici: nam ꝓmo significāt rem de genere qlitatis ⁊ ꝓut supra illas res fundat̄ rō ꝯrietatis sic sunt ad aliqd: sed hoc nō ꝯuenit cuilibet relōni: ꝙ habeat ꝯria.nā relatiua ut pater ⁊ filius duplum ⁊ dimidium nō hn̄t ꝯria.

¶ Vident̄ autē magis ⁊ min⁹ relatiua suscipe. sile enī ⁊ dissimile: magis ⁊ min⁹ dicit̄. ⁊ equale ⁊ ieqle magis ⁊ min⁹ dicit̄ cū utrūqꝫ sit ad aliqd. Sile enī alicui sile dicit̄. ⁊ eqle alicui inequale. Non aūt omnia relatiua suscipiūt magis ⁊ minus. duplum eniꝫ non dicitur magis ⁊ minus duplum. nec aliquid talium.

¶ Hic ponit aliā ꝓprietatē dicens: ꝙ relatiua vident̄ suscipere magis ⁊ minus: ut simile magis ⁊ min⁹ dicitur ineqle ⁊ equale: sed vide ꝙ eqle in eadem dimesione non dicit magis ⁊ minus. Nā eqlitas in pūcto ꝯsistit: sed in diuersis dimēsionib⁹. Unū nam ineqlitas: que est ꝺm longitudinē ⁊ latitudinē magis ꝯria est ꝙ̄ illa que solū ꝺm longitudinē est: sed hoc nō cōuenit omnibus relatiuis: ut duplum non dicitur magis ⁊ minus nec dimidium.

¶ Oīa aūt relatiua ad ꝯuertētiā dicunt̄: ut seruus dn̄i seru⁹ dicit̄. ⁊ dn̄s serui dn̄s. ⁊ dupluꝫ dimidij duplū. ⁊ dimidiū dupli dimidium. ⁊ mai⁹ minore mai⁹: ⁊ min⁹ maiore min⁹. Silr aūt ⁊ in alijs: sed casu differūt qnqꝫ ꝺm locutionē ut scia scibilis scia. ⁊ scibile scia scibile. ⁊ sēsus sensibilis sensus: ⁊ sensibile sensu sensibile.

¶ Hic ponit vnā ꝓprietatē ꝓpriam dicens ꝙ omnia relatiua dicunt̄ ad ꝯuertētiā: ut pater filij pater: ⁊ filius patris fili⁹: ⁊ statim remouet dubiū dicēs.nam si diceret aliqs: an semꝑ in eodē casu cōuertant̄ dic ꝙ non: imo aliqn̄ differūt in casu ut disciplina disciplinati disciplina: dicit̄ in genitiuo: sed cū ꝯuertit̄ dicitur in ablatiuo disciplinatum disciplina disciplinatū similiter de sensu declarat.

¶ At vō aliquotiēs nō videt̄ ꝯuerti nisi ꝯueniēter ad qḋ dr̄ assignet̄. Si enī peccet: q assignat ut ala si assignet̄ auis: nō ꝯuertit̄: ut sit auis ale nō enī ꝓus ꝯueniēter assignatū ē ala auis.neqꝫ enī in eo ꝙ auis ē: alia auis dr̄: ſꝫ in eo ꝙ alata ē. Moltoꝝ enī ⁊ alioꝝ ale sūt: que nō sūt aues. Quare si assignet̄ ꝯueniēter: ⁊ ꝯuertit̄: ut ala alati ala ē: ⁊ alatū ala alatū. Aliquotiēs āt forte ⁊ noīa fingere necesse erit. si nō fuerit positū nomē ad qḋ ꝯueniēter assignet̄: ut remus nauis si assignet̄: nō erit ꝯueniēs assignatio. Neqꝫ enī in eo qḋ est nauis in eo ei⁹ rem⁹ dicitur. Sūt enī naues: qꝝ nō sunt remi. Quare non ꝯuertit̄. nauis enī nō dicit̄ remi nauis. Sꝫ forte ꝯueniētioꝛ assignatio erit: si sic quodāmō assignet̄: remus remite rei rem⁹ aut quōlibet aliter dictū sit. nomē enī nō ē positū. ꝯuertit̄ āt si ꝯueniēter assignet̄. remitū enī: remo remitū ē. Silr aūt ⁊ in alijs: ut caput ꝯueniēti⁹ assignabit̄ capiti: ꝙ̄ si aīalis assignet̄: neqꝫ enī in eo ꝙ aīal est: caput hēt. multa enī sunt aīalia capita nō hn̄tia. Sic aūt fortasse facillime sumet̄: qb⁹ nō est nomē positum ab his que ꝑma sunt. ⁊ his ad que ꝯuertūt̄: noīa apponant̄: ut in his que ꝓdicta sunt: ut ab ala alatū. a remo remitū

¶ Hic remouet ipedimētū circa aliā ꝓprietatē dictū est ꝙ relatiua dicunt̄ ad ꝯuertentiā: sed aliquotiens non vident̄ dici ad cōuertētiā: si nō assignent̄ ꝯuenienter: ut si non sit nomē ipositū: sed ꝙ assignet̄ alteri ut si ala assignet̄ aui: qꝛ nō assignat̄ conuenient: qa alia aīalia hn̄t alas: que nō sūt aues: ut qdam serpētes: ideo dicit ꝙ necesse erit aliqn̄ noīa fingere ⁊ tūc ꝯuertunt. ponit silr alia duo exēpla qliter est incōueniens assignatio ex defectu nois: ut si rem⁹ assignet̄

naui: remus non bn̄ aſſignat̄: q̄ſunt naues ſine remis: ſimiliter ſi aſſignetur caput animali nō bene aſſignatur: quia ſunt quedam animalia ſine capitib⁹: ⁊ ideo dicit ꝙ noīa neceſſe eſt fingere: ⁊ dicit ꝙ debemus accipere a primis. i. a principalib⁹ ut a capite capitatū ⁊ ab ala alatum: ⁊ a remo remitum: ⁊ ſic de alijs: ⁊ ſic conuertunt̄ ut dicat̄ caput capitati caput: remus rei remite remus. ⁊ ala alati ala.

¶ Oīa ergo que ad aliqd dicunt̄ ſi ꝯuenienter aſſignent̄ ad ꝯuertētiā dicunt̄. Nā ſi ad q̄dlibet aliud aſſignent̄: ⁊ nō ad illud ad qd̄ dicūtur: nō ꝯuertunt̄. Dico aūt q̄m neqꝫ eoꝝ: que īdubitāter ad ꝯuertētia dicunt̄. ⁊ noīa eis poſita ſunt: nihil ꝯuertit̄: ſi ad eoꝝ aliqd: que ſunt accidētia aſſignent̄: ⁊ nō ad id ad qd̄ dicunt̄: ut ſeruus ſi nō dn̄i aſſignet̄: ſed hoīs: aut bipedis aut cuiuſcūqꝫ taliū: nō ꝯuertit̄. Nāqꝫ dici non poteſt homo eſt ſerui homo: non eniꝫ erit conueniens aſſignatio.

¶ Hic remouet aliud īpedimētū ꝓut eſt īconueniens aſſignatio. pōt eē ꝓpter male aſſignante. Et dicit ꝙ oīa relatiua: ſi eis ſint noīa īpoſita dicunt̄ ad ꝯuertētiā: uerū eſt ſi bn̄ aſſignent̄: nā ſi non bn̄ aſſignent̄ non conuertunt̄: ut ſi aſſignaretur ſeru⁹ hoīs ſeruus: uel bipdies ſeru⁹ non ꝯuertit̄. Nā nō bn̄ aſſignat̄ debet eni aſſignari aliquid ad qd̄ referatur: ⁊ tunc conuerteretur: ut ſeruus domini ſeruus.

¶ Ampli⁹. Si cōueniēter aſſignet̄ ad id: ad qd̄ dicit̄ oībus alijs circūſcriptis quecūqꝫ accn̄tia ſunt: relicto illo ſolo ad qd̄ aſſignatū eſt ꝯuenienter ſemꝑ ad ipm̄ dicet̄. ut ſi ſeruus ad dn̄ꝫ dicat̄: circūſcriptis oīb⁹ q̄ ſūt accn̄tia dn̄o. ut eē bipedē: uel ſcīe ſuſceptibilē: uel hoīem: relicto uͦo ho[c] ſolo ꝙ dn̄s eſt: ſemꝑ ſeruus ad ipm̄ dicetur

¶ Hi[c] oñdit que ſit ꝯueniēs aſſignatio. Et dicit ꝙ ſi aliqd̄ relatiuū aſſignaret̄ alteri. ⁊ poſtea ſi remotis ⁊ circūſcriptis oīb⁹ accn̄tib⁹ ab illo ad qd̄ aſſignat̄ adhuc dicat̄ ad ipꝫ: tūc erit ꝯueniēs aſſignatio: ut ſi ſu⁹ aſſignaret̄ dn̄o circūſcriptis oīb⁹ accn̄tibus a dn̄o. ſ. eē bipedē ⁊ ſic de alijs: adhuc ſeruus diceretur ad dominū: ⁊ ideo fuit conueniens aſſignatio.

¶ Seruus eni ſemꝑ dn̄i ſeru⁹ eſt. Si aūt ſeruus nō cōueniēter dicat̄: ad id qd̄ dī: circūſcriptis oībus alijs: relicto ſolo illo ad quod aſſignatū eſt non dicet̄ ad ipſum. aſſignetur eniꝫ ſeruus hominis: ⁊ ala auis. ⁊ circūſcribat̄ ab homine eſſe dn̄m: non iam ſeruus ad hominē dicit̄. cum enim dn̄s nō ſit: ſeruus non eſt. Similiter autē de aui: ſi adimat̄ eam alatā eſſe: amplius iam nō erit ala ad aliquid. cū eni non ſit alatū nec ala erit alicui⁹. Quare opꝫ aſſignari id: ad qd̄ ꝯueniēter dicit̄: ⁊ ſi ſit nomē poſitū: facilis erit aſſignatio. ſi aūt nō ſit: fortaſſe erit neceſſarium nomen fingere. ſi autem ſic reddantur: manifeſtum eſt: quoniaꝫ omnia relatiua ad cōuertentia dicuntur.

¶ Hic oſtēdit que ſit ꝯueniēs aſſignatio. ⁊ ītendit oppoſitū: ꝙ ſi aliqd aſſignaret̄ alicui. Et poſtea ſi circūſcriptis oīb⁹ alijs aīalib⁹ nō dicat̄ ad illud: tūc eſt inconueniens aſſignatio: ut ſi aſſignat̄ ſeruus hoī ⁊ remoueant̄ oīa accn̄tia ab hoīe ut eſſe dn̄m ⁊ ſic de alis: planū eſt ꝙ tūc ſeruus ad hoīeꝫ nō demonſtretur q̄ īconueniēter erat aſſignatū: ⁊ ſic pꝫ que ſit incōueniens aſſignatio ⁊ q̄ ꝯueniēs. ⁊ poſtea cū dicit [Quare opꝫ declarare.] Cōcludit ꝓprietatē declaratā quātitatis ⁊ patet quid dicit.

Vident̄ autē ad aliqd ſimul eſſe natura. ⁊ in pluribus quidē manifeſtuꝫ eſt in aliquibus uͦo non uerū: ſimul enim eſt duplū ⁊ dimidium ⁊ cum ſit dimidiū. duplū eſt. ⁊ cuꝫ ſit ſeru⁹ dn̄s eſt. ſil̄r autēꝫ his ⁊ alia. Sil̄ aūt hec ſeſe auferunt īuicē. ſi eni non ſit duplū. non eſt dimidiuꝫ: ⁊ ſi nō eſt dimidiū non eſt duplum: ſimiliter autem ⁊ in alijs: quecūqꝫ talia ſunt.

Superius Auctor poſuit ꝓprietates cōes relatiuoꝝ ⁊ unā ꝓpriam. Hic ponit ꝓprietatē ꝓprie ꝓpriā. Deinde ſequit̄ illa pˢ in qua determīat de relatiuis dubitatiue. que īcipit ibi [hēt autē.] Et ſic ſunt due partes ꝑncipales in lectione. ꝑma in duas. ꝑmo ponit ꝓprietateꝫ. 2° obicit. 2ª ibi [Non aūt in oībus.] Prima in duas. ꝑmo ponit ꝓprietateꝫ. 2° declarat. 2ª ibi [Et in plurimis q̄dem.] Sequit̄ illa pars [Nō aūt in omnib⁹.] Et hēt duas. nā ꝑͦ ꝓponit. 2° ꝓſequit̄. 2ª ibi [Ampli⁹ ſcibile.] Hec 2ª in duas. nā ꝑͦ ponit unā obiectioneꝫ 2° aliam. 2ª ibi [Sil̄r his ſeſe hn̄t.] Et hec in duas ſm̄ duas rōnes 2ª ibi [Amplius ſenſus quideꝫ.] Sequit̄ illa pˢ [habet autē.] Et diuidit̄ in duas. nam ꝑmo mouet dubitationem. 2° ſoluit 2ª ibi [Si igitur.] Prima in duas primo ponit dubitationeꝫ. 2° pertractat eam. 2ª ibi [Nam in ꝑmis.] Et hec 2ª in duas. nā primo pertractat quātū ad ea de quib⁹ nō eſt dubitatio. 2° de illis de quib⁹ eſt dubitatio. 2ª ibi [In aliquibus uͦo.] Sequitur illa pars [Si igit̄.] Et habet tres. nam primo ſoluit incōplete. 2° cōplete. 3° ponit q̄dam incidēs 2ª ibi [Ex his ergo.] 3ª ibi [Fortaſſe auteꝫ.] Prima in duas. ꝑmo ſoluit īcomplete. 2° obicit contra ſe ⁊ ſoluit. 2ª ibi [Fortaſſe aliquid.] Tunc ſequit̄ illa pˢ [Ex his.] in qua ſoluit cōplete. ⁊ habet tres. naꝫ ꝑmo ponit maiorē cuiuſdam rōnis quā intendit. 2° minorē 3° ꝯcluſionē. 2ª ibi [Caput uͦo ⁊ manus.] 3ª ibi [Quare nō erūt.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primā ꝑtem ſic ꝓcedit dicēs ꝙ oīa relatiua dicunt̄ ſimul natura. i. naturali intelligētia: uel ſimul natura. i. aliq̄ natura cōmuni que eſt quidā reſpectus. Et dicit ꝙ in alijs plurib⁹. i. in alijs que īferius addit uerū eſt. Unde intendit talem rōnem. illa que poſita ſe ponūt: ⁊ perempta ſe perimūt. ergo relatiua ſunt ſimul nā: minoreꝫ declarat in littera: ⁊ minor habet duas ꝑtes. nam primo probat primā partē. ſ. ꝙ poſita ſe ponūt ⁊ poſtea ſecundam. ſ. ꝙ perempta ſe perimunt.

¶ Non autem in oībus relatiuis uerum videt̄: eſſe ſimul natura. ſcibile eni ſcīa prius eē videtur. nāqꝫ in pluribus reb⁹ ſubſiſtentibus: ſciētias accipimus: in paucis uͦo uel nullis hoc q̄s reperiet: ſimul cum ſcibili ſcīa ineſſe factam.

¶ Hic obicit contra ꝓprietatem. Et ꝑmo ꝓponit dicens ꝙ non videt̄ in omnib⁹ relatiuis: ꝙ ſimul dicātur ad cōuertentiā. Et ſtatim ꝓſequit̄ cum dicit [Scibile eniꝫ.] Unde ſcibile ⁊ ſciētia ſunt relatiua. ⁊ tn̄ nō videntur ſimul eſſe natura: imo prius videbit̄ eſſe ſcibile q̄ꝫ ſciētia. Et hoc ꝓbat per duas rōnes. Prima eſt talis. omne qd̄ accipitur ab alio: poſterius eſt illo a quo accipitur. ſed ſcientia accipit̄ a ſcibili. ergo ſcibile eſt prius ſciētia: minoreꝫ ponit in littera: quia in pluribus rebus ſubſiſtentibus. i. prius exiſtentibus nos accipimus ſcientiam ab illis.

¶ Amplius ſcibile ſublatū: ſimul aufert ſciētiā: ſcīa uͦo non aufert ſcibile. Nā ſi ſcibile non ſit: non eſt ſcīa: ſcientia uͦo ſi non ſit. nihil ꝓhibet eſſe ſcibile ut circuli q̄dratura: ſi eſt ſcibilis ſci-

entia eiꝰ nondū eſt: illa vͦo ſcibile eſt. Amplius animal quidem ſublato non eſt ſcientia. ſcibilium vͦo plura eſſe contingit.

¶ Hic ꝓbat per aliā rōnem: ꝙ ſcibile p̄cedat ſcientiā illud qͦd interēptū interimit aliqͦd: ⁊ non ecōuerſo dicit eē prius: ſed ſcibile īteremptuꝫ interimit ſciam: ⁊ non ecōuerſo: ergo ſcibile prius eſt ſcia: maioꝛ tenet: qꝛ deſtructo priori deſtruit̄ poſterius: ⁊ non ecōuerſo. minoꝛ patet quātū ad primā partē: ꝙ ſcibile iterēptum iterimat ſciam: ſed alterā ꝓbat. ſ. ꝙ ſcia interempta: nō interimat ſcibile. primo declarat de q̄dratura circuli que eſt ſcibilis ⁊ tn̄ eius ſcia non eſt: ⁊ lꝫ ſcia nō remaneat: uel nō ſit nihilominꝰ q̄dratura eſt ſcibilis. Poſtea probat per talem rōnem aiali ſublato aufert ſcia: nā oīs ſcia eſt in aīa: ſed aiali ſublato non aufert̄ ſcibile: qꝛ pn̄t alia plura ſcibilia eſſe ut elemēta: ergo ſcia interēpta nō iterimit ſcibile.

¶ Similiter his ſeſe hn̄t ea que de ſenſu dicunt̄ ſenſibile enim priuſq̄ꝫ ſenſus eſſe videt̄. nā ſenſibile perēptū: ſimul perimit ſenſum. ſenſus vͦo ſenſibile non ſimul perimit. Senſus eniꝫ circa corpus: ⁊ in corpore ſunt. ſenſibili eni perempto: peremptū eſt corpꝰ. ſenſibile eniꝫ eſt corpꝰ cū vͦo corpus non ſit. perimit̄ ⁊ ſenſus. q̄re ſit̄ perimit ſenſibile ſenſū. Senſus vͦo ſenſibile: nō ſimul perimit. aiali quidē p̄empto: ſenſus q̄dē peremptꝰ eſt: ſenſibile vͦo erit corpus ut calidū dulce. amarū. ⁊ oīa alia quecūqꝫ ſūt ſenſibilia

¶ Hic ponit aliā obiectionē: ꝙ relatiua nō ſint ſimul natura: nā ſenſibile ⁊ ſenſus ſunt relatiua. ⁊ tn̄ ſenſibile p̄cedit ſenſuꝫ. ⁊ ꝓbat per duas rōnes. Prima eſt illud qͦd interemptū iterimit aliud: ⁊ nō econuerſo eſt prius: ſed ſenſibile interēptū iterimit ſenſuꝫ: ⁊ nō ecōuerſo. ergo ſenſibile eſt p̄us ſenſu. minorē ponit in lr̄a: poſtea declarat eā ibi [ſenſus eni ſūt circa corpus.] ſed minoꝛ hēt duas p̄tes. Et ideo p̄mo ꝓbat p̄maꝫ rōnem. 2ͦ ſecūdam ibi [ſenſus vͦo.] Probat primo iſtā partem: ꝙ ſenſibile iterimat ſenſum ſic: deſtructo corpore deſtruit̄ ſenſus: ſed deſtructo ſenſibili deſtruit̄ corpus. ergo deſtructo ſenſibili deſtruit̄ ſēſus. poſtea ꝓbat alterā partē ꝙ ſenſus nō interimat ſēſibile: nā aiali iterēpto iterimit̄ ſenſus: ſꝫ aiali iterēpto nō iterimit̄ ſenſibile. ḡ ſenſus nō aufert ſēſibile.

¶ Amplius. Senſus quidē ſimul cum ſenſitiuo fit. ſimul enim aial fit ⁊ ſenſus: ſenſibile vͦo ante eſt q̄ꝫ ſit aial: uel ſenſus. Ignis enim: ⁊ aq̄: ⁊ alia huiuſmodi ex quibus ip̄m animal conſtat ante ſunt q̄ꝫ ip̄m aial ſit oīno uel ſenſus. quare prius q̄ꝫ ſenſus videtur ſenſibile eē.

¶ Hic ꝓbat per aliam rōnem ꝙ ſenſibile precedit ſēſum. Et itēdit talē rōnē: qn̄ aliq̄ ſunt ſiľ q̄cq̄d p̄cedit vnū p̄cedit reliquū: ſed ſenſus ⁊ ſenſatū ſunt ſiľ: ergo q̄cq̄d precedit vnū p̄cedit ⁊ reliquū: ſed ſenſibile precedit ſenſatū: ergo precedit ſenſum. ꝙ aūt ſenſibile precedat ſenſatū pꝫ: nā ſenſatū eſt aial: ⁊ ſenſibile precedit aial: qꝛ animal cōpoſitū ex q̄tuoꝛ elemētis que ſunt ſenſibilia. ergo pꝫ ꝙ ſenſibile p̄cedit ſēſuꝫ.

¶ Habet autē queſtionē. utrū nulla ſubſtantia ad aliquid dicat̄: quēadmodū videt̄. an hoc contingat ſm̄ quaſdā ſecūdas ſubſtātias. naꝫ in primis ſubſtātijs uerū eſt: nā neqꝫ tote neqꝫ partes ſubſtātiarū ad aliq̄d dicūtur. nam aliquis hō non dicit̄ alicuiꝰ aliq̄s homo: nec aliquis bos. alicuius aliquis bos. ſimiľr aūt ⁊ p̄tes. quedā eni manus: nō dicitur alicuius quedam manus. ſed alicuiꝰ manus. ⁊ quoddā caput nō dicitur alicuiꝰ quoddā caput: ſed alicuius caput. Similr̄ aūt ⁊ in ſecundis ſubſtātijs: atqꝫ hoc quidē in pluribꝰ. ut hō nō dicitur alicuius hō. nec bos alicuiꝰ bos. nec lignū alicuius lignū. ſed alicuiꝰ poſſeſſio dicit̄. In hiꝰ ergo manifeſtū eſt qm̄ non ſunt ad aliquid. In aliquibꝰ vͦo ſecūdis ſubſtātijs habet aliquam dubitationeꝫ. ut caput alicuius caput dicitur. ⁊ manus alicuiꝰ manus dicitur. ⁊ ſingula huiuſmodi q̄re hec eſſe fortaſſe ad aliq̄d videtur.

¶ Hic mouet dubitationē utrū ſub̄a dicat̄ ad aliq̄d. Et ſtatim cū dicit. nā in primis pertractat q̄ōnē ⁊ dicit ꝙ in p̄mis ſubſtantijs uerū eſt ꝙ nō dicunt̄ ad aliquid. Et hoc intēdit ꝓbare per talē rōnē. Oīs p̄ma ſub̄a aial eſt totū aut eſt p̄s: ſed neqꝫ p̄ma ſub̄a que eſt totū: ut aliq̄s hō: aliq̄s bos: neqꝫ ſub̄a que eſt p̄s dicit̄ ad aliq̄d. ſimiľr in ſc̄dis ſub̄ijs que ſunt tote: pꝫ ꝙ nō dicunt̄ ad aliquid. nā hō non dicat̄ alicuius hō: neqꝫ bos alicuiꝰ bos: ſed alicuiꝰ poſſeſſio dicit̄: ſꝫ in aliq̄bꝰ ſc̄dis ſub̄ijs dubitationē hēt utrum dicant̄ ad aliq̄d: ut in illis que ſunt p̄tes. nā caput dicit̄ alicuiꝰ caput: ⁊ manꝰ alicuius manus. ⁊ ſic videt̄ ꝙ iſta dicantur ad aliquid.

¶ Si ergo ſufficienter eorū que ſunt ad aliquid diffinitio aſſignata eſt. aut nimis difficile. aut impoſſibile eſt ſoluere ꝙ nulla ſubſtātia eoꝝ que ſunt ad aliquid dicitur. Si aūt non ſufficiēter ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſum eſſe: eſt ad aliquid quodammodo ſe habere.

¶ Hic auctoꝛ ſoluit incōplete. Et dicit ꝙ ſi p̄ma diffō relatiuoꝝ ſit bona: aut nimis difficile: aut ipoľe erit ſoluere: qn̄ ſub̄a dicat̄ ad aliquid: dicit minus difficile: quātū ad rem: impoľe: quātū ad poſitionē. ſed ſi illa diffinitio nō ſit recte aſſignata: ſed illa ſit diffinitio relatiua ſunt quibus hoc ip̄m eē eſt ad aliud quodāmō ſe hr̄e: ſic planū eſt ꝙ nulla ſub̄a dr̄ ad aliq̄d.

¶ Fortaſſe aliquid cōtra iſta dicetur. Prioꝛ vͦo diffinitio ſequitur quidem omnia relatiua. nō tamen hoc eis eſt eē: ꝙ ſint ad aliquid: eo ꝙ ea ipſa que ſunt aliorum dicuntur.

¶ Hic p̄ſupponit ꝙ dr̄ia relatiuoꝝ ſup̄ius data non ſit recta: ⁊ ideo poſuit aliā: modo obijcit ꝙ forte aliquis dicat ꝙ iſta diffinitio ſuperiꝰ data ꝯuenit oībꝰ relatiuis tn̄ hoc nō ponit bn̄. ſ. hoc ip̄m ꝙ ſunt aliorū dicunt̄: ⁊ illa quātū ad illā partē eſt male aſſignata. ⁊ ideo p̄hs poſuit quodāmodo. naꝫ oīa relatiua non dicunt̄ ad aliud: ſm̄ illud ꝙ ſunt: ſed quodammodo. i. in reſpectu.

¶ Ex his ergo manifeſtū eſt: ꝙ ſiq̄s aliquid eorum que ſunt ad aliquid diffinite ſciet. ⁊ illud ad qͦd dicit̄ diffinite ſciturus eſt. Palā itaqꝫ ⁊ ex his eſt. Si eni q̄s nouit aliq̄d qͦd ad aliq̄d ē eſt autē eſſe his que ad aliquid ſunt idē. ac ad aliquid aliquo mō ſe hēre. ⁊ illud nouit ad qͦd hoc quodāmō ſe hēt. ſi enim nō nouit oīno ad qͦd hoc quodāmō ſe hēt. neqꝫ ſi ad aliq̄d hoc quodāmō ſe hꝫ nouit. ſed in ſingulis palā hoc eſt. ut ſiq̄s nouit diffinite quid eſt duplū. ⁊ cuius dupluꝫ eſt. diffinite mox nouit. ſi vͦo nihil diffinite nouit ip̄ꝫ cuiꝰ duplū eſt. neqꝫ ſi eſt dupluꝫ diffinite nouit oīno. ſiľr aūt ⁊ hoc aliq̄d ſi nouit q̄s: qꝛ meliꝰ eſt diffinite. ⁊ quo meliꝰ eſt diffinite nec̄cium eſt noſſe. Quapropter palam eſt: qꝛ nec̄cium eſt ꝙ ſiq̄s nouerit ea que ſunt relatiuoꝝ diffinite: ⁊ id ad qͦd ſūt diffinite noſcet

Caput vͦo ⁊ manꝰ ⁊ eoꝝ ſingula que ſubſtātis

ſūt hoc ip̄z qđ ſunt poteſt ſciri diffinite ad qđ vo dicanť: non eſt neceſſariū ſcire. cuius enim hoc caput. uel cuius hec manus ſit. nō eſt diffinite ſcire. quare non erunt hec ad aliquid. Si vo non ſunt hec relatiuorum: uerum erit dicere: qꝛ nulla ſubſtantia: relatiuorum eſt.

¶ Hic ſoluit cōplete: ꝙ nulla ſubā dicať ad aliqđ. Et intēdit talē rōnem: ſi quis diffinite nouit vnum correlatiuorum diffinite nouit ⁊ reliquū. ſed aliquis diffinite poteſt cognoſcere quid eſt manus ⁊ caput dato ꝙ non cognoſcat cuius eſt manꝰ uel caput: ergo p̄z ꝙ ille ſubē nō dicunť ad aliqđ. ⁊ ſi ille ſubē nō dicunť ad aliquid: de quibꝰ magis videť: neqꝫ aliqua ſubſtantia dicetur ad aliquid.

¶ Fortaſſe aūt difficile eſt de huiuſmodi rebus ꝯfidenter declarare. niſi ea ſepiꝰ ꝑtractata ſint dubitare autē de ſingulis non erit inutile.

¶ Dubitaret aliqs q̄re de illo p̄dicamēto ita diſputādo determinauit ⁊ nō de alijs. ph̄s dicit ꝙ huiuſmodi rebus difficile eſt determinare: niſi ſummopere fuerint determinata ⁊ ꝑtractata. Et dicit ꝙ dubitare de ſingulis cū rōnibus ad utrāqꝫ ꝑtem non eſt inutile.

**Queritur** Utrū relatio ſit ens. ⁊ poſtea utrū ſit ens nature. Primo ergo arguiť ꝙ non ſit ens. nā diſpoſitio nō entis eſt nō ens: ſed relatio eſt diſpoſitio nō entis: ut ꝓbabo. ergo eſt nō ens. ꝙ aūt relatio ſit diſpoſitio nō entis p̄z: nā oppoſitio eſt quedā relatio. ⁊ oppoſitio eſt inter ens ⁊ nō ens: que ſunt ꝯdictorie oppoſita: ⁊ ita oppoſitio diſponit non ens. ergo eſt nō ens. ¶ 2° arguiť ſic. Illđ qđ eſt mediū īter duo ꝯdictoria eſt non ens. qꝛ in libro poſteriorꝝ dicit ꝙ ꝯdictio eſt oppoſitio cuiꝰ ſcḋz ſe non eſt mediū: ſed relatio eſt mediū inter duo extrema: qꝛ oppoſitio eſt mediū ⁊ illa eſt quedā relatio: g̊ eſt non ens. ¶ 3° ſic. illud qđ cauſať ex nō ente: eſt nō ens: ſed relatio cauſať ex nō ente: nā ſi tu ſis albus ⁊ ego niger ⁊ corrūpať albedo in te: ex illa albedīe corrupta generať ſimilitudo inter me ⁊ te. ergo relatio eſt non ens: cū ita cauſeť ex nō ente. ¶ 4° ſic. illud qđ ſaluať in non ente eſt nō ens: ſed relatio ſaluať in nō ente. nā aliqs poteſt dici ſimilis ſuo patri mortuo. g̊ ſimilitudo ſaluať in illo mortuo. g̊ relō eſt non ens.

**Oppoſitū** arguiť. Illud qđ eſt diſpō entis eſt ens: ſꝫ relatio eſt diſpoſitio entis: ergo eſt ens. Cū hoc queriť hic utrꝝ relatio ſit ens nāe uł rōnis. ⁊ videť ꝙ ſit ens rōnis tm̄. nā illud qđ eſt in ente rōnis tanqꝫ in ſubiecto: eſt ens rōnis: ſed relatio h̄ꝫ eē in ente rōnis ut in ſubiecto: qꝛ oppoſitio que eſt quedā relatio eſt in affirmatione ⁊ negatione: que ſunt entia rōnis. ergo relatio eſt ens rōnis ¶ 2° arguiť: cōparatio eſt ens ratiōis: ſed cōparatio eſt quedam relatio. ergo relatio eſt ens rationis.

**In oppoſitū** arguiť. Illud qđ poniť in diuiſiōe entis nature: ⁊ diſponit ens nāe eſt ens nature: ſed relatio eſt huiuſmodi. ergo relatio eſt ens nāe. ¶ Ad primā qōnem dicēdū ꝙ relatio eſt ens. ⁊ p̄z per ph̄m: qui ponit ipſaz vnū de decē predicamētis. ¶ 2° ꝓbať hoc idē ſic. Illud quod determinat ip̄m ens ⁊ in quo ſaluatur forma entis tale eſt ens: ſed relatio determinat ip̄m ens ⁊ in ea ſaluať forma entis: ergo relatio eſt ens. ꝙ relatio determinet ens p̄z. nam ens diuidiť per abſolutū ⁊ reſpectiuū: ⁊ illud reſpectiuū eſt relatio: ergo relō eſt ens. ¶ Ad aliā qōnē dico ſimiliter ꝙ ſit ens nature. nam ſimilitudo a nā eſt: qꝛ ſicut a nā eſt albedo in me ⁊ in te: ita ſimilr̄ ſilitudo. que eſt relatio eſt a nā ⁊ nō a rōne. ¶ Ad argumēta p̄z ſolutio. Ad primuz cuz dicis. Illud qđ eſt diſpō nō entis eſt nō ens. cōcedatur: ſed relatio eſt diſpoſitio non entis. Diciť ad hoc dupliciter. vnomodo ꝙ oppoſitio que eſt inter ens ⁊ non ens: eſt in ente ut in ſubiecto: ⁊ in non ente ut in termino. uel aliter dicatur ꝙ talis nō eſt relatio. ¶ Ad ſecūdum cum dicis. Illud qđ cadit inter duo contradictoria eſt non ens. uerum eſt non ens nature: ſed rationis. ſic dico ꝙ iſta oppoſitio non eſt ens nature: ſed rationis. ⁊ ideo ꝓprie non eſt relatio que eſt predicamentū. ¶ Ad tertiuz cum dicis. illud qđ cauſatur ex non ente eſt non ens. concedo. ⁊ cuz tu dicis ꝙ relatio cauſatur ex non ente: nego. nam ſi ego ſuz niger ⁊ tu albꝰ: ⁊ ut corrumpať albedo in te illa ſi ſimilitudo tunc non cauſať propter illam albedinez corruptā: ſed ex nigredine generata. ¶ Ad q̄rtuz dico ꝙ proprie deſtructo corpore patris: nō dicitur ſimilis: cum iam ſimilitudo non ſit in eo. ¶ Ad alia argumēta qn̄ tu ꝓbas ꝙ ſit ens rationis. ¶ Ad primum dicenduz: illud quod eſt in ente rationis ut in ſubiecto: eſt ens rationis: ſed relatio eſt huiuſmodi. ⁊ cum tu dicis ꝙ oppoſitio eſt quedaz relatio: dicitur ad hoc dupliciter. vnomodo ꝙ oppoſitio non eſt in affirmatione ⁊ negatione ut in ſubiecto: ſed in ipſis rebus. Aliter ſoluiť ꝙ lꝫ iſta oppoſitio ſit in affirmatione ⁊ negatione: nō tamen eſt relatio: ſed reſpectus ꝓpter quem vna res opponiť alteri. ⁊ ille eſt in rebus. ¶ Ad aliud ſimiliter dicitur ꝙ illa comparatio non eſt relatio: ſed reſpectus. *Dr̄nt relatio ⁊ reſpectus.*

**Queritur** Utrum relatio ſit genus generaliſſimum? Et videť ꝙ non. nā aut eſſet relatiuum illud genꝰ aut relatio: non relatiuū: naz qđlibet relatiuū h̄ꝫ aliđ relatiuū ſibi eq̄le: ⁊ ita qua rōne eſſet vnū: eadē rōne eſſet ⁊ aliud. naz qua rōne eſſet pater eadē rōne eēt ⁊ filiꝰ ⁊c̄. nec relō eſt genus gn̄aliſſimū. ſed quelibet relō h̄ꝫ aliā ſibi equalez: ⁊ ita qua rōne vna eēt genꝰ eadē rōne ⁊ alia. ſ. qua rōne eſſet paternitas eadē rōne eſſet filiatio. quare videtur ꝙ relatio non ſit genus.

**Oppoſitū** Patet per ph̄m. ⁊ arguiť ſic. Illđ qđ h̄ꝫ rōnem cōem coītate gn̄is gn̄aliſſimi tale eſt genꝰ gn̄aliſſimū. ſed relō eſt huiuſmodi. h̄ꝫ enim vnā cōem rōnē cū oībus relatiuis. ſ. eſſe in reſpectu: uel ad aliquid: q̄re relō eſt genꝰ gn̄aliſſimū non relatio in ſpāli que eſt paternitas uel filiatio: ſed relō in cōi abſtracta ab iſta ſpē ⁊ ab illa. P̄z per hoc ſolutio ad argumētū cū dicis: aut relatiuuz erit genꝰ: aut relatio. Dico ꝙ nō relatiuū: nā illud eſt in cōcretione ⁊ nullū cōcretū per ſe cadit in gn̄e: niſi per reductionē. ſed ꝯcedo ꝙ relō ſit genꝰ. ⁊ cū tu dicis qua rōne ⁊c̄. certe uerū eſſet ſi relō ꝓut eſt ſpecies eſſet genꝰ: ut paternitas: uel filiatio: ſed illa nō eſt genus: ſed relō in cōi abſtracta ab iſta ⁊ ab illa: talis eſt genus gn̄aliſſimū ⁊ tu arguis: ac ſi illa ſpēs eſſet genus generaliſſimum: quare argumentum nō ualet.

**Queritur** Utruz relatio que eſt inter duo extrema ſit eadem numero? Et videtur ꝙ ſic. Nam dicit Auicē. ꝙ eadem fraternitas eſt inter duos fratres. ergo cuz fraternitas ſit relatio: eadē erit relatio inter duo extrema. ¶ Secundo arguitur Actio ⁊ paſſio (ut dicit ph̄us 3° phyſicoꝝ.) ſunt idez motus in numero: qui eſt inter motuz ⁊ mobile que ſunt relatiua: ergo eadē eſt relatio inter duo extrema.

**In oppoſitum** arguitur: Quecūqꝫ ſunt eadē numero: ſunt eadez ſpecie ⁊ genere. ergo a deſtructione cōſequētis: que

cūcꝫ nō ſunt eadē ſpecie:nō erūt eadē numero:ſed re latio que eſt inter patrē ⁊ filiū:per quā pater cōpara tur ad filiū:⁊ per quā filius cōparat̃ ad patrem.ſ. pa ternitas ⁊ filiatio differūt ſpecie. Nam ſunt due ſpēs relationis:ergo differūt numero.ergo ⁊c̄. ℂ Et hic ſecūdo querit̃: Utrū relatio eadē numero ſit in pluri bus ut in ſubiecto? Et videt̃ ꝙ ſic. Nā accidens eſt in illo qḋ denoīat:ſed ſilitudo denoīat plura ſimilia:er go eſt in plurib⁹ ſilibus:ſed ſilitudo eſt quedaꝫ rela tio:ergo eadē relatio eſt in plurib⁹. ℂ Scḋo ſic:vide mus ꝙ numerus lꝫ ſit accidēs pōt eſſe in diuerſis re bus numeratis ⁊ plurib⁹ ut in ſubiecto : ergo ſiliter videt̃ ꝙ relatio poſſit eſſe in plurib⁹ ut in ſubiecto.

**In oppoſitum** arguit̃. Accidētia nume rantur ⁊ indiuiduant̃ ſm numerationē ⁊ indiuiduationē ſubiectorū.ergo vnū ⁊ idem numero accidēs nō pōt eē in plurib⁹ ⁊ diuer ſis ſubiectis. ℂ Dicēdum ad primam qōnē:ꝙ non eſt eadē relatio in numero inter duo extrema. Sicut enim vides ꝙ albedo que eſt in me:⁊ albedo que eſt in te:nō ſunt albedo vna in numero ſed diuerſe:ſic ſimilitudo per quā dicoꝛ ſimilis tibi:⁊ per quā dice ris ſimilis mihi nō ſunt vna ſilitudo nūo. Et ita dico ꝙ eadē relatio numero nō eſt iter duo extrema:⁊ pa tet:ergo cū dicit Auicēna ꝙ eadē eſt ſrnitas inter du os fratres:pōt dici ꝙ uerū eadeꝫ ſpecie:uel aliter ꝙ eadem vni:ut ſubiectū alterius tanq̄ꝫ termini. ℂ Ad 2ᵐ cum dicis ꝙ actio ⁊ paſſio ſunt idē motus. Certe dico ꝙ ille motus qui eſt inter motorē ⁊ mobile di uerſus eſt:inquātū eſt a motore eſt actio.⁊ inquātuꝫ eſt i mobili eſt paſſio:⁊ ibi nō eſt eadē relatio. ℂ Ad aliā queſtionē iam patet ſolutio:ꝙ eadē relatio nūo nō eſt inter duos terminos:uel in duobus terminis uel in plurib⁹:ſed eſt in vno:ut in ſubiecto:in altero tanq̄ꝫ in termīo. ℂ Ad argᵃ patet ſolutio. Ad primū cū dicis ꝙ accidēs eſt in illo qḋ denoīat. Cōcedo. Et cum tu dicis ꝙ ſilitudo denoīat plura ſilia. Dico ꝙ uerū eſt vnū tanq̄ꝫ ſubiectū:⁊ aliud tanq̄ꝫ terminū:⁊ ita eſt in pluribus in vno tanq̄ꝫ in ſubiecto:⁊ in alijs ut in termino. ℂ Ad ſecūdum cum dicis ꝙ numer⁹ eſt in pluribus rebus numeratis uerum eſt : ſed non quātum plura ſunt:ſed quatenus vnam rē faciūt.

Idē nūo accñs plu rib⁹ ſbiec tis ieſſe nō pōt.

Unū ea dē nume ro rela tio pl'rib⁹ inēſt.

**Queritur** Utruꝫ relatiua ſint ſimul natura? Et videtur ꝙ ſic:⁊ hoc in illis in q bus auctoꝛ cōtradicit:videlꝫ in ſcibili ⁊ ſciētia. Nam ſciētie diſtinguūtur ſm res:⁊ diſtinguēs : ⁊ diſtinctū ſunt ſimul:ſed res ſe habent ut diſtinguens : ſcientia tanq̄ꝫ diſtinctum.: ergo ſcientia eſt ſimul cum ſcibili. ℂ Secūdo ſic:Scibile ⁊ ſciētia ſunt idem:ſed ſciētia ⁊ ſcitum ſunt ſimul:ergo ſcibile ⁊ ſciētia ſunt ſimul. ℂ Tertio ſic:Sciētia dicit̃ ſciētis ſciētia:⁊ ſciēs ⁊ ſciē tia ſunt ſimul:ergo relatiua ſunt ſimul natura.

¶ Declarat ꝙ ꝯtingat moueri ſm alios motus.ita ꝙ ſm aliquã rõnem. Nam dicit phus ꝙ quadrangulus adueniente gnomone creuit.⁊ non eſt alteratꝰ.⁊ ſic eſt ibi augmẽtum ſine alteratione. ¶ Ad euidẽtiã huius exẽpli opꝫ videre quid ſit gnomon.Et notandum primo ꝙ quadrãgulus eſt figura habẽs q̃tuor angulos.q̃dratus autẽ eſt qui eius ſpẽs dicitur:ꝓut habet q̃tuor angulos rectos ex quatuor rectis lineis.⁊ nota ulterius ꝙ omnes anguli recti ſunt ſimiles hoc viſo nota qđ ſit gnomo.Euclides ſic diffinit ipſum:eſt duoꝝ paralegramoꝝ circa diametrũ exiſtẽtium:qlibet cum duobus ſupplementis gnomo nominat̃.Unde paralegramꝰ idem eſt ꝙ quadratus ⁊ quilibet q̃dratus qui eſt diuiſus per diametruꝫ põt dici gnomo ut in alio exẽplo.hic enim ſunt q̃drãguli quoꝝ duo ſunt quadrati ⁊ duo non q̃drati dicunt̃ vnus paruus ⁊ alius magnus:⁊ quilibet iſtoꝝ duoꝝ quadratorũ:qui ſunt diuiſi per diametrũ poteſt dici gnomo cuꝫ duobus ſupplemẽtis ⁊ dicunt̃ ſupplementa quadranguli duo:quos diameter non diuidit neqꝫ ſunt quadrata:⁊ ſic creuit quadrãgulus ⁊ tamen non eſt alteratus qꝛ omnes anguli ſunt ibi recti ſicut prius erãt:⁊ ita non eſt ibi alteratio lꝫ ſit augmẽtum:pꝫ.ꝙ poſſunt eſſe alie ſpecies motus ſine alteratione.ergo alteratio non eſt eadem cum alijs.

¶ Eſt autẽ ſimpliciter quidẽ quies motui cõtrarium. His vo que per ſingula ſũt ⁊ ſingula generationi quidẽ corruptio.augmẽto quidẽ diminutio.ſm vo locũ mutationi.ſm locuꝫ qes maxime videt̃ oppoſitũ eſſe. ⁊ forte in ꝯtrariũ locum mutatio:ut ei que inferius eſt:ea que ſuperius eſt. ⁊ ei que ſuperius eſt:ea q̃ iferiꝰ eſt.

¶ Hic auctor determinat de motu quãtũ ad accidentalia.Et ponit iſtã ꝓprietatẽ ꝙ motui eſt quies cõtraria.⁊ declarat per ſingula exẽpla. ut generatio eſt ꝯtraria corruptioni ⁊ augmentũ diminutioni ⁊ mutationi ſm locũ eſt contraria quies ſm locũ . uel forte di

eit auctor. mutationi ſm locū: eſt contraria mutatio in contrariū locū: ut illi mutationi que eſt a ſurſuz in deorſum ſit contraria illa mutatio que eſt deorſum in ſurſum que eſt ſibi oppoſita.

¶ Reliquo v° aſſignator motuuz nō facile eſt aſſignari quid forte eſt cōtrariū. videtur autez neqꝫ eſſe ei aliquid ꝯtrariū. niſi quis ⁊ in hoc ſm qualitatē: quietem opponat. aut in contrarium qualitatis: mutationē. ſicut ⁊ ī mutatione ſm locum: quietē ſm locum. aut in contrarium locum: mutationē. Eſt eniz alteratio mutatio ſm qualitatez. Quapropter oppoſita erit ſm qualitatez mutationi. ſm qualitatē quies aut in contrarium mutatio qualitatis. ut albū fieri: ad id qd̄ eſt nigrum fieri: alteratur enim in contrarium qualitatis: mutatione facta.

¶ Hic auctor mouet dubitationē circa alterationem. Et dicit ꝙ non eſt facile aſſignare relicto aſſignatorꝫ motuū. i. alterationi quid ſit contrariū. Et ſtatim ſoluit ⁊ dicit niſi quis. vnde dicit ꝙ dubiū eſt de alteratione quid ſit ei contrariū. niſi quis dicat mutationi ſm qualitatē eſt contraria quies ſm illam qualitatez ut mutationi ad albedinē eſt cōtraria quies ſm albedinē: uel mutationi ſm qualitatez ſit contraria mutatio ad contrariā qualitatē: ut mutationi ad albedinē ſit contraria mutatio ad nigredinē ⁊ ſic de alijs ſicut dictum eſt. Dicit auctor ꝙ mutationi ſm locum eſt contraria mutatio ad contrariā qualitatem: uel etiā quies ut viſum eſt.

¶ Habere autē multis modis dicitur. Aut eniz habitum ⁊ affectū. aut ſm quālibet aliam q̄litatē. Dicimur eniz habere diſciplinā: atqꝫ virtutē. Aut ut quātitatez qd̄ ꝯtingit ei qui habet magnitudinē. Di eni tricubitā magnitudinē uel quadricubitā. Aut ea que circa corpꝰ ſunt: ut ueſtimentum uel tunicā. Aut tanqꝫ in parte ut in manu anulū. Aut tanqꝫ partē. ut manuz uel pedem. Aut in uaſe ut in modijs grana tritici. aut lagena vinum. vinū enim lagena dicitur. ⁊ modius grana tritici. Hec enim omnia haberi dicunt ut in uaſe. Aut ut poſſeſſionez. habere enim domū: ⁊ agrū dicimus. Dicitur etiā ⁊ vir uxorez habere ⁊ uxor virū. ſed videtur alieniſſimus qui nunc dictus eſt modus eſſe eius eo qd̄ eſt habere. Nihil enim aliud uxorem habere ſignificamus: niſi qꝛ cohabitat. Forte tamen ⁊ alij quidam apparebunt modi de eo quod eſt habere. Sed qui conſueuerunt dici: pene omnes enumerati ſunt.

¶ Hic determinat de ultimo poſtpredicamento. ſ. de habere. Et dicit auctor ꝙ habere dicit mlt̄is modis vnomodo habere affectū. i. qualitatē. ſecūdomodo habere quātitatez: ut magnitudinē. tertiomodo habere mēbrum: ut pedē. quartomodo habere cōtentū: ut lagenā vini. q̄ntomodo habere uxorē: ſed iſte modus eſt alieniſſimus: qꝛ qd̄ habet habet ⁊ qd̄ habet hēt. vnde illud habere nihil aliud eſt q̄ꝫ cohabitare. poſtea excuſat ſe de inſufficiēti determinatione. Et dicit ꝙ fortaſſe apparebūt alij modi. ſed illi q̄ conſueuerūt dici pene oēs ſunt dicti. ⁊ dicit pene: qꝛ 5° metaᶜᵃ ponit phus alios duos ſicut illud qd̄ diuidit habet aliud ut febris hominē uel timemus ciuitatem. uel etiā poteſt eſſe alius modus ſicut ſuſtinēs habet ſuſtentū. ut colūna domū uel athlas celuz ſm poetas. ille gigas ſuſtinet celum: ſed ſm ueritatē hoc non eſt ꝙ celum ſuſtineat.

¶ Incipit Liber Sex principiorꝫ Gilberti porretani cum Expoſitione dn̄i Egidij Romani.

Forma eſt cōpoſitioni contingens: ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia conſiſtens.

Secundū phm in libro poſteriorum ⁊ etiaz in primo phyſicoruz. Scire arbitramur vnūquodqꝫ cum eius cauſas cognoſcimus. cauſe autem (ut vult philoſophus ſecūdo phyſicorꝫ) ſunt quatuor: ſcilicet. efficiens. formalis. materialis. finalis. Cauſa efficiens huius libri ignorat. Quidā dicūt ꝙ fuit Ariſtotiles. ut videt in mō ꝓcedendi. Alij dicūt ꝙ fuit Alpharabius cōmentator libri de cauſis. Alij dicunt ꝙ fuit Gilbertus porretanus: ſed de cauſa efficienti nō eſt magna vis. Nam quicunqꝫ fecerit ſcientia non minꝰ ualet. Cauſa materialis ⁊ ſubiectū idez ſunt. Subiectū autez huius libri eſt forma accidentalis extrinſecus aduenienſ. Nam quodlibet ſex principioruz hic determinatorum eſt forma accidentalis extrinſecus adueniens. Cauſa formalis ⁊ finalis eſt ſicut in alijs libris. Et ideo nō opz ſemper hic recitare. His viſis ad diuiſionē libri accedamus. ¶ Hic liber diuiditur in partes tres. ſ. in anteprincipia: p̄ncipia: ⁊ poſtprincipia. Secūda ibi [Actio eſt.] uel ibi [Singulum.] Tertia ibi [Dicitur autem magis ⁊ minus.] Prima in q̄tuor. Nam de ratione principij ꝓut hic ſumitur ſunt quatuor. ſ. ꝙ ſit forma: ⁊ ꝙ ſit ſubſtantialis: ⁊ ꝙ naturalis ſit: ⁊ diſcibilis. ut patet in actione que eſt qd̄dam principium ⁊ eſt forma: ⁊ eſſentialis ⁊ ſubſtantialis ſuis inferioribus ⁊ naturalis ⁊ etiam diſcibilis. p̊ determinat de forma. 2° de ſubſtantiali. tertio de naturali. q̄rto de ſcibili. Secunda ibi [Subſtātiale. Tertia ibi [videtur.] Quarta ibi [Formarum autez.] Prima eſt tm̄ preſentis lectionis ⁊ diuiditur in duo. Nam primo diffinit formā ⁊ declarat. ſecūdo remouet dubitationē ⁊ ſoluit. Secūda ibi [Habet autē dubitationez.] Prima in tria. Nam primo diffinit. ſecūdo declarat. tertio concludit. Secūda ibi [Compoſitio enim.] Tertia ibi [Erit itaqꝫ terminus.] Secūda diuiditur in tres. Nam primo oſtēdit quid remouet a forma hic diffinita per iſtam partē [ſimplici.] ſecundo oſtendit quid remoueatur a forma hic diffinita per iſtam partem [Inuariabili.] tertio quid remouetur per iſtam partem [Cōpoſitioni contingens.] Secunda ibi [Quoniam autē fortaſſe.] Tertia ibi [Sed quoniam ut aiunt.] Prima in tres. Nā primo ponit concluſionē. ſecundo maiorem. tertio minorē cuz declaratione. Secūda ibi [Cōpoſitio enim.] Tertia ibi [In forma autem.] Iſte partes manēt indiuiſe uſqꝫ ad illam partem. [Habet autem dubitationem.] Et iſta diuiditur in duo. Nam ꝓmo mouet dubitationē ſecundo ſoluit. Secunda ibi [Sed nō eſt ita.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primā partē ſic procedit diffiniēs formā. Forma eſt conſiſtens ſimplici eſſentia ⁊ inuariabili contingens compoſitioni. i. ſimul tangens ſe cum cōpoſito: ⁊ habet ueritatem cuz q̄libet forma tam eſſentiali q̄ꝫ accidentali ut poſtea videbit.

¶ Cōpoſitio eteni non eſt. quoniā a natura cōpoſitiōis ſeiungitur. Compoſitio etenim vnaqueqꝫ alteri adueniēs. maiorē ſe cōiunctā quodāmodo efficit: in forma autē hoc minime eſt. nam in eo ꝙ corpus album eſt: nō dicitur ma

Subiectuz libri.

iuſtat minus ſeipſo nō albo:nec ſi non albuz
intelligatur deſtructio cōpoſitionis uł minora
tio aliqua facta eſt:ſed alteratio ſolum.
¶ Hic declarat iſtaʒ partē ſimplici. Et ꝓbat ꝗ forma
ſit ſimplex ⁊ per hoc remouet̄ cōpoſitū:⁊ intēdit ta
lem ratiōnē. Oē compoſitū adueniens cōpoſito effi
cit ipm maius:ſed forma aduenīes cōpoſito non fa
cit ipm maius:ergo forma nō eſt compoſitū : ſed eſt
ſimplex. Et pone ibi abſtractū pro ɔcreto.ſ.compo
ſitio pro cōpoſito. Proponit ɔcluſionem cum dicit:
ꝗ forma nō eſt cōpoſitio:ſed ſeiungit.i.ſeparat a nā
compoſitionis.poſtea ponit maiorē cum dicit[com
poſitionē.]ſed declarationeʒ minoris ponit ibi.i. for
ma cū dicit[nam in eo ꝗ corpus.]declarat ibi ꝗ for
ma aduenīēs cōpoſito non facit ipm maiꝰ.nam ſi al
bedo adueniat corpori nō facit ipm maius:nec etiā
ſi intelligat̄ corpus nō albū.nulla miortatio corpo
ris eſt facta.⁊ ſic minor eſt declarata.

¶ **Quoniam autē fortaſſe in alijs contingit idē ꝓferri additum eē ɔuenienter exiſtimo : inuariabili eſſentia ɔſiſtens. In anima eniʒ alteratio contrarietatis inuenit̄:ut triſtitie ⁊ gaudij.**

¶ Hic auctor declarat iſtā partē[inuariabili.]Et dicit
ꝗ forte in alijs cōtinget idem ꝓferre.ſ.ꝗ ſit ſimplex
nā aīe humane hoc cōpetit.ſ.ꝗ ſit ſimplex. Et ꝑpter
hoc dicit auctor.ego addidi iſtam partē inuariabili.
ut per hoc remoueat̄ aīa humana a forma hic diffi
nita:ut dicit auctor iſta eſt īuariabilis ſed aīa huma
na uariabilis eſt a gaudio in dolorē ⁊ econuerſo.

¶ **Sed quoniam (ut aiunt quidam) ſimplicitati:nulli vō uariationi ſubiecta eſt.ut ea que eſt mundi anima diſſocians hāc ab omnibus addidi compoſitioni contingens.**

¶ Hic declarat iſtā partē[cōpoſitioni ɔtingēs.] Vn̄
alie ꝗ̄ forme hic diffinite ɔuenit ꝗ ſit ſimplex ⁊ in
uariabile:ut anime mūdi.⁊ appellat̄ aīa mundi itelli
gentia.i.angelus mouēs celū ⁊ ille eſt ſimplex ⁊ inua
riabilis. Et ꝓpter hoc dicit auctor[addidi iſtā partē
contingens cōpoſitioni.]i.ſimul tangens ſe cū com
poſito. Et per hoc remouetur a forma hic diffinita
aīa mundi que mouet celum ⁊ non eſt altera ps celi.
Conſtrue iſtā litteraʒ ſic:ſed (qm̄ ut quidā aiunt) ea
que eſt aīa mundi eſt ſubiecta ſimplicitati ⁊ nulli ua
riationi : ⁊ eſt ſimplex ⁊ inuariabilis.ideo dicit au
ctor[ego diſſociās hāc.]i.formā hic diffinitam ab oī
bus alijs addidi iſtam partē compoſitioni ɔtingēs

Que ſit mūdi aīa

¶ **Erit itaqʒ terminus forme:dicta diffinitio.neqʒ enim ſuperfluum:neqʒ minus continere.ſi quis ſubtiliter inueſtigauerit reperietur.**

¶ Hic ɔcludit diffinitionē declaratam dicēs ꝗ dicta
diffinitio erit forme terminus.nam ſicut terminus ac
cipit qđ eſt de proprio ⁊ dimittit qđ eſt de alieno ita
diffinitio dicta. Si quis ſubtiliter īueſtigauerit nihil
continet ſuperfluuʒ:neqʒ minus.

¶ **Habet autē dubitationē ex precedēti. utrum aliqua forma uariabilis ſit. Hoc autē videt̄ ut in pluribus.nam eadē oratio ueri ⁊ falſi ſuſceptiua eſt. ⁊ albedo claritatis:⁊ obſcuritatis. ⁊ rō eius qđ in re eſt. ⁊ nō eſt:ſed non eſt ita.nā nihil differt albedinē clarā dicere:ꝗ̄ ſuſcipiēs ipſam clarum dicere. ⁊ non eſt oratio contrariorū ſuſceptiua.nec rō eius qđ in re eſt:⁊ non eſt.ſed note ſunt earuʒ que ſunt in anima paſſionum. De his autem alibi dictum eſt.**

¶ Hic mouet dubitationē:qꝛ dictū eſt ꝗ nulla forma
eſt uariabilis.dicit ꝗ hoc habet dubitationem.naʒ
aliqua forma videtur uariabilis.nam oratio eſt ua
riabilis a ueritate in falſitatem. ſimilr̄ opinio eſt ua
riabilis a ueritate in falſitatē.ibi ponit ipſe orationē
pro opinione. Et ſimilit̄ albedo cū ſit quedā forma
videt̄ uariabilis de claritate:ſed ſtatim ſoluit cuʒ di
cit[ſed non eſt ita.]i.nō ſunt uariabiles iſte forme:nā
albedo nō eſt ſubiectū claritatis ⁊ obſcuritatis : ſed
ſbiectū albedinis : qꝛ nihil aliud eſt albedinē dicere
clarā ꝗ̄ ſubiectū ſuſcipiēs albedinē clarū dicere. Si
militer dicit ꝗ oratio nō eſt ſubiectū contrariorum
ſ.ueritatis ⁊ falſitatis:neqʒ oratio.i.opinio eſt ſubie
ctum eius qđ eſt in re uel non eſt.i.ueritatis ⁊ falſita
tis:ſed dicit ipſe ꝗ orationes ſunt ſigna paſſionum
que ſunt in aīa.⁊ dicit ꝗ de his dictū eſt alibi:poteſt
referri ad duo. Vnomō ad hoc ꝗ eſt paſſionibus:⁊
tunc eſt ſenſus ꝗ de his.ſ.paſſionibus dictū eſt alibi
i.in libro ꝑiermenias. Aliter exponit̄ ſic:ꝗ de his.i.
utrum oratio ſuſceptibilis ueritatis ⁊ falſitatis : uel
opinio dictum eſt alibi.i.in libro ꝑdicamētorum ca
pitulo de ſubſtantia.

**Queritur** primo circa iſtū librum. Vtrum li
ber iſte ſuperfluat? Et videtur ꝗ
ſic.naʒ Ari.determinat de decē ꝑdicamētis : ⁊ cū iſta
ſint ſex de illis decē aut erit Ariſ.diminutus aut iſte
ſuperfluus. Non eſt dicēdū ꝗ Ariſ.fuerit diminutus
ergo auctor iſte ſupfluus. ¶ 2º arguitur.naʒ videt̄ ꝗ
iſte liber debeat dici ſex predicamētoꝝ ⁊ non ſex pri
cipioꝝ.nam determinatio iſtoꝝ ſub ratione princi
pij pertinet ad nālem pħm nō ad logicū. ¶ 3º arguit̄
nos nō habemus librū de alijs quatuor principijs
i.de ſubſtātia quātitate q̄litate ⁊ relatione.ergo vide
tur ꝗ non debeamus hēre libruʒ de ſex principijs.
¶ Ad euidentiā iſtoꝝ eſt ſciendū ꝗ Ariſ.in libro ꝑ
dicamētorum determinat complete ⁊ perfecte de q̄
tuor predicamētis ſex:ſed de alijs.ſ.de actione ⁊ paſ
ſione.⁊ ſic de alijs determinat ibi per modum artis
modo per modum doctrine:ſed auctor qꝛ ipſe Ariſ.
ſolum per modū artis determinauerat ⁊ non doctri
ne uoluit per modū doctrine determiare. Et ex hoc
patet ſolutio ad obiecta. ¶ Ad primū ergo eſt dicē
dum ꝗ Ari.non eſt diminutꝰ cum ſufficiēter per mo
dum artis determinauerit:nec ille ſuperfluus cū per
modū doctrine ꝓcedit. ¶ Ad 2m cum tu obicis ꝗ de
beat dici liber ſex predicamētoꝝ.dicendū ꝗ non di
citur ſex principioꝝ:qꝛ hic determinat de his ſub rō
ne principij.nam ſic ad naturalē pħm pertinet imo
determinat de iſtis hic quātū ad modū predicandi:
ſed dicitur liber ſex principioꝝ ad differētiā libri pre
dicamentorum. Vnde predicamentū eſt ens per ſe ⁊
formaliter in plura diffuſuʒ.principiū vō eſt diffuſio
nis omniū que ſunt eiuſdē ordinis vniuer̄ collectiuū
Et iſte auctor nominat iſtū libruʒ quātū ad iſtā pteʒ
principium ſue diffuſionis.⁊ uocat eū librū ſex prīci
pioꝝ ⁊ ex hoc pʒ ꝗ iſte liber nō eſt nālis ut quidam
dicūt:cū non determinet̄ hic ſub ratione principij.ſed
eſt de logica. Et pʒ ꝗ non eſt de eē logice:ſed de be
ne eē. ¶ Ad 3m ſimilr̄ pʒ ſolutio. nam non opʒ hēre
librum de alijs q̄tuor principijs:nā ſufficiēter deter
minatum eſt a pħo in predicamentis taʒ per modū
artis ꝗ̄ etiam doctrine ⁊c.

Vn̄ ſit ꝗ lib iſte appellet̄ de 6. principijs.

**Queritur** Scđo. Vtꝝ oīs forma ſit ſimplex
ſicut dic auctor. Et videt̄ ꝗ nō.nā
ut dicit Ari.in libro phy.eadem ſunt ꝑncipia ſubē ⁊
accidētis.principia aūt ſubſtātie ſunt materia ⁊ for
ma:ergo ſimiliter accidētis.ergo accidentia ſunt im
poſita. ¶ 2º arguit̄ ſic:quātitas eſt quedam forma:⁊

Eadē ſūt principia ſubē ⁊ accidentis.

non eſt ſimplex. naʒ nullū ſimplex per ſe eſt diuiſibi-
le: ſed quātitas per ſe eſt diuiſibilis ut habeṫ 5° me-
tace. ergo quātitas nō eſt forma ſimplex. ¶ Ad hoc
dicendū ꝙ omnis forma eſt ſimplex ſiue ſit ſubālis
ſiue accidentalis. ¶ Ad primuʒ argumētum qñ di-
cis ꝙ eadē ſunt principia ſubē ⁊ accidentis. dicit ꝙ
uerū eſt ꝙ ſunt eadem: ſed non eodem modo decla-
raṫ materia ⁊ forma ſunt ꝑncipia ſubſtātie ut ex qua
ſed accidentia non habent materiā ut ex qua ſed in
qua. Et ſic accidētia non ſunt cōpoſita cum non ha-
beant materiā ex qua ſicut ſubſtātia: ſed in qua ⁊c̄.
¶ Ad 2m cū obicis de quātitate. dicūt quidā ꝙ quā-
titas ꝓprie nō eſt forma nec eſt per ſe diuiſibilis: ſed
diuiditur ratiōe materie ⁊c̄. ¶ Sed aliter eſt dicēdū
cum dicis nulluʒ ſimplex eſt diuiſibile. dico ꝙ falſū
eſt: q2 quātitas cum ſit ſeipſa extenſa eſt per ſe diui-
ſibilis. ⁊ tamen eſt ſimplex cum non ſit cōpoſita ex
materia ⁊ forma ex qua: cum non habeat materiam
ex qua: ſed in qua (ut ſupra dictū eſt.) ¶ Item vide
tur ꝙ auctor male dicat in littera: cum dicit omne cō
poſitum adueniens cōpoſito facit ipm maius. Nam
videmꝰ ꝙ ſi eſſet ſcutella plena cineribus ⁊ ponatur
multum de aqua ibi non fiet maius. ⁊ tamen utrūqꝫ
tam aqua ꝙ̃ cinēs eſt cōpoſitū. quare ⁊c̄. ¶ 2° ſic: nā
video ꝙ ſi imponatur ignis alicui ferro: non facit ip
ſum maius: ⁊ tamen utrūqꝫ eſt cōpoſitum taʒ ignis
ꝙ̃ ferrū. ergo. ¶ 3° ſic: in vno cipho pleno aq̄ uel vi
no. poſſunt apponi multi denarij ⁊ non faciunt ma-
ius: ⁊ tamen utrunqꝫ eſt cōpoſitum. ergo ⁊c̄. ¶ Ad
hoc eſt dicendum ꝙ omne cōpoſitum adueniēs cō
poſito facit ipm maius. concedo. ſi vnū non agat in
alterum. ⁊ ſi utrūqꝫ maneat in ꝓpria forma. ⁊ ꝓpter
hoc ad argumēta. ¶ Ad primū cum dicis ꝙ ſi aqua
imponatur cineribus. ⁊ hoc eſt certe q2 aqua eſt fri-
gida ⁊ humida. ⁊ agit in cineres qui ſunt calidi ⁊ ſic
ci. ⁊ ita cum vnum agit in alterū fit cōſumptio utriuſ-
qꝫ. cuius declaratio eſt hec: q2 ſi poſtea diſtrahes nō
inuenies tātum. ¶ Ad 2m qȯ tu obicis de ferro ⁊ igne
dicitur ꝙ ignis nō eſt in ferro: ſed calor intenſus eſt
ibi. Et cum iſte calor ſit accidens non eſt compoſitū.
ergo ⁊c̄. ¶ Ad 3m dicitur ſimiliter ſm quoſdaʒ ꝙ de
narij conſumunt aliquid de aqua uel de vino cum
ſint calidi ⁊ ſicci ⁊ aqua humida ⁊ vinum humiduʒ
⁊ ideo quāuis multi ponantur non faciunt maius.
Sed aliter eſt dicenduʒ ꝙ non faciunt maius ꝓpter
conuenientiā forme: q2 vinum formā ſpericam facit
ut pʒ in menſura: quia ſi ibi vinum fundaṫ facit for-
mam ſpericam ⁊c̄.

Aliquod ſimplex ē diuiſibile.

Quō itelligaṫ cōpoſitū additū cōpoſito facit ipſum maius.

**Queritur** De hoc qȯ dicit auctor: ꝙ aīa hu-
mana ē uariabilis a gaudio in do
lorem ⁊ econuerſo. Cōtra dicit Ari. in ꝑmo libro de
anima. qui dicit aīaʒ gaudere uel triſtari. ⁊ dicit eam
texere uel edificare. quare per phʒ videtur ꝙ anima
non poſſit gaudere uel triſtari. ¶ Ad hoc dicitā qui
buſdam ꝙ ſi anima ꝯſideretur ꝓut eſt forma corpo
ris ſic per ſe non eſt ſubiectū alicuius accidentis. naʒ
ut vult phus ibi paſſiones debent coniuncto toti at
tribui ⁊ non parti. ſed humana anima ut dicit in 3°
pōt eſſe ſeparata ut hoc aliqd ⁊c̄. Et ideo ut eſt ſepa
rata ſit pōt gaudē ⁊ triſtari. ⁊ ita nō ualebit obiectio.

**Queritur** Utrum hic diffiniaṫ forma ſubſtā
tialis uel accidētalis uel cōmunis
ad utrāqꝫ? Et videtur ꝙ hic diffiniaṫ forma acciden
talis. nam dicit Ari. primo ethicoꝝ ꝙ ſermones ſunt
inquirēdi ſm mām. ſed in iſto libro intēdit determi-
nare de formis accidentalibꝰ. ergo videṫ ꝙ hic diffi-
niat formā accidentalem: ſed videtur ꝙ hic diffini-
at ſubſtantialē. nam illa forma hic diffinit in qua po-
ſtea diuiditur: ſed inferiꝰ diuidit ſubſtantialē. ergo dif
finit illaʒ. ¶ Sed diceret aliqs. hic diffinit tā formā
ſubalem ꝙ̃ accidētalē. Contra. nihil eſt cōe vniuocū
ſubſtātie ⁊ accidenti. Et ſic cum ſolū vniuocū debe-
at diffiniri ſm phm ⁊ non eſt aliquid cōmune vniuo
cū forme ſubſtātiali ⁊ accidētali. videṫ ꝙ iſta diffini
tio non ſit utriuſqꝫ forme. ſ. ſubſtātialis ⁊ accidenta-
lis ⁊c̄. ¶ Ad hoc eſt dicendū ꝙ hic diffinitur taʒ for
ma ſubſtātialis ꝙ̃ accidentalis. nam iſta diffinitio cō
petit tam forme ſubſtātiali ꝙ̃ accidentali. certe uerū
eſt realiter cum in aliqua ꝓprietate forma ſubſtātia
lis ⁊ accidentalis poſſint conuenire: ⁊ penes iſtam ꝓ
prietatem talis datur deſcriptio ſiue diffinitio: nā tā
forma ſubſtātialis ꝙ̃ accidētalis eſt quid ſimplex: fa
cta eſt mentio de anima mundi: ſiue de intelligentia
mouente celum.

**Queritur** Utruʒ talis motor celi ꝓpinquus
qui dicitur itelligētia moueat a nā
uel a uolūtate. Et videṫ ꝙ a natura. Nam dicit phus
6° phy. ꝙ omne corpus mouetur a natura. Nam idē
eſt principiū motus ⁊ quietis: ſed celum eſt quoddā
corpꝰ: ergo mouebiṫ a nā. ¶ 2° arguitur ſic. oīs mo
tus aut eſt nālis aut violētus: ut dicit ꝑmo celi ⁊ mū
di. ſed motus celi nō eſt violētus: q2 ſic deficeret: qȯ
non eſt uerum ſm phm ꝑmo celi ⁊ mūdi. ubi dicit
ꝙ motꝰ celi eſt eternus: g̊ videṫ ꝙ motꝰ celi ſit nālis.

**In oppoſitū** arguiṫ per phm in. 12. metace
qui dicit ꝙ primū mouet in
rōne amati ⁊ deſiderati ⁊c̄. Ex hoc arguiṫ ſic. Illud
qȯ mouet in ratiōe amati ⁊ deſiderati mouet a uolū
tate ⁊ non a natura: ſed ut dictū eſt primū mouet in
ratione amati ⁊ deſiderati: ergo mouet a uolūtate ⁊
non a natura. ¶ 2° ꝓbatur hoc idē. illud qȯ moueṫ
motu naturali ⁊ non redit per ſe ad locū. vñ recedit.
ut pʒ de graui qȯ de natura ſua deſcēdit. Et ideo ꝑ
ſe non aſcēdit: ſed celū mouet ab oriēte in occidēs
⁊ iterum redit in oriens. ergo non moueṫ motu nāli
hec eſt ratio Auicē. ¶ Ad hanc queſtionē dicenduʒ
ꝙ motor celi non eſt forma celi: nam celū dato ꝙ nō
moueretur eēt quoddā ens per ſuā formā: ⁊ ſic motor
non eēt forma celi. ¶ Sed ad qōnem cum queriṫ:
Utrum ille motor a nā uel a uoluntate moueat. Di-
co ꝙ poſſumus ꝯſiderare iſtū motuʒ duobꝰ modis
vno modo a parte motoris. ⁊ ſic eſt uolūtarius. nam
ille a uolūtate mouet. ſ. intelligētia. nam ipſa mouet:
q2 vult imitari primā cām nobiliori modo quo pōt
⁊ hoc eſt ꝓpter nām ꝑme cauſe: ſed q2 motores ſūt
corpora ſupraceleſtia: non pñt eſſe cā inferioꝝ niſi ꝑ
ſuū motū: ideo cum ipſe motor uelit imitari primaʒ
cauſam: ⁊ non pōt niſi per motū: ideo mouet ꝯtinue
ipm celum. Si autē ꝯſideremus ex parte mobilis. ſ.
celi. Tunc dico ꝙ motus eſt naturalis: naʒ a natura
hēt celum ꝙ moueaṫ. Et ꝓpter hoc habet formā ſpe
ricam. Si autē ꝯſideremus per applicationē mobi-
lis ad motorē. Dico ꝙ moueṫ a natura: nam ſicut ce
lum a natura ſua eſt aptuʒ natū ut moueatur ita mo
tor aptus natꝰ eſt ad mouendū. ¶ Ad argumenta ꝑ
hoc pʒ ſolutio. ¶ Ad ꝑmū cū dicis ꝙ Ari. dicꝫ ꝙ oīa
corpa moueṫ a natura: celū eſt corpꝰ: ergo mouet a
natura. dico ꝙ mouet a natura: q2 aptū natū eſt mo
ueri quātum eſt de ſe. ¶ Ad 2m cum dicis ꝙ oīs mo-
tus aut eſt violentꝰ aut nālis. Dico ꝙ motꝰ celi bñ eſt
nālis ex ꝑte mobilis: ſed non ex parte motoris. Et
per hoc ſoluuntur omnia argumenta.

Motor celi nō eſt forā celi. Quō motus celi ſit a nā ⁊ a uolūtate.

Subſtantiale vͦo eſt qd̓ cōfert eſſe: ex
quadā cōpoſitione cōpoſitiōi: ut in
pluribus: qd̓ impoſſibile eſt deeſſe
rei. ut rō: ⁊ ſenſus. ſiue hoꝝ ſimilia.
ut continuū: diſcretum.

Superius determiauit auctoꝛ de forma ac
cidētali. hic intēdit de ſubāli. Et
cū hoc ſequit̄ illa ps in qua determinat de nāli que
incipit ibi [videt̄ aūt.] Prima in duas. primo diffinit
ſubāle. 2° diuidit. 2ª ibi [hec vͦo erit.] prima in duas.
ꝑmo diffinit. 2° declarat. 3ª ibi [ut rō ⁊ ſenſus] illa ps
[hoc vͦo.] habet duas. nā primo diuidit. 2° remouet
dubiū. 2ª ibi [in qbuſdaꝫ.] hec 2ª in duas ſm̄ duas
dubitationes. ꝑma de figura inciſionis. 2ª de forma
nāli. 2ª ibi [ſed in his que in pluribus.] Prima in du
as. nā primo mouet dubitationeꝫ ſuā. 2° ſoluit. 2ª ibi
[duo aūt] illa ps [Sed in his.] diuidit̄ in duas. ꝑmo
mouet dubitationem ⁊ arguit pro ⁊ cōtra. 2° ſol-
uit. 2ª ibi [nā igitur.] ⁊ hec 2ª in duas. primo ſoluit. 2°
remouet dubitationē. 2ª ibi [ſbtilit̄ aūt.] hec ē diuiſio
lectiōis. ¶ hic auctoꝛ diffinit ſubāle dicēs: ſbāle eſt
qd̓ cōfert eſſe cōpōni. i. cōpoſito ex q̄dā cōpoſitio-
ne ut in pluribꝰ eſt ⁊ impoſſibile eſt de eſſe rei. Qui-
dam exponunt ſic [ſubſtātiale.] i. vniuˡe eſt qd̓ ꝯfert
eſſe. i. dat eſſe ſuo iferiori: ut aīal uel rōnale hoi [con-
poſitioni.] i. rei cōpoſite: ex quadam cōpoſitione lo
gicali: ⁊ impoſſibile eſt de eē illi cuius eſt ſubāle. Ali
ter exponit̄ ut in nālibus videbitur: ſed ſtatim ponit
exēplum: qualiter ſubſtantiale cōfert eſſe: ut rōnale
ipſi homini: ⁊ ſenſus ſenſibili: ⁊ ſimilia iſtoꝝ: ut con
tinuum ⁊ diſcretum numero ⁊ orationi.

¶ hoc vͦo erit ut materia: illud autem ut forma
ut corpus quidem eſt materia hominis: aīa vͦo
forma. Erit itaq3 ſubſtantiale: ut corporis aīa:
atq3 hois rō. hec autem in his que de cathe-
gorijs dicta ſūt expedita ſūt.

¶ hic auctoꝛ diuidit ipſum ſubſtātiale dicens: ꝙ eſt
quoddā ſubāle: ut mā quoddam ut forma attribu-
ens corpori mām: ⁊ aīe formā: ⁊ hoc pōt itelligi du
pliciter. nā vnomodo per aīam pōt intelligi aīatuꝫ:
que eſt differētia. ⁊ per corpus ipſum genus: uel per
aīam pōt intelligi pars corporis aīati: que eſt forma
nāliter loquendo: ⁊ per corpus pars aīati corporis:
que eſt mā naturaliter loquendo. ⁊ non mā que eſt
genus qꝛ ſubāle eſt ex ſubſtantialibus. Cōcludit au
ctoꝛ ꝙ ſubāle eſt ut homo ⁊ ratiōale: poſtea dicit ꝙ
iſta ſubālia expedita ſūt ⁊ determinata in cathego-
rijs. i. in predicamētis.

¶ Videtur autem quedā forma a nā eſſe: que-
dam vͦo ab actu. Rō enim a nā eſt: caloꝛ vͦo ⁊
paſſio quedam in actu conſiſtunt.

¶ hic diuidit formā: ⁊ dicit ꝙ quedam forma eſt ab
actu. i. ab operatiōe nrā: q̄dā a nā ut a nā rōnale ⁊ al
bedo: ⁊ ſic de alijs ab operatione nrā fit quidaꝫ ca-
loꝛ: ut ille qui generat̄ per violentiā ⁊ per motuꝫ: ſi-
milr̄ paſſio que eſt per actū noſtrū: ut ſiqs percuti-
at alterū: tunc illa paſſio eſt ab actu nrō.

¶ In quibuſdā vͦo dubium eſt utruꝫ a nā: aut
ab actu incipiāt eſſe: ut in figura iciſionis. Nā
nihil additionis fit: ſed ſeparatio q̄dā partiū.
Dico aūt figuram eſſe a natura: ſentiri vͦo ab
actu. ſed ⁊ que coniunctionis eſt ab actu eſt.
ut domus. manifeſtum eſt autem de his.

¶ hic auctoꝛ mouet duas dubitatiōes. Prima eſt fi-
gura iciſionis. i. della imagine: que fit per ſculpturā
in lapide: uel in ligno. Utrū illa figura iciſionis ſit a
nā uel ab actu nrō. Et probat ꝙ ab actu noſtro non
poſſit eſſe. Nam illud qd̓ fit per operationē nrām fit
per operationē partis ad partē: ſed illa figura per re
motionē partis a pte: ergo nō fit per operationem
nrām. ſtatim ſoluit cū dicit dico aūt figurā illam eſſe
a nā: ſed ſentiri fit ab actu: hoc eſt dictu illa figura eſt
a nā quantū ad mām quam nā nobis miniſtrat: ſed
ſentiri. i. ꝙ illa forma ſentiatur. i. videat̄: illud ab actu
nrō eſt. Et hoc eſt quantum ad formam eſt ab actu
nrō: ⁊ iō ſimpliciter debet denoiari ab operatione.
nrā. Et dicit ꝙ de illis que fiunt per ſeditionē ut do-
mus: manifeſtum eſt: ꝙ ſunt ab operatione noſtra: ⁊
non a natura.

¶ Sed de his que in pluribus ſunt palam non
eſt. Nā ea que in pluribus ſunt in actione eſſe
impoſſibile eſt: a nā autem non vident̄ fieri:
quoniam ea que a natura ſunt: a creatura pre-
exiſtente ſumunt principium. palā vͦo eſt crea
turam nō eſſe. Nihil enim rōnis oino: q̄re hu
ius creatura ſit poterit explicari.

¶ hic mouet dubitationē de forma vniuˡi q̄ in pluri
bus habet eſſe: ⁊ dicit ꝙ in vniuˡibus nō eſt palam
i. manifeſtuꝫ: immo dubiū eſt. Utrum ſit a nā uel ab
operatione nrā. Et dicit ꝙ impoſſibile eſt huiꝰ eſſe
ab operatione nrā: qꝛ intelligit ꝙ ois operatio nrā
habet eē circa ſingularia: ⁊ ſic nō circa vniuˡia. Sed
ſtatiꝫ arguit in oppoſitum ꝙ huiꝰ vniuˡia non ſint
a nā: ⁊ intendit talem rōnem: illud qd̓ eſt a nā: ſumit
principiū ab aliqua mā preexiſtente. nā dicit ꝙ nihil
rōnis. i. nulla ratio pōt explicare quare huiꝰ forme
vniuerſales ſint cauſate.

¶ Nā igitur in his occulte operatur. Naꝫ ſicut
ex plurium cōiunctione partium ꝯſtitutio que
dam prioꝝ excedens quātitateꝫ efficitur: ſic ex
ſingularium diſcretione: vnum qd̓dam intelli
gitur eoꝝ excedens ꝑdicationem. Quapropter
cōmunitas ois: naturalis eſt: qm̄ a ſingularita
te procedit: que creationi coequat̄. Subtiliter
aūt ſpeculantes ſicut nām in actionibus laten
ter operari: inuenimꝰ. ſic creaturarum creato-
rem in natura: idq3 ex operibus cognoſcit̄: qm̄
quidē ipſe numero certo naturam ſtabiliuit.
ſed hec hactenꝰ. alteriꝰ eni cōſideratiōis ſunt.

¶ hic ſoluit auctoꝛ ⁊ dicit ꝙ vniuˡe eſt a nā generan-
tis. ſingulare: ⁊ occulte per generationē ſingularium
manifeſte generat̄ vniuˡe: ⁊ ſic nā occulte operatur
vniuˡe. ⁊ ponit ſimile: ſicut ex pluribus ꝯiunctis par
tibus: reſultat qd̓dam totum extendēs quantitatem
oium partium: uel excedēs: ſic vniuˡe eſt qd̓dam to
tum ex adiūctione plurium particulariū: extendens
illa per propriā rōnem: ex hoc ꝯcludit ꝙ ois cōmu-
nitas. i. vniuˡe eſt a nā: ꝓcedens a ſingularitate: que
creationi coequatur: duobꝰ modis legit̄ iſta littera.
vnomodo ꝙ li que refert̄ ad hoc ꝙ eſt ſingˡaritas ⁊
eſt talis ſenſus ꝙ ſingularitas coequat̄ creationem. i.
ſaluat̄ per ꝯtinuam gn̄ationem. Alio modo legitur
ꝙ hoc qd̓ ē referat̄ ad hoc qd̓ eſt coitas: que cōmu
nitas. i. vniuˡe: coequat̄ creationem. i. rei create: quia
q̄cito fuit aliquod ſingulare tunc fuit in aptitudine
ipſm vniuˡe. Subtiliter hic remouet dubitationē: qꝛ
dictū eſt ꝙ nā latent̄ operatur ipſuꝫ vniuˡe. Aliquis
dubitaret quid faciat nām ita latent̄ operari: remo-
uet iſtā dubitationem dicēs ꝙ ſi nos ineniamus na
turam ita latent̄ operari in his uel in coibus: ita crea
toꝛ creaturarū. i. deꝰ latent̄ operat̄ in ipſam creaturā
ſed dicit ꝙ hec ſunt alterius ꝯſiderationis: nā ad nā

lem phm pertinet. ¶ Hic auctor innuit istaz diuisionē formarū: alia substantialis: alia accn̄talis. Et iō p̄mo videt᷑ ꝙ ista diuiſio nō ſit bona: nam īferius nō debet diuidi per dr̄ias ſuperior. nam homo nō debet diuidi per rōnale ⁊ mortale: que ſunt differētie aīalis: ſed ens eſt ſuperius ad formā ⁊ ens diuidit᷑ per ſubam ⁊ accidens. q̄rto forma non debet diuidi per ſubalem ⁊ accn̄talem. ¶ Ad hoc dicendū eſt ꝙ bona eſt diuiſio forme per ſubalem ⁊ accn̄talez: nā (ut dictum fuit) ſubale ⁊ accidentale in quibuſdā ꝓprietatibus cōueniunt. Et quando tu obicis: ꝙ inferius non debet diuidi per dr̄ias ſuperiores concedat᷑. Et tu dicis ꝙ ens diuidit᷑ per ſubam ⁊ accidens ⁊ eſt ſuperius ad formā. Dico ꝙ ens q̄ñ diuidit᷑ per ſubam ⁊ accidens: eſt ens actu: ⁊ nō eſt ſuperius ad formam quare forma bene diuiſa eſt ⁊c̄.

**Queritur** Circa diffinitionem ſubalis. Et videt᷑ ꝙ male dicat auctor: cuz dicit ſubale eſt qđ ꝯfert eſſe. nā mā eſt ſubalis: ⁊ tamē nō confert eſſe: ergo. 2° ſic: ipſe ponit compoſitionē cō„ poſitioni: ergo male dicit cū bis ponat idē. 3° ſic: ipſe ponit ſuperflue: cū dicit impoſſibile eſt de eſſe rei. naz hoc ſatis intelligit᷑ ex primo: ꝙ nō dicat ꝙ impoſſibile ſit de eſſe. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ bene diffinit᷑ ſubale. Et dicit᷑ ſubale qđ eſt de ſuba rei ſiue ſit mā ſiue forma: ⁊ iſtud ſubale habet tria facere illi cuius eſt ſubale. Habet enim dare originē eſſendi: durationē eſſendi: modum denoīandi. primum tāgit cuz dicit ꝙ confert eſſe. 2ᵐ cum dicit ex quadam cōpoſitione ut in pluribus. i. per quendā modū componendi ſub vnitate denoīationis. Et dicunt quidā hic ꝙ loquit᷑ tm̄ de compoſitione logicali: ut animal ⁊ rōnale conſtituunt hoīez ⁊ hoc videt᷑ de intētione auctoris eſſe. Alij dicūt ꝙ loquit᷑ tam de cōpoſitione logicali q̄ʒ nālí: ut anima ⁊ corpus cōponunt hoīem: ⁊ per hoc pʒ ſolutio ad obiecta. ¶ Ad primū cum dicis: ꝙ mā non dat eſſe. ergo non eſt ſubale. Dico ꝙ mā lʒ non det eſſe actuale dat tamē eſſe potentiale: ⁊ ideo dr̄ ſubale. ¶ Ad 2ᵐ iam patuit ſolutio: q̄re poſuit ex quadā compoſitione: ⁊ ſimil'r non poſuit ſuperflue: ꝙ impoſſibile eſt de eſſe rei: nam per hoc uoluit tangere durationē eſſendi. ¶ Sed videt᷑ ꝙ non ponat exēpla cum dicit rō ⁊ ſenſus: nam iſte potentie ſunt aīe ut dicit phs in libro de anima. ergo non ſunt ſubalia. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ rō ⁊ ſenſus: put hic accipiunt᷑ non ſunt potentie aīe: vñ per hoc ꝙ dicit ratio intelligit᷑ rōnale: per hoc ꝙ dicit ſenſus itelligitur ſenſibile. Alij dicunt per hoc ꝙ dr̄ ratio intelligitur aīa intellectiua: ſed per hoc ꝙ dr̄ ſenſus anima ſenſitiua. ¶ Sed videt᷑ ꝙ male dicat continuū ⁊ diſcretū: nam iſta ſunt accidentia: ergo nō erunt ſubalia quare videt᷑ ꝙ male dicat. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ cōtinuū ⁊ diſcretum ⁊ alia accidentia poſſunt cōſiderari dupliciter. vno modo per cōparationem ad ſubiectū: ⁊ ſic non dicunt᷑ ſubalia. Alio modo per cōparationē ad ſua īferiora ⁊ ſic poſſūt dici ſubalia. Vñ cōtinuū eſt eſſentiale linee: ⁊ ſuperficiei: ⁊ diſcretū eſt eſſentiale ipſi nūo: ⁊ orōni ⁊ ita bñ exēplificat. ¶ Ad aliud cū dicit auctor: ꝙ quedā eſt forma ab actu nr̄o intellexit de illo calore qui gn̄atur per violentiaʒ ut per motū uel figurationē. ſimiliter de tali paſſione ut illa que eſt ex percuſſione. uel alit᷑ nō eſt ab actu nr̄o.

Subalia officia

Obio

Dubitatio

Alia obō

Solō

**Queritur** autem de figura facta in lapide uel in ligno. Utrū ſit a nā ul' ab arte. Et probo ꝙ ſit a nā ⁊ nō ab arte: nā illud qđ fit ꝑ additionē partis cum parte: eſt ab operatione nr̄a: ſed iſta figura inciſionis nō ſit per additionē partis ad partē: ſed per ſeparationē partis a parte: quare videt᷑ ꝙ non ſit ab arte nr̄a. ¶ Scđo arguit᷑ ſic: ſicut talis figura fit in lapide per abſtractionē partiuʒ: ſic ignis gn̄at ex lapide: cū percuſſiōe: ſed video ꝙ iſte ignis eſt a nā: ergo ⁊ iſta figura.

**In oppoſitū** arguit᷑. Non dicimus illam figuram eſſe nālem: cuius mā in qua fit eſt nālis: ſed video ſimil'r ꝙ mā dom⁹ eſt nālis: ⁊ tamen ipſam domū dicim⁹ artificialē: ergo ſimil'r illa figura q̄uis mā ſit nālis ipſa erit artificialis. ¶ 2° ꝓbat᷑ ſic: idem eſt iudicium ꝙ ex partib⁹ diuiſis fiat cōiunctum: ſicut ex ɔiūctis diuiſum: ſed quādo ex diuiſis fit coniunctū: coniunctū tale dicitur artificiale: ut domus. ergo ſim l'r ſi ex coniuncto fiat diuiſum: tale erit artificiale: ergo talis forma erit artificialis. ¶ Ad q̄ōnem dicenduʒ ꝙ iſta figura eſt ab arte q̄uis mā ſit nālis. Quidaʒ tamen dicūt ꝙ illa figura eſt in lapide uel ligno: ſed eſt cooperta partibus ligni uel lapidis: ſed cum iſte partes remouētur apparet illa figura: ſicut dicūt ipſi: ſicut enim eēt vnus hō coopertus cera: tunc p̄mo videt᷑ vna maſſa ſed poſt diſcooperitionē apparebit illa forma hoīs ſed hoc eſt falſuʒ ꝙ illa figura uel ipſa ſit in ipſo lapide uel ligno. nā tūc ſequeret᷑ ꝙ forma ul' imago bouis uel alterius aīalis non poſſet ibi fieri qđ eſt falſum. ¶ ꝑ. ſi tu dicis ꝙ illa figura ſit ibi tunc determinate erit caput ex vna p̄te: ⁊ pedes ex altera: ſed credo (⁊ ſic eſt) ꝙ poſſum⁹ formare caput in quacūq̄ parte: quare pʒ ꝙ illa figura non eſt nālis. ¶ Ad argumenta in oppoſitū. Rn̄deo ad primū cuz dicis ꝙ illud qđ fit ab arte: fit per additionē partis cum parte. Dico ꝙ etiam pōt fieri per abſtractionē ut viſuʒ eſt. ¶ Ad ſecundum quando dicis ꝙ ignis ⁊c̄. Dico ꝙ non eſt ſimile: ille eniʒ ignis non eſt accidēs neq̄ʒ remanet in lapide ſic̄ illa figura: quare obiectio nō ualet.

**Queritur** De vniu'ſi ſicut eſt homo: uel aīal. Utrū per ſe gn̄etur? Et probo ꝙ non: nā ſi ſic ſequeret᷑ ꝙ cum eſſet hō eſſent omnes particulares homines tali ratione: naʒ quando ita eſt ꝙ aliq̄d ineſt alicuius per ſe: ⁊ ineſt alicui cui idē ineſt. uerbi gr̄a animal ineſt per ſe homini hō ſorti: ꝙ aīal inerit ꝑ ſe ipſi ſorti. Simil'r ſi gn̄atio per ſe ineſſet homini in cōmuni ⁊ hō per ſe ineſſet particularibus: tūc generato homine in cōmuni eſſent particulares hoīes. hoc aūt eſt falſum: quare patet ꝙ ipſum vniu'ſe non gn̄atur per ſe. ¶ Scđo ſic: ſolū non ens gn̄atur per ſe: ſed vniu'ſe non eſt non ens: ergo vniu'ſe non gn̄atur per ſe. ¶ Tertio arguit᷑ ſic: illud gn̄atur per ſe qđ gn̄at gn̄ans: ſed generās tm̄ gn̄at particulare: ergo tm̄ particulare generat᷑ per ſe ⁊ nō vniu'ſe. ¶ Ad hanc q̄ōneʒ dicendū eſt qđ vniu'ſe nō generat᷑ per ſe. nam oīs actio ⁊ oīs operatio eſt circa ſingularia: ⁊ ſic vniu'ſe ab operatione nr̄a eſt. naʒ dicit cōmentator ſup librū de aīa ꝙ intell's agēs facit vniu'ſitatem in rebus: ⁊ ita vniu'ſe non gn̄atur per ſe ⁊ concedo argumenta ad hoc facta. ¶ Ad argumenta in oppoſitū. Rn̄deo cū dicis obiectum cuiuſlibet potētie debet p̄cedere ipſaʒ potentiā: ſed vniu'ſe eſt obiectū ipſius intellectus: ergo prior eſt q̄ʒ intellus ⁊ ſic per ſe gn̄atur. Illud argumētū prius debuiſſet fieri ſolutū. Dico ꝙ ipſuʒ vniu'ſe qđ eſt obiectū ipſius intell's prius eſt q̄ʒ itellectus itelligit ipm̄ in aptitudine: nam q̄cito fuit ſor. tam cito fuit vniu'ſe in aptitudine: nō tamē in actu intell's intelligit ipſum.

Quō vniu'ſe gn̄etur

**Quia** dictũ fuit ſuperius ꝙ motor celi mouet a uoluntate a pte ⁊ iſte motor eſt itelligẽtia modo querit̃ Utrum talis motor determinet ſibi p̃tem in celo? Et probo primo ꝙ nõ. nã determinare ſibi partẽ hoc eſt per ſitũ: ſed motor nõ determinat ſibi partẽ per ſitũ cum ſit intelligẽtia: que non occupat locũ: nec tempus: ergo motor nõ determinat ſibi partẽ in celo. ¶ Scdo arguit̃ ſic: in q̃libet pte celi eſt motus: ⁊ ubicũq; eſt motus ibi eſt virt⁹ motoris: ⁊ ubicũq; eſt virtus motoris ibi motor eſt: ergo motor eſt in q̃libet parte celi. Et per ↄ̃ns non determinat ſibi locũ in celo.

**Oppoſitũ** Patet per Ariſt. in libro de celo ⁊ mũdo. ¶ Ad hanc q̃õnẽ dicẽdũ eſt ꝙ motor celi determinat ſibi partez: nam (ut vult phs) ſoli⁹ virtutis prime eẽ eſt eſſe ubiq;: ergo cum motor ſit intelligentia pʒ ꝙ non põt eſſe ubiq;: ⁊ ſic nõ erit in toto celo: ergo determinat ſibi partẽ in celo: ⁊ hoc illã partẽ in qua apparet motus: ⁊ iõ pars motus ꝑncipalis in parte oriẽtis eſt. Dico ꝙ motor determinat ſibi illã partem. ¶ Ad argumenta patet ſolutio. Ad primum cũ dicis: ꝙ determinare partem hoc eſt per ſitũ: dico ꝙ hoc eſt uerũ in re tpali: ſed intelligentia eſt corpus ſupernãle. iõ non determinat ſibi ptẽ per ſitũ. ¶ Ad aliud cũ dicis, ꝙ in qualibet parte eſt mot⁹, cõcedo. Et cũ tu dicis ubicũq; eſt motus: uerũ eſt cũ ſuo effectu: nõ aũt in cauſa: vnde dico ꝙ virt⁹ motoris eſt in motore ut in ſua cauſa: ſed eſt in motu tanq̃ in ſuo effectu ⁊c.

**Formarum võ alia quidẽ eſt in ſubiecto: ⁊ de ſubiecto dicit̃. ut ſcientia quidẽ in ſubiecto eſt: ut in aĩa: ⁊ de ſubiecto dr̃: ut de grammatica. Quedam aũt eſt in ſubiecto: de ſubiecto võ nullo dicit̃. ut albedo ſocratis: ſimilr̃ autez ⁊ in his: quecũq; formarum ſunt in idiuiduo. Quedam võ de ſubiecto dicuntur. in ſubiecto aũt nullo ſunt. ut rõnale: atq; mortale. quedaz eniz neq; in ſubiecto eſt neq; de ſubiecto dicit̃ ut humanitas ſocratis.**

**Superius** Auctor determinauit de trib⁹ cõditionibus ꝑncipaliter. i. de forma ſubãli ⁊ nãli. hic intẽdit determinare de quarta i. de ſcibili. ⁊ diuidit in tres. Primo põit vnã diuiſionẽ. 2° ſubdiõnẽ ſcdi membri. 3° ſubdiuidit alteruz membrũ 2e diuiſionis. 2a ibi [eorum võ.] 3a ibi [manifeſtũ autem eſt.] Sequit̃ illa pars [ſingulũ.] ⁊ diuidit in duas. Nã primo ponit tres diuiſiones. 2° ꝓſequit̃. 2a ibi [actio võ eſt.] uel ibi [ſed de his.] prima in tres ſm tres diuiſiones. 2a ibi [eorum võ.] 3a ibi [ea võ.] ſequit̃ illa pars [ſed de his.] ⁊ hẽt duas. ꝓmo eligit. 2° ꝓſequit̃. 2a ibi [actio võ.] ⁊ hec in ſex ſm ꝙ determinat de ſex ꝑncipijs ubi ptes icipiũt [Patet.] ꝓma in duas. primo determinat de actione: quãtum ad ſubãlia. 2° quantum ad accñtalia. 2a ibi [ſcire aũt] prima in duas. ꝓmo diffinit actionẽ. 2° diuidit. 2a ibi [eſt aũt.] hec 2a in duas. ꝓmo diuidit. 2° comparat mẽbra. 2a ibi [Differunt aũt.] hec 2a in duas. ꝓmo ponit diãm. 2° probat. 2a ibi [Qm aĩa quidẽ.] hec 2a in duas. primo probat. 2° mouet dubitationem. 2a ibi [hec aũt in quibuſdã.] hec 2a in duas. primo ponit dubitationem. 2° ſoluit. 2a ibi [impoſſibile ẽ.] hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Prio ponit auctor talem diuiſionẽ: ꝙ formaruz quedã dicitur de ſbcto: ⁊ eſt in ſbcto: ut ſpẽs uel vniulia accidentiũ: ut ſciẽtia. Alia eſt foꝛa que eſt in ſbcto ⁊ nõ dr̃ de ſbcto: ut pticularia accñtiũ ut hec grãmatica. Alia eſt foꝛa que dr̃ de ſubiecto ⁊ nõ eſt in ſbcto: ut vniulia ſube ut rõnale.

**¶ Eorum võ que in ſubiecto ſunt. ⁊ que de ſubiecto nõ ſunt dicibilia. alia ſunt ſenſibilia. alia võ inſenſibilia. Sẽſibile võ eſt: qd ſenſu cõprehenditur. ut albedo: ſonus: ſapor: odor: color: percuſſio: ⁊ dulcedo. Inſenſibilia võ que rõne ſola comprehendũtur: ut doctrina: ⁊ diſciplina. Simpliciter autem nihil eorum que de ſubiecto dicuntur: ſenſibilia ſunt.**

¶ Hic ſubdiuidit 2m membrũ. ſ. formarũ que ſunt in ſbcto: ⁊ non dicunt̃ de ſbcto. Et dicit ꝙ illarũ formarũ particulariũ: que accidentales ſunt quedã eſt ſenſibilis: ⁊ quedaz inſenſibilis. Sẽſibiles ſunt ille que ſenſu percipiunt̃: ut albedo viſu: ſonus auditu: calor tactu: odor olfactu: ſapor guſtu. inſenſibiles ſũt ille que ſolo itellectu percipiunt̃ ut diſciplina. ⁊ addit ꝙ nullũ vniuľe eſt ſenſibile: cũ dicit ſimplr̃: ⁊ vide ꝙ q̃dam forma eſt ſenſitiua: quedã non: nã omnis nr̃a cognitio eſt a forma: ⁊ cognitio nr̃a eſt duplex: nã q̃dam eſt ſenſitiua: quedã intellectiua.

**¶ Manifeſtũ aũt eſt ex his que propoſita ſunt qm̃ quedã ſita ſunt alicubi. ut nigredo in oculo. Quedã võ difficile erit aſſignare. ut ſciẽtia: ⁊ paternitas: ⁊ filiatio: niſi fortaſſe in generantium ⁊ componentium cõplexione ſint ſite.**

¶ Hic auctor alterũ mẽbrũ illi⁹ diuiſionis ſubdiuidit Et dicit ꝙ quedã forme ſunt ſite alicubi. i. hñt eẽ in parte determinata: ut nigredo. in parte determinatã hẽt eſſe in oculo: alie forme ſunt in quibus erit difficile aſſignare in qua parte ſint ſite ut in iſtis: que ſũt paternitas ⁊ filiatio ⁊ ſcia. ¶ Sed videtur ꝙ male dicat auctor cũ dicit ꝙ difficile ſit aſſignare de paternitate ⁊ ſciẽtia in anima. Dicendũ ꝙ duplex eſt ſubiectũ. ſ. propinquũ ⁊ remotũ. ⁊ ſbctum ꝓpinquum paternitatis eſt pr̃ ⁊ ſciẽtie aĩa: ſed ipſe loquit̃ hic de ſbiectis remotis que potius dr̃ cauſa efficiens. dicit ergo ꝙ in paternitate ⁊ ſcia non eſt facile aſſignare ubi ſit ſita niſi quis dicat ꝙ ſciẽtia eſt in cõplexione uel cõpoſitione ſpẽruz intelligibiliũ: ⁊ pñitas in cõpoſitione gñantium. i. ſeminis pr̃is uel matris. nam in illa cõplexione virtus pr̃is infundit̃: que ſe habet ut forma: matris aũt virtus habet rõne materie.

**¶ Singulũ võ eorum que dicta ſunt: icomplexionis eius: que in uoce eſt notatio eſt. hoc võ erit uel ſubſiſtens. uel contingens.**

¶ Hic ꝓſequitur. Et ponit talem diuiſionẽ ꝙ ſingulum eoꝝ que ſunt dicta incomplexoꝝ aut eſt forma ſubſiſtẽs: aut contingens: aut ſubalis: aut accidentalis eſt: ⁊ ordina iſtam lr̃am ſic [ſingulũ] que ſunt dicta ibi notatio. i. ſignũ eius incõplexionis que eſt in uoce: ſed quidam libri hñt notatione ablatiui caſus Tũc ordinabis ita: ſingulum eoꝝ que ſunt in notatione complexionis que eſt in uoce.

**¶ Eorum võ que exiſtenti ↄtingunt. Singulũ aũt extrinſecus aduenit: aut infra ſubſtãtiã cõſideraẽ ſimpliciter. ut linea ſuperficies: corpus.**

¶ Hic auctor ſubdiuidit alteruz mẽbrum. Et dicit ꝙ iſtarum formaꝝ que ↄtingunt exiſtenti. i. ſbcto accñtium: formaꝝ accidentalium quedã aduenjunt intrinſecus ut quantitas: ⁊ qualitas ⁊ relatio: quedã extrinſecus ut actio ⁊ paſſio: ⁊ ſic de alijs ſex ꝑncipijs.

**¶ Ea võ que extrinſecus accidunt. aut actus. aut in aut pati. aut diſpoſitio. aut eſſe alicubi. aut in mora. aut habere. neceſſario hec erunt. ſed de his que ſubſiſtunt. ⁊ que ſolum in quo exiſtat**

exigunt. in eo qui de cathegorijs libro inſcribi
tur: ſufficienter diſputatum eſt. de reliquis vo
continuo dicemus.
❡ Hic ſubdiuidit auctor aliud mẽbrũ. Et dicit ꝙ iſta
rum formarum extrinſecus aduenientiũ vnaqueq; aut
eſt actio: aut paſſio: aut quando: ⁊ ſic de alijs. ⁊ dicit
ꝙ de illis determinabit in hoc libro: q: de ſuba ⁊ de
accidẽtibus intrinſecus aduenientibus: ut ſunt quan-
titas ⁊ qualitas: que non requirunt niſi ſbiectum in
quo ſunt in predicamẽtis determinatum eſt: ſed de
alijs hic dicetur.
❡ Actio vo eſt ꝓprietas ſm quam in id quod
ſubijcitur: agere dicimur. ut ſecans quis in eo
ꝙ ſecet ſecans dicitur.
❡ Hic ꝓſequit de illis ſex pncipijs. Et pmo de actio-
ne ⁊ diffinit ipſam. Actio eſt ſm quã ut per medium
⁊ per cãm efficientem: agere nos dicimur in id qd
ſubicit. i. in mãm nobis ſbiectam: ut di aliqs ſecans
in eo ꝙ ſecat. i. inquantũ ſecat: uel aliter in eo ꝙ ſecat
i. in illam mãm quam ſecat: ⁊ ſic ſecatio eſt actio.
❡ Eſt aũt alia quidem anime. alia vo corporis.
Differunt autẽ: quoniam ea que corporis eſt
mouens: eſt neceſſario id in quo eſt. Idem enim
qd agens corpꝰ eſt mobile eſt. Anime vo actio
non id mouet in quo eſt: ſed cõiunctũ: anima
enim dum agit immobilis eſt: mouet enim cor
pus: anima vo immutabilis permanet.
❡ Hic auctor diuidit actionẽ. Et dicit ꝙ actionũ alia
eſt anime alia corporis: ſed ſtatim cõparat iſta mem-
bra ponendo dr̃iam inter actionem aie ⁊ corporis:
⁊ hec eſt dr̃ia ꝙ corpus dũ agit necio mouet. ſed aia
dũ agit imobilis manet: tñ mouet ſbctum in quo eſt
⁊ ipſa imobilis per ſe manet: tñ per accidẽs mouet
q: motis nobis mouent oia que ſunt in nobis: ut
dicitur ſecũdo topicorum.
❡ Quoniam anima quidẽ nec ſm locum: nec
ſm aliorum motuum quenq; mouetur: niſi for
te ſm alterationem. nõ enim crementum ſuſci-
piendo mouetur. neq; diminuendo, neq; ad
oppoſitum locũ transeundo. Locus vo corpus
eſt. anima aũt corpus non eſt. impoſſibile vo
eſt non corpus corpore moueri. Quare nullã
loci anima ſuſcipit mutationẽ. Solum vo cor-
pus in eo ꝙ de loco ad locum trãſit: mouetur.
❡ Hic probat ꝙ aia dum agit imobilis ſit. nam ſi aia
moueret hoc eſſet ſm aliquam ſpẽm motus: ſed nõ
mouet ſm aliquam ſpẽm motus Nã non mouetur
ſm alterationẽ niſi per accidens nec ſm gñationem
⁊ corruptionẽ: neq; de ſe: neq; ſm augmentũ: ⁊ dimi
nutionẽ cũ non ſit quãtitas: neq; ſm loci mutationẽ
⁊ hoc ꝓbat. ⁊ q: argumentũ magis ꝓbat de mutati
one ſm locũ: q: magis videt ꝙ ſm locum moueat.
Et intẽdit talẽ rõnem: impoſſibile eſt nõ corpus cor
pore moueri: ſed locus eſt corpus: anima aũt nõ cor
pus: ergo ipoſſibile eſt ꝙ aia moueat ſm locum. In
hac rõne ſic ꝓcedit: q: pmo ponit minorẽ. 2o maio
rem. 3o ꝯclonem: poſtea addit aliã rationem ꝙ om-
ne quod mouetur de loco ad locum eſt corpus: er-
go anima non eſt corpus: ergo anima non mouetur
ſm locum.
❡ Hoc aũt in quibuſdã dubitabile apparebit.
Speculo enim immutabili permanente: imagi
nis motus fieri videt ad oppoſiti mutationẽ.
❡ Modo ponit dubiũ: q: (dictum eſt) impoſſibile eſt
non corpus corpore moueri: mouet dubiũ. nam for
ma que eſt in ſpeculo eſt nõ corpus: tamẽ videt mo-
ueri in ſpeculo quaſi corpus.
❡ Impoſſibile ergo erit ſoluere: conceſſo ꝙ ibi
uere forma exiſtat. Si vo non eſt: icredibilis er
ror putabit in vulgo: lz conuenientius ſit.
❡ Hic ſoluit ⁊ dicit ꝙ impoſſibile erit ſoluere: ſed cõ
cedat ꝙ iſta forma in ſpeculo ſit: ſi autem dicat ꝙ iſta
forma uel imago non ſit in ſpeculo: vulgus non cre
deret: immo incredibilis error putabitur in vulgo.
Tamen auctor dicit ꝙ ꝯueniẽtius erit dicere ꝙ iſta
forma non ſit in ſpeculo q̄z aliquid ⁊c.

**Quia** Ipſe auctor dicit ꝙ quedã eſt forma ſub
ſiſtẽs. Videtur ꝙ male dicat. nam ſubſi-
ſtere conuenit ipſi materie: ſiue compoſito: ergo nõ
forme: quare videtur ꝙ male dicat. ❡ Secundo ſic
dicit auctor: ꝙ quedam forme accidentales ⁊ que-
dã accñtalia intrinſecus adueniunt: ut quantitas ⁊
qualitas: quedã extrinſecus ut actio ⁊ paſſio. Cõtra
omne accidens eſt extra eſſe ſube: ergo nullum acci-
dens eſt itrinſecus aduenies. ❡ Tertio ſic: locus ⁊ tẽ
pus mẽſurant extrinſecus: ergo nõ adueniunt intri-
ſecus: ⁊ etiã relatio extriſecus aduenit: quare videt
ꝙ auctor male dicat. ❡ Ad iſtam qõnem dicendum.
Et pmo ad pmũ ꝙ auctor bene dicit: qñ dicit ꝙ for
ma eſt ſubſiſtens quedã: ⁊ quedam ꝯtingens. i. que-
dã ſubalis: ⁊ quedam accidentalis. Et lz forma non
ſubſtet per ſe: hẽt tamen mediãte mã ſubſiſtere: ⁊ ita
bene cõcedo: ꝙ per ſe nõ ſubſiſtat: niſi mediãte mã.
❡ Ad 2m dicitur ꝙ bene dicit auctor: ꝙ ſunt que- Que ſunt accñtia intriſecus adueniẽtia: ⁊ que extriſecꝰ
dã accidẽtia intrinſecus adueniẽtia: ſicut quãtitas:
⁊ quedã extrinſecus adueniẽtia: ſicut actio. Et nõ ꝙ
dicunt accidẽtia intrinſecus aduenientia que ultra
ſbiectum in quo ſunt: nõ requirunt aliquod tanq;
cãm efficiẽtem. Sed dicunt extrinſecus aduenientia
que ultra ſbctũ in quo ſunt requirũt aliud ſicut cãm
efficientẽ: ſicut iſta ſex pncipia. nã actio ⁊ paſſio. ſunt
in paſſo: ⁊ requirũt aliud tanq; cãm efficiẽtem. ſ. ipm
agens. Simil'r qñ eſt in re tẽporali ⁊ cauſat a tempo
re qd eſt in primo mobili: ⁊ ſic de alijs. Per hoc pz
ſolutio ad obiectũ: ꝙ lz oẽ accidẽs ſit extra eſſentia
ſube: non tñ propter hoc omne accñs debet dici ex
trinſecus aduenies: ſed viſum eſt qualiter debeat di-
ci extrinſecus aduenienꝰ. ❡ Ad 3m ſimil'r dicitur: lz
tempus ⁊ locus menſurent ab eo quod eſt extra tñ
non habent extra aliqd tanq; cãm efficientẽ: quare
non debẽt dici quantitates extrinſece ⁊c.

**Queritur** Circa actionem. ⁊ primo Utrum
actio ⁊ paſſio ſint idẽ genꝰ. Et vi-
det ꝙ ſic. nã dicit phs in libro de gñatione ꝙ actiuũ
⁊ paſſiuũ ſunt ſimilia gñe: ergo actio ⁊ paſſio ſũt idẽ
genus. tenet conſequẽtia per locũ a cõiugatis. ❡ Se
cũdo arguit. nam dicit phs in predicamẽtis ꝙ ꝯtra
ria ſunt que ſub eodẽ gñe poſita ſunt: ſed actiuum ⁊
paſſiuũ ſunt ꝯtraria: ergo ſub eodẽ genere: ergo per
locũ a coniugatis. g actio ⁊ paſſio erũt ſub eodẽ gñe.

**Oppoſitũ** Patet per Ariſt. in pdicamẽtis q
dicit: ꝙ decẽ ſunt genera genera-
liſſima ⁊ non eſſent niſi actio ⁊ paſſio eſſent diuerſa
pdicamenta: nam diuerſas rõnes predicandi hñt:
nã lz actio ſit in paſſo: actio tñ dicit ut eſt ab agente:
⁊ paſſio ꝓut eſt in paſſo. ⁊ eſſe ab agẽte ⁊ eſſe in paſ
ſo ſunt diuſe rões: q̄re pz ꝙ actio ⁊ paſſio ſint diuiſa
pdicamẽta. ❡ Ad argumẽta patet ſolutio. ❡ Ad p
mũ cũ dicis ꝙ actiuũ ⁊ paſſiuum ſunt ſimilia genere
¶ Differt aūt ⁊ tēpus ab eo qd̄ quādo eſt. quoniā ſm tēpus aliqd mēſurabile eſt: ut annus q̄dem dicit̄ tp̄e diurnus: ⁊ mot⁹ multus dicit̄: eo ꝙ multo tp̄e pmaneat. at v̊o ſm quando nihil mēſurat̄: ſed aliqn̄ dicit̄ eē: ⁊ ſm idē tp̄ale: ⁊ uariabile aliquid pronunciatur.

¶ Hic cōparat auctor quādo ad tēpus penes dr̄iam: ⁊ ſm quoſdā ponit duas dr̄ias. Aliq dicūt ꝙ nō eſt niſi vna. Eſt ergo talis dr̄ia: ꝙ ſm tēpus aliqd mēſurat̄: ut cum dicit̄: iſta actio eſt diurna: ⁊ ſic de alijs: ſed ſm quādo nihil mēſurat̄. ⁊ eſt alia differētia ꝙ ſm tēpus dicit̄ aliqd tp̄ale ⁊ uariabile: nō aūt ſm quādo. Alij legūt aliter ꝙ ſm tēpus nō dicit̄ aliqd tp̄ale: ſed ſm quādo tp̄ale ⁊ uariabile dicitur.

¶ Ineſt aūt qn̄: nō ſuſcipe magis ⁊ minus. non enim dies uel diurnus: magis ul' minus die ul' diurno dicit̄: neqʒ vnū q̄dē diurnius alio. ſilr̄ autem ⁊ de alijs: quare omni quidē quādo ineſt dici non magis aut minus.

¶ Hic ponit auctor ꝓprietatē ipſius quādo. ſ. ꝙ quando nō ſuſcipit magis ⁊ minus. Et declarat hoc p̄ exempla: q2 dies nō dicit̄ magis neqʒ minus: nec diurnus magis ⁊ minus alio diurno. Et ſilr̄ in alijs. ⁊ cōcludit in fine ꝙ quādo non ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Et nota ꝙ hic declarat auctor ꝙ tēpus non ſuſcipit magis ⁊ minus cū dicit dies uel diurnus. Nam ut viſuʒ eſt: tēpus eſt cauſa ipſius quādo. Et ideo declarato ꝙ tēpus nō ſuſcipit magis ⁊ minus: declaratuʒ eſt de ipſo quādo.

¶ Qn̄ v̊o nihil eſt ɔ̄riū. qn̄ eteni qd̄ ex pn̄ti eſt vnū ⁊ idē ei qd̄ de futuro ⁊ p̄terito eſt. Impoſſibile aūt erit duas de eodē predicari contrarietates indiuiduo.

¶ Hic ponit auctor aliā ꝓprietatē ⁊ dicit: ꝙ quando: nihil eſt ɔ̄rium: ⁊ ꝓbat per duas rōnes. p̄ma talis eſt Impoſſibile eſt duo ɔ̄ria de eodē indiuiduo ſimul p̄dicari: ſed quādo |idē eſt in pn̄ti: in p̄terito: ⁊ futuro: ⁊ ſic p̄dicat̄ de eodē indiuiduo: ergo nō ſunt ɔtraria Nam ſi quādo |haberet ɔ̄riuʒ aliud quādo |eſſet ſibi ɔtrariū: q2 cōtraria habēt eē ſub eodē gn̄e: ſed aliud quādo |ut viſum eſt: nō eſt ei cōtrariū: ergo quando | nihil eſt ɔ̄riū. ¶ In hac rōne ſic ꝓcedit. p̄mo ponit ɔcluſionē. 2° declarationē minoris. 3° maiorē. Et itellige cū dicit auctor ꝙ eſt idē quādo ex pn̄ti p̄terito ⁊ futuro. hoc eſt uerū quātū ad cām: nā vnū ⁊ idē tempus eſt cā utriuſqʒ qn̄: ſed tn̄ illa quādo |ſunt diuiſa.

¶ Amplius aūt ɔ̄ria nunq̄ʒ in eodē erūt ſimul. qn̄ aūt qd̄ ſm pn̄s ⁊ p̄teritū ⁊ futurū eſt: ſimul in eodē erūt. Idē nāqʒ qd̄ eſt fuiſſe: uerū eſt: ⁊ pmāſurū. Cōtrarioꝝ v̊o rō eſt: nunq̄ʒ in eodeʒ ſimul exiſtere: neqʒ de eodeʒ indiuiduo dici: in eodē tp̄e. quare cōtrarietas in eo quod quādo eſt non enunciabitur.

¶ Hic ꝓbat hoc idē per aliā rōnē que talis eſt. Cōtraria nunq̄ʒ ſunt ſimul in eodē ſubiecto: ſed quādo de p̄terito pn̄ti ⁊ futuro in eadē re tp̄ali ſunt: ergo non ſunt cōtraria: ſed ꝙ ſimul ſint in eodē ſubiecto. ſ. in eadem re tp̄ali patet. Nam uerū eſt idē corpus mō eſſe ⁊ fuiſſe ⁊ futurū eſſe.

¶ Eſt aūt quādo in omni eo qd̄ īcipit eē: ut corpus quidē vniuerſum aliqn̄ eſt: ⁊ in tp̄e. ſuſcipit enim tēpoꝝ alterationes. Alterat̄ enim corpus in eſtate: uere: hyeme: ⁊ autūno. Silr̄ autē ⁊ aīa. Acutius enim quedā in hyeme: quedaʒ in eſtate: quedā in uere ſpeculant̄ ſm inſtri cōplexionē. Aīa enim cōiūcta corꝑi cōplexiones ipſius comitat̄: ut qui aride ⁊ gelide¨ cōplexionis ſunt: demētiores ſeipſis in autūno ſepe ſūt. q̄bus v̊o ſanguis principat̄ in uere: ſilr̄ autē ⁊ de alijs ſm ſilitudinē aīaliū ⁊ tēpoꝝ. Erit igit̄ in tp̄e q̄cq̄d tp̄is ſuſcipiēs uarietates alterat̄ ſʒ corpus uel tempus. Huiuſmodi v̊o ſunt que dicta ſunt. de paucis aut de nullis alijs: conueniens erit proferre.

¶ Iſta littera vno mō ſic legit̄. hic incipit ꝓprie propriū quādo. ⁊ pōt ſic ꝓbari. Illud eſt ꝓprie ꝓprium qd̄ īeſt omni ⁊ ſoli: ſed omni quādo ⁊ ſoli ineſt eē in omni eo qd̄ incepit eē. ergo eē in omni qd̄ incepit eē eſt ꝓprie ꝓpriū quādo. Primo ꝓbat ꝙ īſit omni cū dicit[eſt aut quādo.] ⁊ ſoli cum dicit[de paucis.] primo ꝓbat ſic. Omne corpus vniuerſum aliqn̄ eſt in tēpore: ſed eſſe in tp̄e ſm ꝙ hi⁹ futurum eſt eius qd̄ eſt corpus: ⁊ corpus incepit eē: ergo quādo eſt in omni eo qd̄ incepit eē. Primo ponit cōcluſionē cum dicit [eſt aūt.] maiorē cū dicit[ut corpus q̄dē.] ꝓbat maioreʒ. ſ. ꝙ corpus ſit in tp̄e. oē qd̄ ſuſcipit tp̄is alterationē eſt in tp̄e: ſed corpus vniuerſuʒ. i. cōplexionatuʒ ex q̄tuor elemētis eſt huiuſmodi: ergo. maiorē ꝓbat cū dicit[Suſcipit enim.] Et ꝓbat ſic. Oē qd̄ alterat̄ ī eſtate hyeme uel autūno ſuſcipit uariationē tp̄is: ſed corpus eſt huiuſmodi. ꝓbat minorē per locuʒ a minori: ⁊ hoc ſic. Si de quo minus videt̄ ineſſe ⁊ ineſt: ⁊ illud qd̄ magis: ſed minus videt̄ ꝙ aīa ſuſcipiat alterationē tp̄is cum ſit incorruptibilis: q̄ʒ ipſuʒ corp⁹ ⁊ tn̄ ɔiūcta corpori ſuſcipit: ergo multo fortius ipm corpus. ꝓbat ꝙ aīa ſuſcipiat alterationeʒ tēporis: ⁊ hoc ſic. Anima ɔiūcta corꝑi ſeq̄tur cōplexiones corporis: ſed cōplexiones alterant̄ ſm alterationem tēporis: ergo ſilr̄ aīa. Et hoc ꝓbat in littera. Quidaʒ enim aptius. i. ſubtilius ſpeculant̄ in hyeme: ut melācholici. q̄dam in eſtate: ut flegmatici. q̄daʒ in uere: ut cholerici: ⁊ hoc ꝓpter tēperātiaʒ ſuarū qualitatū per cōtrarias q̄litates tp̄is: que ſunt quoddā inſtrm̄. naʒ aīa opat̄ per ipſum ſicut corpus per manū. ¶ Notādum ad euidētiam littere ꝙ q̄tuor ſunt humores a

Tp̄s cōpoſitū: ⁊ ſimplex.

¨ a.l. cōpaginatiōe

Tp̄s nō ſuſcipit magis aut minus.

quibus complexiones corporis denominant̄. Si-
militer ſunt quatuoꝛ tempora anni: ſimiliter poſſu-
mus diſtinguere quatuoꝛ etates:lꝫ hyppocras po-
nat ſex.Et ſimiliter quatuoꝛ elementa:ꝛ quatuoꝛ uē
ti ſunt:ꝛ quatuoꝛ partes inhabitabiles : ꝛ quatuoꝛ
membꝛa pꝛecipua : ꝛ quatuoꝛ elementa : ignis aer
terra aqua. Ignis eſt calidus ꝛ ſicc°. Aer eſt calidus
ꝛ humidus.Aqua frigida ꝛ humida.Terra frigida
ꝛ ſicca.Et ut habet̄ in pꝛimo celi ꝛ mundi.omne cō
poſitum mouetur ſm naturam ſimplicis dominan-
tis in eo:humores dicuntur filij elementoruꝫ:ꝛ ſunt
iſta quatuoꝛ.ſ.ſanguis cholera melācolia ꝛ flegma.
Cholera eſt calida ꝛ ſicca:ꝛ ꝓpoꝛtionat̄ ipi igni.Sā
guis calidus eſt ꝛ humidus:ꝛ pꝛopoꝛtionatur aeri.
Flegma frigiduꝫ ꝛ humiduꝫ:ꝛ pꝛopoꝛtionat̄ aque
Melācolia frigida ꝛ ſicca:ꝛ pꝛopoꝛtionat̄ terre:ꝛ ab
iſtis nominātur melācholici : ſanguinei:cholerici:ꝛ
flegmatici .Quatuoꝛ tempora anni ſunt Eſtas que
eſt calida ꝛ ſicca.Uer calidum ꝛ humidū.Hyems fri-
gida ꝛ humida.Autumnus frigidus ꝛ ſiccus: nunc
eſt uerum ꝙ omne ſimile additum ſuo ſimili augmē
tat ipm:ergo cholericus calidus ꝛ ſiccus:in eſtate ca
lida ꝛ ſicca male ſe habet.Et ſanguinei in uere: fleg-
matici in hyeme:melancholici in autūno. Similiter
quatuoꝛ etates ſunt quo ad pꝛeſens : lꝫ alij ponant
plures:pueritia:infantia:adoleſcentia:que eſt calida
ꝛ humida.Et durat uſqꝫ ad viginti annos:poſtea ſe
quitur iuuentus calida ꝛ ſicca:ꝛ durat uſqꝫ ad qua-
dragintaquinqꝫ annos:poſtea ſenectus frigida ꝛ ſic
ca de qua dicit Ariſtoteles in libꝛo de moꝛte ꝛ vita:
ſenectus frigida ꝛ moꝛibunda:ꝛ datur uſqꝫ ad ſexa
ginta annos:ꝛ poſtea ſequit̄ ſeniū: frigidū: ꝛ hūidū
ꝛ datur uſqꝫ ad ultimuꝫ vite.quatuoꝛ uēti pluuiales
ſunt.Unus ſolaris calidus ꝛ ſiccus:flans ab oriēte.
Alius frigidus ꝛ humidus flans ab occidente.Ali
us calidus ꝛ humidus flans a polo artico.Alius fri
gidus ꝛ ſiccus:flans a polo Antartico . Item nota
ꝙ quedam infirmitates ueniunt a cholera: ꝛ ſunt ca
lide ꝛ ſicce:ſicut tertiana.quedam ex flegmate : ſicut
ſunt frigide ꝛ humide ſicut quotidiane.quedaꝫ ſunt
ex melancholia:que ſunt frigide ꝛ ſicce:ſicut quarta
ne.quedam ex ſanguine:ſicut ſinocha ꝛ iſmochides
non ſanguis non putreſcit ad fel.Similiter ſunt qua
tuoꝛ membꝛa pꝛincipalia:ſicut coꝛ calidum ꝛ ſiccuꝫ:
ꝛ epar calidum ꝛ humidum : cerebꝛum frigidum ꝛ
humidum : teſticuli frigidi ꝛ ſicci : hoc habito dici-
tur ꝙ quicquid eſt in tempore eſt uariabile ſm coꝛ-
pus uel ſm animam:non de paucis aut de nullis ali
is conueniens erit pꝛoferre : hoc dupliciter exponi.
vnomodo ſic:nihil in paucis eſt tempore pꝛecipuus
ꝙ ſint in eo ꝙ incepit eſſe:uel aliter ꝙ actio in anima
poterit in paucis reperiri ꝛc̄.

**Queritur** Circa litteram. Nam dicit auctoꝛ in pꝛincipio lectionis:ꝙ eſt quod
dam tempus ſimplex.Cōtra arguit̄:tēpus eſt quā-
titas continua:ꝛ eſſe continuū eſt diuiſibile:ſed nul-
lum ſimplex eſt diuiſibile:ergo nullum tempus eſt
ſimplex. ꝛ videtur ꝙ male dicat auctoꝛ cum dicit ꝙ
actio eſt ſimplex:naꝫ omnis actio eſt compoſita : ex
pꝛioꝛi ꝛ poſterioꝛi:ut videtur.ergo. ¶ Ad pꝛimum
dicendum eſt ꝙ nulluꝫ tempus in ſe eſt ſimplex:ſed
ipſe dicit ꝙ tempus eſt ſimplex:reſpectu alterius:ul̄
etiam quo ad nos.nam hoꝛa poteſt dici ſimplex re
ſpectu ad diem.uel aliter dicitur ꝙ ipſe loquitur hic
large de tempoꝛe:pꝛout notat indiuiſibile tempus
ꝛ inſtans qđ pꝛopꝛie non eſt tempus:ſed pꝛincipiuꝫ

Quõ tp̃a poſſit di-ci ſimplex

temporis:ꝛ tale bene eſt ſimplex.ergo. ¶ Item di-
cit auctoꝛ ꝙ non ſm quando omnia menſurantur.
Contra : omnia ſm adiacentiam temporis menſu-
rantur:ꝛ illa eſt quando:ergo ſm quando oīa men-
ſurantur.ꝛ etiam dicit ꝙ ſm tempus aliquid menſu
ratur.Contra tempus eſt ut abſtractuꝫ: ꝛ abſtractum
non menſuratur:ergo tempus non menſurat. ¶ Di
cendum ꝙ ſm tempus menſuratur aliquid: ꝛ non
ſm quando.Ratio eſt:qꝛ de ratione quantitatis eſt
menſurare.Tempus autem eſt quantitas:ꝛ non qñ
quare ꝛc̄. ¶ Ad obiecta patet ſolutio. ¶ Ad pꝛimū
dico ꝙ adiacentia temporis non menſurat:ſed ipm
tempus adiacens menſurat. ¶ Ad ſecundum dico
ꝙ tempus inquantum abſtractum non mēſurat:ſed
pꝛout adiacet rei tempoꝛali. ¶ Dicit auctoꝛ ꝙ quan
do non ſuſcipit magis ꝛ minus. Contra compoſitū
quando excedit quando ſimplex:ꝛ non extēſiue cū
non ſit quantitas:ergo intenſiue ꝛ ſic ſuſcipit ma-
gis ꝛ minus. ¶ Secūdo arguit̄ ſic:quando pꝛeſens
cauſatur ex pꝛeterito ꝛ futuro:ꝛ vnum eſt magis p̄-
teritum q̄ꝫ alterum:ꝛ vnum magis futurū q̄ꝫ alteruꝫ
quare videtur ꝙ quando ſuſcipiat magis ꝛ minus.
¶ Item arguitur ſic in rebus coꝛpoꝛalibus quedā
res ſunt magis uariabiles:quedam minus:ſed quā
do eſt in re tempoꝛali:quando igitur penes qđ res
menſuratur ſuſcipit magis ꝛ minus.

De rõne q̃titatis eſt mẽſurare

**Oppoſitū** dicit auctoꝛ in littera . Dicēdū ꝙ quando non ſuſcipit magis ꝛ mi
nus.Et cā eſt.Naꝫ qñ cātur a retpali a qua cātur ꝛ tē
pus:nūc autem tēpus equaliter mēſurat illa que mē
ſurat:ꝛ ut ſic non ſuſcipit magis ꝛ minus : ergo nec
quando. ¶ Ad pꝛimū argumentū cum dicis ꝙ quā
do eſt compoſitum.Dico ꝙ uerū eſt extenſiue : non
tamen intenſiue.Et cū tu dicis ꝙ extenſiue non po-
teſt cum non ſit quantitas.Dico ꝙ lꝫ non ſit quanti-
tas: non tamen eſt ſine quantitate. ¶ Ad ſecundum
cū dicis:ꝙ vnū eſt magis pꝛeteritum q̄ꝫ alterum:ue
rum eſt certe quantū ad pꝛeteritioneꝫ non tñ quan-
tum ad ſui eſſentiam dicitur magis ꝛ minus. ¶ Ad
tertium cū dicis. ꝙ quando eſt in re tempoꝛali: cōce
do. ꝛ cum dicis ꝙ alique res ſunt magis uariabiles
q̄ꝫ alie.certe uerū eſt:ſed hoc non eſt pꝛopter ipſum
quando:ſed ſm ꝙ illa res eſt magis ſub tranſmuta
tione. ¶ Dicit auctoꝛ ꝙ vnū quando non contraria-
tur alteri quando.Cōtra:contraria non poſſunt eſſe
ſimul in eodem:ſed iſta non poſſunt eſſe ſimul in eo
dem:ergo ſunt contraria pꝛobat̄ minoꝛ . nam quā
do de pꝛeterito cauſatur ex quando de p̄terito:quā
do autem de futuro cauſatur a futuro : ſed pꝛeteritū
ꝛ futurū nunq̄ꝫ poſſunt eſſe ſimul in eodeꝫ:ergo nec
quando vnde cauſat̄. ¶ Ad hoc eſt dicendū ꝙ quā-
do nihil eſt contrariū:nam contrarietas pꝛima eſt in
qualitatibus pꝛimis: deinde in illis que cauſantur a
qualitatibus : ſed quando cauſatur a quantitate. ꝛ
ideo quando non habet contrariū. ¶ Ad argumen
ta patet ſolutio. Nam dicis ꝙ contraria non poſſunt
eſſe ꝛc̄.Concedo. Et cū dicis ꝙ quādo de pꝛeterito
ꝛ de futuro non poſſunt ſimul eſſe ꝛc̄.dico ꝙ immo
nam lꝫ pꝛeteritum ꝛ futurū non poſſint ſimul eſſe.
Tamen quando:ꝛ quando que cauſantur a pꝛeteri-
to ꝛ futuro ſunt ſimul ideo non habēt contraria cū
ſint ſimul. ¶ Uidetur ꝙ auctoꝛ male oꝛdinet pꝛop̄e
tates.nam hēre contrariū eſt cauſa ſuſcipiendi ma-
gis ꝛ minus:ergo non habere contrarium eſt cauſa
non ſuſcipiendi magis ꝛ minus. nam ſi affirmatio
eſt ante affirmationem:ꝛ negatio debet eſſe ante ne-

gationem:ergo cū cauſa debeat precedere effectum: prius debuiſſet poſuiſſe iſtam proprietatem:nō habere contrarium:q̄ʒ non ſuſcipere magis ⁊ minus. ¶ Ad hoc reſpōdet diuerſimode. Quidam dicunt q̄ lʒ cā per nām precedat effectū:tamen in cognitiōe nr̄a.prius eſt effectus. Alij dicūt aliter:q̄ q̄uis cā p̄cedat effectū in cauſando tn̄ inferendo ꝯñtiam effectū precedit:ſicut ſi eſt cā:eſt cauſatū:ergo ſi non eſt cauſatū nō eſt cauſa:⁊ hec ꝯñtia tenet per hoc: q̄ʒ ſi ad poſitionē antecedentis ſequit̄ poſitio cōſequentis:tūc ad deſtructionem cōſequentis ſequit̄ deſtructio añtis:ideo ſic ordinat̄. ¶ Videt̄ preterea q̄ male dicat auctor:q̄ñ dicit q̄ q̄ñ eſt in oī eo q̄d incipit eſſe:ſed itelligētie ceperūt eē:ḡ in ipſis eſt q̄ñ: q̄d falſuʒ eſt. ¶ Ampli⁹ dicit auctor:q̄ in corpore vniuerſo.ſ.in celo:eſt quando:contra primū mobile.i.celū eſt cā ipſius tēporis ⁊ ſic eſt cauſa ipſi⁹ q̄ñ:ergo nō eſt in primo mobili cū effectus nō ſit in ſua cā: ut in ſubiecto. ¶ Ulterius dicit auctor:q̄ q̄ñ eſt in aīa: ⁊ non in tēpore. Cōtra dicit auctor de cauſis.q̄ aīa eſt potētia cā tpis:⁊ ſupra omne tp̄s:⁊ ſic pʒ q̄ in ipſa nō eſt quando. ¶ Dicendū ad primū:q̄ quādo nō eſt in omni eo q̄d incipit eſſe de potētia paſſiua ad actum:vñ per hoc pʒ ſolutio ad primū:q̄ intelligentie non ceperūt eſſe de potētia paſſiua:ſed ſolū de potētia actiua prime cauſe. ¶ Ad aliud dicendū q̄ celū non eſt cauſa efficiens tēporis:nec q̄ñ: ſed prim⁹ motor eſt cā efficiens.⁊ primū mobile eſt ſubiectuʒ. ¶ Ad aliud cū dicis q̄ aīa ⁊c̄. ſoluunt quidam ⁊ dicūt:q̄ anima ponit̄ pro intelligentia. Alij dicunt q̄ eſt cauſa tēporis q̄ʒ recolligit preteritū ⁊ futurum. Alij dicunt q̄ eſt cā finalis ⁊ non m̄alis: nam tēpus ⁊ omnia ſunt ꝑpter ipſam aīam. Et ſic multipliciter ſoluit̄. ¶ Sed videt̄ q̄ hec non ſit ꝓprie ꝓprietas ipſius:quando.ſ.eſſe in omni eo q̄d incepit eſſe. Nam vnitas eſt in oī eo q̄d incepit eē. ¶ Dicendū q̄ quādo eſt in oī ⁊c̄.rōne inceptionis ⁊ in nullo alio hoc inuenies:q̄re patet:q̄ eſt ꝓprie ꝓprium ipſius q̄ñ. Nam vnitas non ineſt rōne inceptionis: q̄re patet: q̄ non eſt ſimile.

Quō ſit el ligatur q̄ aia ſit cā tēporis

**Quia** Queſitū eſt ſuperius Utrum ſit tempus: modo circa nām temporis querit̄:in quo ſit tempus tanq̄ʒ in ſubiecto. Et quero utrum ſit in ſuba mota:⁊ videtur q̄ ſit. Nā omne accidens eſt in ſuba aliqua:ut in ſubiecto:⁊ non in alia niſi in motu ergo. ¶ Secūdo arguit̄ ſic.ſubſtantia eterna eſt cauſa eternitatis:ergo ſuba temporalis eſt cā temporalitatis cū ſit ſubiectum eius.

**Oppoſitū** Tamē arguit̄:q̄ ſuba nō ſit ſubiectum temporis.naʒ dicit ph̄s quarto phyſicoruʒ.q̄ tempus minimus motus eſt: ſm̄ prius ⁊ poſterius:ſed minim⁹ nō eſt in ſuba mota ut in ſubiecto:⁊ videt̄ q̄ ſic.nam tēpus trahit continuitatē ſuam a ſpatio ⁊ ſuū eſſe:⁊ ſic eſt in illo tanq̄ʒ in ſubiecto. ¶ Oppoſitū hui⁹ pʒ.naʒ ſequeret̄ q̄ ubicūq̄ʒ eſt tēpus:ibi eſſet ſpatiū q̄d eſt falſum.

**Ulterius** Querit̄ Utrum tēpus ſit in motu ut in ſubiecto:Et videt̄ q̄ non: q̄ʒ vult ph̄s quinto phyſicoꝝ.motus nō eſt motus: nec accidētis eſt accn̄s:ut ſbiectum: nec ut terminus ſed tēpus eſt accn̄s:ſed etiam motus:ergo tēpus nō eſt in motu:ut in ſbiecto. ¶ Secūdo arguit̄ ad multiplicitatē ſubiecti ſeq̄tur multiplicatio accidentis:ergo ſi tēpus eſſet in motu:ut in ſubiecto:tunc ad multiplicationē motus ſeq̄tur multiplicatio tēporis:q̄d falſuʒ ē. Nam in eodē tempore pn̄t fieri multi mot⁹. Et ſic videt̄ q̄ tēpus nō ſit in motu ut in ſubiecto.

**Oppoſitū** dicit Ariſt. q̄rto phyſicoꝝ qui dicit q̄ tempus eſt in motu. ¶ Ad hoc dicendū cū queris Utruʒ tēpus ſit in ſuba ut in ſubiecto. Dico q̄ tēpus nō eſt in ſuba:in eo q̄ ſuba: nam tūc ſequeret̄ q̄ in q̄libet ſuba eſſet tempus q̄d falſuʒ eſt. Nā in deo nō eſt tp̄s:nec in angelis:nec in aīa:que tn̄ ſunt ſube.nā tūc corrūperent q̄d falſum eſt. Et etiā ſequeret̄ q̄ omnis ſuba eēt diſibilis:q̄d eſt icōueniēs. Et ſic pʒ q̄ tp̄s nō eſt in ſuba:in eo q̄ ſuba:ſed bn̄ eſt in ſuba in eo q̄ mota.nā per motū ē tn̄ ipſa ſuba:⁊ ſic tempus eſt in ſuba: ut in ſubiecto mediato:q̄ʒ mediante motu eſt in ipſa aīa. Et p̄ hoc patet ſolutio ad primū cum dicis omne accidens eſt in ſubiecto in aliqua ſubſtantia.concedo. Et cum tu dicis tēpus eſt accidens:ergo eſt in aliq̄ ſubſtantia. certe uerū eſt:tanq̄ʒ in ſubiecto mediato q̄ʒ in motu Ad aliud per eandē viā pʒ ſolutio. ¶ Sed ulteri⁹ cū queris. Utrū ſit in ſpatio tanq̄ʒ in ſubiecto. Dico q̄ nō:q̄ʒ tūc ſequeret̄ q̄ ubicūq̄ʒ eſſet tēpus:ibi eēt ſpatiū:q̄d non eſt uerū:ſed mundus ſm̄ ph̄m nō mouetur in ſpatio:ſed in ſpatiū. ¶ Ad argumenta in oppoſitū pʒ ſolutio:cum dicis q̄ ipſuʒ tempus trahit ſuam cōtinuitatē a ſpatio:uerū ſed ex mobili mouetur in qualibet parte ſpatij ſine quiete media: ergo ⁊c̄. ¶ Ulterius cū queris ut ip̄m tempus ſit in motu ut in ſubiecto. Dico q̄ ſic tanq̄ʒ in ſubiecto mediato: q̄a mediāte motu eſt in ſubo. ¶ Ad aliud quādo dicis q̄ ad multiplicationē ſubiecti ſeq̄tur multitudo accn̄tis.concedo. Et cū dicis ulteri⁹ q̄ ad multiplicationē motus:non ſeq̄tur multiplicatio tēporis. naʒ multi motus pn̄t fieri in eodē tēpore. ¶ Ad hoc dīmo eſt vnus motus:ſicut vnū tēpus.nā Ariſt.octauo phyſicoꝝ reducit oēs motus ad vnū motū. Et ſimiliter oēs motores ad vnū motorē.

**UBi vō eſt circūſcriptio corporis a loci circūſcriptione ꝓcedēs.locus autē eſt in eo q̄d capit:⁊ circūſcribit. Eſt igit̄ in loco:q̄cquid a loco circūſcribit̄. Nō eſt aūt in eodem loc⁹ ⁊ ubi.**

**Superius** Auctor determinauit de q̄ñ: hic tēdit determinare de ubi. Et diuidit̄ in duas. Nā p̄mo determinat de ubi quātū ad ſb̄alia.2° q̄tū ad accn̄talia.2ª ibi[caret aūt.] P̄ria in duas.p̄ determinat de ubi diffinitiue.2° diuiſiue.2ª incipit ibi[ubi aūt aliud q̄dem.]prima in duas.primo diffinit.2° declarat.2ª ibi[locus eniʒ.]hec 2ª in duas. primo declarat.2° ponit correlariuʒ.2ª ibi[ nequaq̄ʒ igit̄.]⁊ hec in duas.primo cōcludit duo correlaria.2° mouet dubitationē.2ª ibi[mouet aūt quis fortaſſe.] ⁊ hec 2ª in duas.primo mouet dubitationē.2° ſoluit 2ª ibi[eligere aūt.]prima in duas.p̄mo mouet dubitationē.2° arguit cōtra.2ª ibi[cōcedētibus.]p̄ma in duas.p̄ mouet dubitationeʒ.2° declarat. 2ª ibi[uox aūt.]ſeq̄tur illa pars[eligere]in qua ſoluit ⁊ hēt duas.primo ſoluit.2° arguit cōtra ſolutionē. 2ª ibi[q̄re ⁊ uox.]⁊ hec 2ª in duas.in primo obicit. 2° ſoluit.2ª ibi[Ad hoc āt.]hec eſt diuiſio lectiōis. ¶ Ad p̄mā partē ſic procedit diffiniēs ipſuʒ ubi. Dicit q̄ ubi eſt circūſcriptio corporis ꝓcedens a loci circūſcriptione:ubi eſt circūſcriptio.i.quedā ꝯfiguratio corporis locati:⁊ ſuaꝝ partiū:⁊ hoc paſſiue:⁊ ad locum ⁊ ad partes loci:⁊ ad actionem.

**¶ Locus enim eſt in eo q̄d capit:⁊ circūſcribit. Et ubi vō in eo q̄d circumſcribit̄: ⁊ cōplectitur.**

¶ Hic declarat ultimā p̄tē diffinitionis. Et intēdit ta

le rōnem. omne id qd̄ eſt in corpore circūſcripto in quātū circūſcriptū: eſt ꝓcedens a loci circūſcriptiōe: ſed ubi eſt in corꝑe circūſcripto: ſꝫ ꝙ hi⁹. i. ſm̄ ꝙ circūſcriptū eſt. ergo uel eſt ꝓcedēs a loci circūſcriptione. In hac rōne ſic ꝓcedit. ꝓmo dat ꝓbationē minoris. 2° ponit minorē cum dicit [nō eſt aūt.] declarat ꝑ maiorē dicēs. ꝙ locus eſt in eo qd̄ circūſcribit ⁊ cōtinet locatū a loco circūſcripto: ex hoc ſequit̄ ꝙ quicqd eſt in corpore circūſcripto ſm̄ ꝙ circūſcriptū eſt: eſt ꝓcedens a loci circūſcriptione. Et hec fuit maior deīde ponit ꝯclōnē cū dicit [eſt ergo in loco.] ⁊ ſic locus ē id qd̄ ꝯtinet ⁊ circūſcribit: ⁊ ſic circūſcriptio loci eſt ut actio: illud aūt qd̄ eſt in loco cōtinet̄ ⁊ circūſcribit̄ a loco. Et ſic ubi eſt circūſcriptio uel eſt paſſio uel paſſiuū. ergo ſi paſſio procedat: ⁊ iferat̄ ex actiōe pꝫ ꝙ nō eſt circūſcriptio ꝓcedens a loci circumſcriptiōe. Conſequenter ponēdo minorē dat dr̄iam inter locū ⁊ ubi: qꝛ locus eſt in corꝑe ꝯtinēte ⁊ locāte: ⁊ ubi eſt in corpore. ſ. locato ⁊ ꝯtento.

¶ Videt̄ aūt ubi non oībus adeſſe. aīa enī nuſq̄ꝫ eſt. nullū eteniꝫ locū occupat: neqꝫ implet. aīatum nāqꝫ aliud capere pōt. nunq̄ꝫ aūt contingere palā eſt: occupatū quidē aliquo locum aliud capere cōplecti poſſe occupāte permanēte. granū etenim modio adueniēs retineri nō poſſet aere quo implebat̄ q̄ꝛeſcente: aere aūt expulſo: granū utiqꝫ recipit̄. Nequaq̄ꝫ igit̄ duo corpora in eodē eē pn̄t: nec vnū ⁊ idē in diuerſis. quāobrē nec aīa quidē localis erit: cū locū nullatenus occupet. Sil'r autē ⁊ quecūqꝫ alia a corporis ratione diſſentiunt: ⁊ loci circūſcriptione carent.

¶ Hic declarat auctor primā ꝑtē diffinitiōis. ſ. ꝙ ubi eſt circūſcriptio corporis ⁊ nō corporis tm̄ cū dicit [ꝙ videt̄ aūt non oīb⁹ adeſſe.] ⁊ iter talē rōnē. Si id qd̄ magis videt̄ ineſſe ⁊ non ineſt: nec id qd̄ mi⁹: ſed magis videt̄ ꝙ ſi ubi ineēt alij q̄ꝫ corpori: ꝙ tūc ineſſet aīe: ſed ubi nō ineſt aīe: cū aīa nō ſit in loco: imo nuſq̄ꝫ eſt: ergo ubi nō eſt in alijs a corpore. ⁊ ſtatiꝫ ꝓbat ꝙ aīa non ſit in loco: per talē rōnem. Oē illud qd̄ occupat locū: eſt in loco: ſed aīa nō occupat locū: ergo aīa nō eſt in loco. minorē ponit in l'ra cuꝫ dicit [nullū etenim.] ⁊ ſtatiꝫ ꝓbat per talē rōnē: ponēdo minorē. ſ. ꝙ aīa nō occupat locū: nullus loc⁹ pōt recipere occupās: priori occupatione ꝑmanente: ſed locus recipiēdo aīam recipit aliud occupās. ſ. corp⁹ aīatum: in quo eſt aīa: ergo aīa nō occupat locū. ꝓbat per exēpla: ꝙ locus nō recipiat aliud occupans priori occupāte remanēte. nam granū nō poſſet recipi in modio: niſi prius aer qui iplebat illum locū: remoueret̄. Ordina ſic l'ram. nāqꝫ pro qꝛ ipſe locus poteſt recipere aliud ab aīa. ſ. aīatum. i. corpus aīe recipit. aūt pro ſed: ſed nunq̄ꝫ eſt palā ꝯtinēs locū occupatū aliquo locato ſupple poſſe cōplecti aliud ſupple locatū: ⁊ hoc ꝓma occupatione ꝑmanente. Et ex hoc ꝯcludit duo correlaria. vnū ꝙ duo corpora nō pn̄t eſſe in eodē loco. 2° ꝙ nec idē corpus pōt eſſe in diuerſis locis. Ex hoc ꝯcludit ꝙ aīa nō eſt localis. cū nullum locū occupet. ⁊ ſimil'r dicit auctor ꝙ illa que differūt. i. diuidūtur a rōne corꝑis ſicut itelligētie carent circumſcriptione loci.

¶ Mouet aūt fortaſſe quis q̄ōnem idē in diuerſis ⁊ in pluribus cōcludēs. Etenim uox in auribus diuerſoꝝ eſt: uox aūt ſi non eſt aer: eē nō poterit. q̄re ⁊ aer in auribus diuerſoꝝ erit: q̄re ⁊ corpus idē in diuerſis eſt locis: uox quidem omnino vna ⁊ eadē numero in diuerſis quidem aeris partibus eſſe non pōt.

¶ Hic auctor mouet dubiū circa ꝓdicta: dictum eſt ꝙ idē corpus nō pōt eē in diuerſis locis: ex hoc mouet dubitationē. Nā eadē uox eſt in aurib⁹ diuerſoꝝ: ſequitur igit̄ ꝙ idē corpus poſſit eē in diuerſis locis. Et hoc ꝓbat ſic: nullū accn̄s idem in nūo pōt eſſe in diuerſis ſubiectis: ſed uox eſt vna ⁊ eadē in nūo: ergo cū ſit accn̄s aeris: nō poterit eſſe vna ⁊ eadē in nūo in diuerſis aeris particulis: ergo ſi eadē uox in nūo ꝑtinet ad aures diuerſoꝝ: opꝫ ꝙ idē aer ſit in aurib⁹ diuerſoꝝ. ⁊ idē corpus eſt in diuerſis locis. Nam lꝫ uox non ſit aer tn̄ nō pōt eſſe ſine aere: ita cum aer ſit corpus. Tūc idem corpus pōt eē in diu̾ſis locis.

¶ Cōcedentibus itaqꝫ nobis vnā: ⁊ eandē uocē omnino in auribus ſentiri diuerſoꝝ. utiqꝫ ⁊ cōfiteri oportet oīno vnā aeris particulam ad aures diuerſoꝝ peruenire. Simpl'r aūt vnum ⁊ idē in pluribus totū impoſſibile eſt inueniri quāobrē etiam ꝯcedere cogimur: uel diuerſuꝫ quidē in auribus diuerſoꝝ ſentiri: uel vnuꝫ ⁊ idem oīno in pluribus locis relinqui.

¶ Hic auctor ſm̄ quoſdā arguit in ꝯriuꝫ ⁊ ſm̄ alios icipit ſoluere utrūqꝫ bene dicit̄. dicit ergo ꝙ ſi ꝯcedamus: vnā ⁊ eandē uocē in auribus diuerſoꝝ eē: opꝫ ꝯfiteri vnā particulā aeris nūo ad aures diuerſorū ꝑuenire: ſed hoc eſt ipoſſibile. ſ. ꝙ vnū ⁊ idē nūo ſm̄ ſe totum: inueniat̄ in plurib⁹: quare cogimur ꝯcedere vnū de duobus: aut diuerſas eſſe uoces in auribus diuerſis: uel vnū ⁊ idē corpus eſſe in plurib⁹.

¶ Eligit̄ aūt diuerſoꝝ ſenſus eē imaginabiliter ſeſe gn̄antium. ⁊ ſimil'r: quare ⁊ uox quedam non aīalis eſt. ea eniꝫ que imaginabiliter fit: ſimiliter animalis nō eſt: qm̄ ab animali non ꝓfert̄. Ad hoc autem oēm uocem aīalis dicim⁹ eſſe. quis enim uocem audiuit ab initio in ſilentio ſimpliciter animalium.

¶ Hic ſoluit: ⁊ dicit ꝙ eliget̄ in eligendo: ſic dicēs ꝙ gn̄antur ſucceſſiue: ⁊ imaginabiliter. i. ſimilitudinarie: ⁊ diuerſe ſunt uoces in vno: que ꝑtinēt ad aures diuerſoꝝ: ita ꝙ vna uox gn̄at aliā: ſicut vides ꝙ ſi qs ꝑcutiat in aqua: generat̄ quidā circulus: ex illo circulo poſtea generat̄ alius: ⁊ ſic ulterius quantum durat virtus impellentis.

¶ Quare uox quidē animalis dr̄ quecunqꝫ ipſo ꝓferente fit. Unius igit̄ uox ad diuerſoꝝ aures dirigit̄. vna aūt ⁊ eadē nō ꝯtigens eſt.

¶ Hic obicit ꝯtra ſolutioneꝫ dictū eſt: ꝙ vna uox generat aliā i aere: q̄ dicit auctor uox que nō eſt aliqn̄ ſ. que ex alia gn̄atur. ¶ Ad hoc ſoluit auctor ⁊ dicit ꝙ oīs uox eſt aīalis: qꝛ ſi aīal tacet nunq̄ꝫ illa uox audiret̄: qꝛ nunq̄ꝫ quis audit uocē in ſilētio: vn̄ oīs uox quecūqꝫ generat̄ eſt aīalis: ⁊ eſt ita ꝙ facit ipſe dr̄iaꝫ iter vnū ⁊ vnus: ⁊ ita lꝫ uox alia gn̄ata nō ſit ad obiecta. ¶ Nota ꝙ in q̄buſdā predictis in l'ra dicit auctor: ꝙ ubi eſt circūſcriptio corporis. nā ubi cauſat̄ ex applicatione corporis locātis ad locatū: ⁊ ita corporis. ¶ Dicendū eſt ꝙ auctor bn̄ dicit corporis: vnde nota ꝙ locus pōt dupliciter cōparari ad locatū: vno mō inquātū ꝯtinet ipm̄ locatū: ⁊ ſic cōparat̄ ad illud ut menſura ad mēſuratū. Alio mō inquantū ꝑtes ipſius loci corrn̄dent partib⁹ ipſi⁹ locati: ⁊ ex tali corrn̄dentia cātur ubi. Ex hoc pꝫ ꝙ ubi eſt cōfiguratio corporis locātis ⁊ locati. ¶ Ad argumēta pꝫ ſolutio. Qn̄ dicis ꝙ cōtactus fit ſm̄ ſuperficieꝫ: tamē aliter cōparat̄ locus ad locatū ut ꝯtinens: ⁊ ſm̄ hoc

Loc⁹ ad locatū dupl'r cōparari pōt

nō ꝯtinet ſolū: ſed quantū ad oēs ptes corporis. ⁊ ita hēmus ꝙ eſt duplex applicatio loci ad locatū. i. ſm tactū: ⁊ illa eſt ſm totum corpus ⁊c.

**Queritur** Utrum aīe ⁊ itelligentie ſint in loco: Et videt̄ ꝙ ſic. nā dicit Ariſto. in primo de celo ⁊ mūdo. ꝙ ultra ultimū celuʒ nihil eſt: ergo oīa ſunt citra celū: q꞉ celū eſt locus oīum: ergo itelligentie erūt in loco. ¶ 2° arguit̄ ſic: omne qd̄ determinat ſibi locū eſt in loco: ſed aīa determinat ſibi locū: ergo eſt in loco: ⁊ intelligētie: q꞉ nō ſunt nulli bi: ergo ſunt in loco determinato: ⁊ ita pʒ ꝙ ſunt in loco. ¶ 3° arguit̄ ſic de aīa: illud quo p̄exiſtente nō pōt aliud recipi eſt in loco: ſed vna aīa exiſtēte in corpore nō pōt oīa recipi: quare videt̄ ꝙ aīa ſit in loco. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ aīa non pōt eſſe in loco: occupādo locū: nec itelligentie. nā qñ aliqd eſt in loco ꝑtes loci correſpōdent: ⁊ ſunt ꝯfigurate partibus locati: ſed aīa non hēt partes: nec etiā itelligentie: quare nō ſunt in loco: vñ aliquid eſſe in loco multis modis dicitur. vnomodo eſſe in loco occupādo locuʒ. Aliomodo eſſe in loco per ſuā pñtiaʒ: ⁊ ſic aīa eſt in loco. ¶ Ad argumēta pʒ ſolutio. Ad p̄mū cuʒ dicis ꝙ ultra celum non ſit locus: nec corpus: nec tp̄s: ſed vult dñ ꝙ ibi ſit ſedes ſpirituum ⁊ intelligentiaruʒ. ¶ Ad 2m cū dicis: ꝙ aīe ⁊ intelligentie determinant ſibi locū: uerum eſt per ſui pñtiam: ſed nō occupando. ¶ Ad 3m cum dicis: ꝙ pñte vna aīa nō pōt alia recipi. ¶ Ad hoc eſt dicendū: hoc non eſt uerum: ꝙ aīa ſit in aliquo loco occupādo ipſum. Sed q꞉ eſt perfectio corporis: ⁊ vni⁹ rei vnica eſt perfectio. ⁊ ſic nō ſunt plures perfectiones vni⁹ rei: hinc eſt ꝙ vna preſente alia recipi non poteſt.

Aliqd eē i loco mł tifariā intelligitur

**Queritur** Utrum aīa ⁊ intelligentie per ſuā preſentiā poſſint eſſe in diuerſis locis. ⁊ ꝓbo ꝙ ſic. naʒ corpus q꞉ locū occupat in diuerſis locis eſſe non pōt. ergo per oppoſitū ex quo aīa ⁊ intelligētie nō occupant locū aliquem in diuerſis locis eſſe poſſunt. ¶ Ad hoc dicendum: ꝙ nec aīa: nec aliud citra primū ens ſimul in diuerſis locis eſſe pōt. Nam ſolū virtute prime cauſe eſt eſſe ubiqʒ: aīa autem ⁊ intelligētie ſunt virtutis limitate: ita ꝙ nō pñt eſſe ſimul p̄ſentes in plurib⁹ locis. Et qñ tu dicis ꝙ corpus non pōt eſſe in pluribus locis: q꞉ locū occupat. Cōcedo. ⁊ cum tu dicis: aīa aūt cum nō occupet poterit eſſe in pluribus. Dico ꝙ non ſequit̄ nā lʒ aīa locum non occupet tñ q꞉ eſt virtutis finite: iō non pōt eſſe in diuerſis locis.

Nihil a deo tñ dicto pōt ſi mł eē in diuerſis locis

**Queritur** Utrum corpus poſſit eſſe in diuerſis locis. ⁊ probo ꝙ ſic. nam vna ⁊ eadē lancea pōt eſſe in terra ⁊ aqua ⁊ aere: ⁊ illa ſunt diuerſa loca: quare videt̄ ꝙ idem corpus poſſit eſſe in diuerſis locis. ¶ Itē querit ibi Utrum diuerſa corpora uel plura poſſint eſſe in eodem loco. Et videt̄ ꝙ ſic. nā quatuor elemēta ſunt in mixto ⁊ ſunt cū mixto in vno ⁊ eodē loco: ⁊ ſic plura corpora ſunt in loco vno. ¶ 2° ꝓbatur idē. in eodem uaſe pñt eſſe aqua ⁊ aer: ⁊ illa ſunt plura corpora. ergo. ¶ 3° arguitur: uox ⁊ aer: ſunt in eodem loco: ⁊ uox eſt corpus ⁊ aer: ut ꝓbabo. quare ⁊c. ꝙ uox ſit corpus ꝓbatur per Priſcianū in maiori uolumine: qui dicit ꝙ uox habet trinā dimēſionē. ſ. longitudinem in ꝓlatione: latitudinē in aſpiratione: ꝓfunditatē in prolongatione: ⁊ ſic plura corpora ſunt in eodem loco. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ idem corpus nō pōt eſſe in diuerſis locis: nec plura corpora in eodē loco ſimul. Et cā eſt iſta. nam vult phs quarto phyſicoꝝ. ꝙ locus hēt rationē forme. nā terminat locatū: ⁊ locatū hēt rationē materie. ⁊ iō ſicut vnius forme vna eſt mā tm̄: ⁊ vnius materie eſt tm̄ vna forma: ⁊ plures forme non pñt eſſe in eadeʒ mā: nec vna forma in pluribus materijs: ſequit̄ ꝙ ideʒ corpus nō poſſit eſſe in diuerſis locis: nec plura corpora in eodem loco. ¶ Ad argumenta pʒ ſolutio. Ad primum cuʒ dicis eadē lancea uel idem baculus pōt eſſe in terra: in aqua ⁊ in aere. Dico ꝙ uerum eſt: ⁊ oīa hec faciunt vnū locum cōtiguuʒ: lʒ nō continuum. ¶ Ad 2m cū probas ꝙ plura corpora pñt eſſe in eodem loco. Et cū dicis ꝙ quatuor elemēta ſunt in mixto. Dico ꝙ nō ſunt ibi ſub ꝓpria forma: nec ſunt ibi diuerſa corpora: ſed eſt vnū corpus cōpoſitū mixtione. ¶ Ad 3m dico ꝙ uox non eſt corpus: nec habet ꝓprie trinā dimēſionē: ſed ſimilitudinarie locutus eſt Priſcianus: quando hoc dixit.

Ubi aūt aliud quidē ſimplex eſt. aliud cōpoſitū. Simplex quidē eſt: qd̄ a ſimplici loco procedit. Compoſitū autē qd̄ cōiuncto. locus aūt ſimplex eſt origo ⁊ cōſtitutio ei⁹: qd̄ cōtinuorū eſt. locus v̄o (ut dictū eſt) quidē cōpoſit⁹ eſt qui hēt particulas copulatas ad eundē terminū: ad quem ⁊ corporis particule cōiungunt̄. Corporis v̄o partes ad punctū. loci ergo partes ſolidorum particulas claudunt. Eteniʒ loca quidē ſimplicia minimi corporis ꝑticulas: occupantia ſunt. Quare nec locus ſine corpore: nec ſoliditas ſine loco erit.

**Superius** Auctor dixit de ipſo ubi diffinitiue: hic itēdit de ipſo diuiſiue. Et diuidit̄ in duas. Nā primo diuidit. ſecūdo declarat. 2a ibi [ſimplex qdem.] Et hec in duas. primo declarat in ſe. 2° in ſua cauſa. 2a ibi [locus v̄o ut.] hec ſecunda in duas. primo declarat quid ſit ubi ſimplex: ⁊ quid ubi compoſitum. 2° ex hoc infert correlarium. 2a ibi [quare nec locus.] hec 2a in duas. primo ponit correlariū. 2° iuxta illud mouet dubium. 2a ibi [Cōtentio autem.] ⁊ hec 2a in duas. primo mouet dubiū: ⁊ arguit ad vnam partem. 2° ad aliam. 2a ibi [Cōſitētib⁹ igit̄.] Sequit̄ illa ꝑs [caret aūt.] in qua determinat de ipſo ubi quantū ad accidētalia. Et diuidit̄ in duas ſm duas ꝓprietates. 2a ibi [ineſt autē.] Prima in duas. primo dicit ꝙ ubi non ſuſcipit magis neqʒ minus. 2° probat. 2a ibi [nō enim.] illa ꝑs [ineſt autem.] diuidit̄ in duas. primo ponit ꝓprietatem. 2° obicit cōtra illā. 2a ibi [ſurſum aūt] ⁊ hec 2a in duas. primo ꝓbat per vnā rōnem: ꝙ ſurſum ⁊ deorſum nō ſunt ꝯria. 2° ꝓbat per duas rōnes: ꝙ nō ſint ꝯria. 2a ibi [contingit aūt.] hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primam ꝑtem ſic ꝓcedit diuidēs ubi. Dicit ꝙ qddam ubi eſt ſimplex. ⁊ qddam eſt cōpoſituʒ. ſimplex aūt dr̄ qd̄ procedit a loco ſimplici tanqʒ a cauſa ſua: ſed ubi cōpoſitum eſt qd̄ procedit a loco cōpoſito. ⁊ ſtatiʒ declarat quid ſit locus ſimplex. ⁊ qd cōpoſituʒ. ⁊ dicit ꝙ locus ſimplex eſt p̄ncipiū ei⁹ loci qui eſt continuoꝝ. ſ. loci cōpoſiti: ſed locus cōpoſit⁹ eſt cuius partes ad eundem terminum copulant̄ ad quē particule corporis. ⁊ hoc ꝓbat ꝙ partes corporis copulant̄ ad punctū ⁊ particule loci claudūt particulas corporis: ⁊ loca ſimplicia ſimplices corporis partes continent: ex hoc concludit duo correlaria. vnum eſt ꝙ locus non eſt ſine corpore: ⁊ reliquum eſt: ꝙ ſoliditas. i. corpus nō eſt ſine loco. Et ex illo ultimo correlario remouet dubitationem: ſed prius

qd dicit auctor eſt ualde dubiū. Cum dicit ꝙ eſt quidam locus ſimplex: ⁊ ſimiliter ubi ſimplex. Unde notandū ꝙ hoc pōt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ eſt ſimplex .i. centrū loci qui continet centrum corporis: ⁊ quodammodo centrū corporis .i. illud minimū a quo fit extenſio per corpus eſt corpus: ſimiliter centrū largo modo poteſt dici locus: ⁊ illud centrum bene dicitur uel eſt ſimplex. Et ideo ſimiliter circumſcriptio illius centri .i. corporis locati a cētro loci continentis poteſt dici ubi ſimplex: ⁊ ſic dicit auctor partes loci ⁊ ſimplicis ⁊ corporis locati copulātur ad punctū .i. ad illud centrum corporis. Alio modo dicitur ꝙ vna pars corporis poteſt dici ſimplex reſpectu totius corporis: ſimiliter locus qui continet illam partē poteſt dici ſimplex reſpectu loci qui continet totum corpus. Et ſimiliter circumſcriptio illius partis corporis poteſt dici ſimplex ubi reſpectu circumſcriptionis totius corporis. Et dicitur dupliciter.

**¶ Cōtentio aūt oritur de extremitate ſpere: nihil enim extra idē: ⁊ in eo aūt locus eſſe nō poterit (ut dictū eſt) a ſuperioribus qd ab eo qdē loco ambit. Confitentibus igit nobis ſperam eſſe localē. confiteri utiqꝫ neceſſe eſt: aliud quidē preter eā eſſe: in quo extremitatis locus exiſtat: nihil aūt preter idē eſt: q̄re extremitas quidē in loco nō eſt. De his aūt inſolutū eſt: ⁊ occultū pronunciare: ⁊ etiam contra ſenſibilia.**

¶ Hic mouet dubiū ex correlario. q̄r dictuꝫ eſt ꝙ corpus non poteſt eſſe ſine loco. Dicit auctor ꝙ dubitatio eſt de extremitate ultime ſpere: utrum ſint in loco uel non. Et videtur ꝙ non: nihil enim eſt extra illam ſperam ut habetur in pͥmo libro de celo ⁊ mūdo. q̄r extra celum nihil eſt: nec locus nec etiam tempus. ergo cum nihil ſit extra eam non poterit eſſe in loco (ut dictū eſt) a ſuperioribus .i. in principio huius capituli: ubi dictū eſt ꝙ in loco eſt illud qd a loco circumſcribit: ſed ultima ſpera non circūſcribitur a loco. ergo non eſt in loco: ⁊ hoc eſt qd dicit a ſuperioribus. ¶ Ulterius dicit auctor ꝙ ſi nos dicamus octauam ſperam ſiue ultimam eſſe in loco: neceſſe eſt ponere aliquod continens extra ipſam: ⁊ ſic eſt abire uſqꝫ in infinitum qd eſt impoſſibile: q̄r nihil eſt extra illaꝫ. relinquitur ergo ꝙ extremitas ultime ſpere non eſt in loco: hoc habito ſm quoſdaꝫ ſoluit ꝙ non decet: de his autem inſolituꝫ .i. inconſuetum ⁊ occultum .i. immanifeſtū eſt determinare: ⁊ contra ſenſibilia: q̄r non poſſumus videre ad ſenſum: quaſi dicat ego debeo minus curare de hoc cum ſit de logica ſermo nr̄: ⁊ talis queſtio excedit metas meas. Uel pōt dici ſolutio: ⁊ eſt ſenſus ꝙ talis ſpera nō ſit in loco: hoc tamen eſt occultum. Aliqui tamen dicūt aliter ſed eſſet contra ſenſibilia ſi aliter diceret: hoc tamen ultimum non poteſt haberi per litteram: ſed prius melius dicitur.

**¶ Caret autem ubi intenſione: ⁊ remiſſione.**

¶ Hic ponit proprietates ipſius ubi. Et prima ꝓprietas eſt ꝙ ubi non ſuſcipit magis nec minus. ⁊ declarat: nam vnum corpus non dicitur magis ⁊ minus in loco q̄ aliud: ſed maiorem locum occupat vnum q̄ aliud.

**¶ Non enim dicitur alterum altero magis eſſe in loco: uel minus. lꝫ tamen maiorem locum: ⁊ minorem poſſideat. non autem ſm ubi: uel quantitatē aliquam ſed ſm id qd quale eſt.**

¶ Iſta littera duobus modis: legitur. vno modo ſic: ꝙ ſuſcipe magis ⁊ minus: eſt ſolū ſm qualitatē. ergo cū ubi: ⁊ quantitas non ſint qualitates: nō ſuſcipient magis ⁊ minus: ſed ſic non bene legit: ꝙ ſoluꝫ ſm q̄litatē ſuſcipiat magis ⁊ minus: quia tunc cū actio ⁊ paſſio qualitates non ſint nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus qd tn̄ eſt falſuꝫ: ꝓpter quod dicēdū eſt aliter ꝙ ubi nec quantitas: ideſt locus nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus: ſm ſe ſed ſm quale quid: ideſt ſm naturam qualificatiuam. nam vnus locus eſt maior ⁊ ſanior q̄ alius: ſed non inquantum locus: ſed per virtutem qualificatiuam quam recipit ab influentia corporum ſupercelestium: ⁊ non ꝓpter quantitatem.

**¶ Ineſt autem ubi nihil eſſe contrarium: eo ꝙ nec loco quidem contrarietas ineſt: locus eniꝫ loco contrarius non eſt. quoniam autem nec in alijs manifeſtum eſt.**

¶ Hic ponit ſecūdā ꝓprietatē dicens: ꝙ ubi nihil eſt cōtrarium. Et hoc ꝓbat ſic: nam ubi cauſatur a loco ⁊ loco nihil eſt contrarium. ergo ipſi ubi nihil eſt cōtrarium. ꝙ autem loco nihil ſit contrarium: ⁊ alijs quantitatibus manifeſtū eſt.

**¶ Surſum autem: ⁊ deorſum eſſe contraria videntur. multum enim diſtare videtur id quod ſurſum eſt ad id quod eſt deorſum eſſe. quemadmodum ſurſum: ⁊ deorſum. quare ubi contrarietas maxime videtur circa ſurſum: ⁊ deorſum eſſe. quemadmodum: ⁊ contrarietas circa locum. Contingit autem in eodem eſſe contraria. ſurſum enim ⁊ deorſum eſſe in eodem ſunt: idem enim ſurſum ⁊ deorſum eſt: ad diuerſa quidem ſumptum. nam turris altitudo ſurſum eſt: ad nos. ſpere vō extremitati comparata inferior eſt. Amplius contrariū quoqꝫ idem ſibimet fore contingit. Si enim ſurſum eſſe: ⁊ inferius eſſe contraria ſunt. cum idem ſurſum: ⁊ deorſum ſit: contingit idem ſibimet contrarium fieri. non eſt igitur contrarietas ulla: in eo quod in loco eſt eſſe.**

¶ Hic ponit dubiuꝫ circa hanc ꝓprietatem: quia dictū eſt ꝙ ubi nihil eſt contrarium. immo videtur. nā ubi qd eſt ex loco ſurſum videtur contrariuꝫ illi ubi qd eſt ex loco deorſum. nam hoc ꝓbat per diffinitionem cōtrariorum: nam ꝯtraria ſunt que maxime a ſe diſtant: ſed ſurſum eſſe ⁊ deorſum eſſe: que ſunt differentie ipſius loci ſunt huiuſmodi: quare videt ꝙ ipſi ubi ſit aliquid contrarium. ¶ Notandū ꝙ auctor facit differentiam inter ſurſum ⁊ deorſum: ⁊ ſurſum eſſe ⁊ deorſum eſſe. nam ſurſuꝫ ⁊ deorſum ſunt differentie ipſius loci: ſed ſurſum eſſe ⁊ deorſum eſſe ſunt differentie ipſius ubi. Contra ꝓbat ꝙ ſurſum eſſe ⁊ deorſuꝫ eē non ſunt ꝯtraria ducendo ad duo impoſſibilia. Dicit ergo primo ſic: ꝙ duo cōtraria in eodem non ſunt: ſed ſurſum ⁊ deorſum ſunt in eodem. ergo non ſunt contraria. nam idem ad diuerſa cōparatū poteſt eſſe ſurſuꝫ ⁊ deorſum. Similiter ſurſum eſſe ⁊ deorſum eſſe: ut turris ſumitas comparata ad terram dicitur eſſe ſurſum: ſed cōparata ad celum dicitur eſſe deorſuꝫ. Et ſic patet ꝙ nec ſurſuꝫ eſt ⁊ deorſum ⁊ ſurſuꝫ eſſe ⁊ deorſum eſſe non ſunt cōtraria: quia tunc ſequeretur ꝙ duo cōtraria eſſent in eodem ſimul. poſtea ponit aliud impoſſibile dicens ꝙ ſi ſurſum ⁊ deorſum ſunt cōtraria ſequitur ꝙ ideꝫ ſit cōtrarium ſibipſi. nam (ut viſuꝫ eſt) ſurſuꝫ ⁊ deorſum ſunt in eodem: ut in turris ſumitate. ergo ſi ſurſum ⁊ deorſum ſunt contraria idem erit cōtrarium ſibiipſi: hoc autem eſt impoſſibile: quare patet:

Differunt ſurſum ⁊ deorſum ⁊ ſurſum eē ⁊ deorſum eſſe

ꝙ ſurſum eſſe ⁊ deoꝛſuȝ eſſe nō ſunt cōtraria. Ideo relinquitur ꝙ ubi nihil eſt contrarium: neqꝫ ualet ratio in oppoſitum. nam ſurſum ⁊ deoꝛſuȝ nō diſtant maxime a ſe diſtantia foꝛmali. Sed videtur ꝙ in argumento ſit ignorantia elenchi cum ipſe dicit: ſumitas turris eſt ſurſum per comparationem ad terram ⁊ deoꝛſum per comparationem ad celum: ergo eſt ſurſum ⁊ deoꝛſum. Uidetur ꝙ ſit hic fallacia ignorantie elenchi: ut cum dicitur hoc eſt dupluȝ ad hoc ⁊ non eſt duplum ad hoc: ergo eſt duplum ⁊ nō duplū ⁊c. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ ipſe nō facit fallaciam ignorantie elenchi in argumento. Nā ignorantia elenchi fit quādo arguit̄ negatiue: ut cū dicitur hoc eſt duplū: ⁊ non duplum ad illud: hic eſt bene ignorantia elenchi non quantum ad affirmatiuam ⁊ iaȝ bene tenet hoc eſt duplum ad hoc. ergo eſt duplū. ſed negatiue eſt falſa: non eſt duplum ad hoc. ergo non eſt duplum: non ſequitur: ergo non eſt ibi fallacia ignorantie elenchi: ſed eſt fallacia conſequentis: ſed cuȝ dicitur ſumitas turris eſt ſurſum per comparationem ad terram: ⁊ per comparationem ad celum deoꝛſum. ergo eſt ſurſum ⁊ deoꝛſum: hic utraqꝫ eſt affirmatiua ⁊ nō eſt aliqua negatiua. ⁊ ideo bene tenet ⁊ per hoc auctoꝛ non peccat.

**Queritur** Circa litteram: ⁊ videtur ꝙ male dicat auctoꝛ: quando dicit ꝙ aliquod ubi eſt ſimplex. nam ubi eſt circumſcriptio coꝛporis: ⁊ omne coꝛpus habet partes: ⁊ omne habēs partes eſt compoſitum: ⁊ qua ratione coꝛpus eſt cōpoſitum: eadem ratione eſt compoſitum ipſum ubi cuȝ ſit circumſcriptio coꝛporis. ergo primo videtur ꝙ male dicat: cum dicit ꝙ eſt coꝛpus minimum. naȝ coꝛpus eſt quantitas continua: ⁊ ſic eſt diuiſibilis: ſed minimum eſt indiuiſibile. quare videtur ꝙ coꝛpus non ſit minimum: ut ad hoc reſpondeat̄ eſt notandū primo ꝙ ſicut dictū eſt: ꝙ locus ſimplex poteſt dici dupliciter ſimiliter ipſum ubi. Unomodo dicunt quidam: ꝙ locus dicitur ſimplex: idest locus qui continet centrum coꝛporis illud inqꝫ centrum quod continet centrum coꝛporis poteſt dici locus ſimplex: quod pꝛopꝛie non eſt locus. ſed principium loci. Similiter ubi quod cauſatur a centro illius coꝛporis dicitur ubi ſimplex. Alij dicunt aliter: ꝙ nullus locus eſt ſimplex: ſed omnis locus eſt compoſitus. Sed dicitur vnus locus ſimplex per comparationem ad alium locum. Et ſimiliter nullum ubi eſt compoſitum: niſi per comparationem ad aliud. naȝ pars alterius coꝛporis poteſt dici ſimplex per reſpectum ad ubi quod eſt circumſcriptio alterius totius coꝛporis. ⁊ iſtud ultimo dictum eſt de intentione auctoris. ¶ Ad ſecundū cum dicis ꝙ nullū coꝛpus eſt minimum. Dico ꝙ illud centrum qđ poteſt dici coꝛpus: lȝ impꝛopꝛie: uel aliter dicatur ꝙ nullū coꝛpus in ſe eſt minimum: ſed bene poteſt aliquod coꝛpus dici minimum: ſicut dicit philoſophus primo phyſicorum qđ eſt dare minimam carnem. De hoc qđ dicit auctoꝛ: ꝙ partes loci copulantur ad punctum ⁊ partes coꝛporis. Intelligendum ꝙ hoc dupliciter ſimiliter exponitur. Quidam dicunt ꝙ partes loci ⁊ coꝛporis locati: aliomodo exponitur ꝙ partes coꝛporis immediate copulantur ad ſuperficieȝ ⁊ mediante ſupꝼicie ad lineam ⁊ mediante linea ad punctū. Et ſic partes coꝛporis mediate copulant̄ ad pūctū: ſimilr̄ ptes loci mediate copulant̄ ad pūctū ⁊c.

Loc⁹ ſimplex bifariā intelligitur.

**Queritur** Utrum locus poſſit eſſe ſine coꝛpoꝛe? Et videtur ꝙ ſic. nā quando aliqua ſunt diuerſa per eſſentiam vnum poteſt eſſe ſine alio: ſed locus ⁊ coꝛpus ſunt diuerſe ſpecies quantitatis ⁊ oppoſite: quare videtur ꝙ vnum poſſit eſſe ſine alio. ¶ Secundo arguitur ſic: celum eſt locus omnium: ſed celum non habet dependentiā ad iſta: immo poteſt eſſe ſine iſtis: ergo videtur ꝙ locus poſſit eſſe ſine coꝛpoꝛe. ¶ Ad hanc queſtionem dicendum ꝙ locus non pōt eē ſine coꝛpoꝛe: nec cōuerſo. Nam locus habet ſe per modū continentis ⁊ terminantis ⁊ habet modum foꝛme. ⁊ locatum habet moduȝ materie. nā continetur ⁊ determinatur a loco: ſicut materia a foꝛma. ⁊ ſic nunqꝫ eſt locus ſine coꝛpoꝛe. ¶ Ad argumenta. Ad pꝛimum cum dicis: ꝙ quando aliqua duo ſunt diuerſa tunc vnum poteſt eſſe ſine alio. Ad hoc patet per iam dicta. ¶ Ad ſecunduȝ cū dicis ꝙ celum eſt locus omnium. nam ſm̄ philoſophū: ſuperficies aque eſt locus terre: ⁊ ſuperficies aeris eſt locus aque: ⁊ ſuperficies ignis eſt locus aeris: ſuperficies igitur celi eſt locus omnium. Concedo. ⁊ cum tu dicis ꝙ celum non habet dependentiam ad illam. Dico ꝙ celum inquantum celum non habet dependentiam: ſed inquantum continens: bene habet depēdentiam. Et nota ꝙ auctoꝛ non ponit pꝛopꝛie pꝛopꝛium ipſius ubi. Nam ſicut pꝛopꝛie pꝛopꝛium ipſius quando eſt ex adiacentia temporis ad rem temporalem: ita pꝛopꝛie pꝛopꝛium ipſius ubi: eſt ex adiacentia loci ad locatum. Et ideo quia ſtatim poſuerat pꝛopꝛium ipſius quando: non curauit ponere pꝛopꝛie pꝛopꝛiuȝ ipſius ubi ſ. ꝙ ſit pꝛopꝛie pꝛopꝛium eius. certe poteſt dici: quia pꝛopꝛie pꝛopꝛium ipſius ubi eſt per moduȝ locantis ⁊ inclinantis continens ad contentuȝ: ſic patet q̄re non poſuit.

An ſit ꝙ loc⁹ eē ñ poſſit abſꝗ coꝛpe

**Queritur** Circa pꝛopꝛietatem ipſius ubi. Auctoꝛ dicit: ꝙ ubi non ſuſcipit magis ⁊ minus. Quod non videtur. nam ubi compoſitum eſt magis ubi qꝫ ubi ſimplex. ergo ubi ſuſcipit magis ⁊ minus. Itē coꝛpus eſt magis in loco qꝫ anima: ⁊ ubi nihil aliud eſt qꝫ eſſe in loco. ergo ſuſcipit magis ⁊ minus. Item videtur ꝙ ubi habeat contrarium. Nam omnis motus eſt a contrario in contrarium: ⁊ motus fit de loco in locum: ergo loco eſt aliquid contrarium: ⁊ ita ipſi ubi erit aliquid cōtrarium. Preterea leuitas eſt cā ſurſum eſſe: ⁊ grauitas eſt cauſa eſſe deoꝛſum: ſed leuitas ⁊ grauitas ſunt contraria. ergo ſurſum eſſe ⁊ deoꝛſum eſſe ſunt contraria. ergo ubi eſt aliquid contrarium. Dicendū ꝙ ubi nō ſuſcipit magis nec minus: nec ubi eſt aliquid contrarium. Nam non habere contrarium eſt cauſa non ſuſcipiendi magis ⁊ minus: ⁊ ubi non habet contrarium. ergo non ſuſcipit magis ⁊ minus. Quod autem ubi non habeat contrarium patet. nā cauſatur ex applicatione loci ad locatum: ⁊ quia nec coꝛpus nec locus habet contrariuȝ. ideo ipſi ubi nihil eſt contrariū. ⁊ ideo etiā non ſuſcipiet magis ⁊ min⁹. Sed nota ꝙ locus vnomodo habet naturaȝ quantitatiuam ⁊ ſic non habet cōtrariū: ſed aliomodo poteſt habere virtutē qualificatiuā quam recipit ab influentia coꝛpoꝝ ſupercelestiū. ⁊ ſm̄ hanc virtutē qualificatiuā poteſt locus ſuſcipere magis ⁊ minus. ⁊ etiaȝ habere contrariū. ¶ Ad argumenta patet ſolutio. Ad pꝛimum cum dicis ꝙ ubi compoſitum eſt magis ubi qꝫ ubi ſimplex. Dico ꝙ uerum eſt extenſiue non aūt intenſiue. ¶ Ad ſecunduȝ cū dicis ꝙ coꝛpus eſt magis in loco qꝫ anima. Dico ꝙ falſa eſt iſta comparatio. Nam tunc ſequeretur ꝙ anima

Nō hēre ꝯriū ē cā nō ſuſcipiendi magis ⁊ min⁹

eſſet in loco. nam comparatiuus ponit directe ſuum oppoſitū. anima autem non eſt per ſe in loco ſm ꝙ dictum eſt ſuperius. ¶ Ad aliud quādo probas ꝙ habeat contrarium. Dico ꝙ uerum eſt quantum ad naturam qualificatiuā: ſed non quantum ad naturam quātitatiuam ⁊c.

**Poſitio eſt quidam ſitus partium: ⁊ generationis ordinatio.**

**Superius** Auctor dixit de quatuor principijs: ſcilicet de actione: paſſione: quādo: ⁊ ubi. Hic intendit determinare de alio principio. ſ. de poſitione. Et diuiditur in duas. Primo determinat de poſitione quantum ad ſubſtantialia. Secundo quantū ad accidentalia. Secunda ibi [Suſcipere autem.] Prima in duas. Primo diffinit poſitionem. Secūdo declarat. Secūda ibi [Scdm̄ quam.] Hec ſecūda in duas. Primo declarat. Secūdo mouet dubitationē. Secunda ibi [Solet autem.] Prima in duas. ſ. in pñcipalem ⁊ dubij remotiuam. Secūda ibi [Sedere autē.] Sequitur illa pars [Solet autem.] ⁊ diuidit in duas. Primo ponit dubitationem ⁊ rationem dubitationis. Secūdo ſoluit. Secunda ibi [Non ſunt aūt.] Prima poteſt diuidi in duas: ſm ꝙ primo mouet dubitationem. Secūdo ponit rationem dubitationis. ſecunda ibi [Propriū aūt.] Sequitur illa pars [Suſcipere.] in qua determinat de poſitione quantū ad accidentalia. Et habet duas. Primo ponit proprietates cōmunes. Secūdo ponit proprietatem vnam ꝓprie ꝓpriam. ſecunda ibi [Magis autem.] Prima in duas: ſm ꝙ ponit duas ꝓprietates cōmunes. ſecunda ibi [Proprium autem poſitionis.] Prima in duas. nam primo ponit iſtam ꝓprietatem: ꝙ poſitioni nihil eſt contrarium: ⁊ ponit rationem per quā videt̄ habere contrarium. ſecūdo arguit in oppoſitum ducendo ad impoſſibile. ſecūdo hoc idem arguit oſtenſiue. ſecūda ibi [Amplius autē.] Prima in duas. Primo ducit ad hoc impoſſibile ꝙ contraria erūt vnum Secūdo ſoluit obiectionem. ſecūda ibi [Fortaſſis autem.] Et hec in duas. Primo ꝓbat ꝙ non eſt impoſſibile duo vni eſſe contraria. Secūdo ſoluit. ſecūda ibi [Non eſt autem.] Sequitur illa pars [Magis autē.] ⁊ diuidit̄ in duas. Primo ponit ꝓprietatem proprie propriam. Secundo oſtendit illam eſſe propriam. ſecunda ibi [Poſitio autem nihil aliud eſt.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primam partem ſic ꝓcedit: diffinit poſitionem dicens. poſitio eſt quidā ſitus partium ⁊ ordo partium: ſiue ordinatio: generationis. i. rei generate. Unde duplex eſt poſitio ſm ꝙ dicit auctor inferius. eſt enim quedam poſitio naturalis que
Pō duplex. dicit̄ ordinatio partium in toto. Nam a natura eſt ꝙ homo habeat caput ⁊ pedes ⁊ cetera membra ſic diſpoſita ⁊ ordinata: ⁊ iſtam poſitionem tangit cum dicit [ordinatio generationis.] Et eſt alia poſitio a conſueto motu nature: ⁊ huiuſmodi talia a conſuetudine habet ut ſedeat: ⁊ talis eſt ordinatio partium in loco: ⁊ illam tangit cum dicit quedam ſitus partium ⁊ ordinatio partium in loco: que ordinatio partium in loco eſt poſitio: prout poſitio eſt predicamentum: lʒ quidam dicant ꝙ ordinatio partium in loco ſit quātitas.

**¶ Secūdum quam dicunt̄ ſtantia uel ſedentia ⁊ lenia uel aſpera: uel quomodolibet aliter diſpoſita.**

¶ Hic declarat diffinitionem. Dicit Auctor ſm poſitionem quandam ſedentia dicuntur: id eſt ſm ſeſſionē: que dicitur primomodo: ⁊ ſm ſtationem ſimiliter dicuntur ſtantia. Et hec eſt declaratio primi mēbri diffinitionis: ſcilicet quidam ſitus partium: nam ſeſſio ⁊ ſtatio a conſueto motu nature ſunt: ſed ſtatim declarat aliud membrum: ſcilicet generationis ordinatio: cum dicit [leuia.] ſm poſitionem que eſt leuitas: aliqua corpora leuia dicuntur: ⁊ iſte tales poſitionē lenitatis habentes ⁊ aſperitatis ſunt ab ordinatione rei generate: ⁊ ſic talis poſitio eſt a natura: ⁊ ideo talis poſitio dicitur naturalis.

**¶ Sedere autem aut iacere poſitiones nō ſunt: ſed denominatiue dicuntur ab his.**

¶ Remouet dubium dicens. Crederet aliquis ꝙ ſedere: iacere: eſſent poſitiones: hoc remouet dicēs ꝙ nō ſunt poſitiones: ſed denominatiue dicuntur a poſitionibus iſtis a ſeſſione ⁊ iacione: ⁊ ſic de conſimilibus.

**¶ Solet autem queſtio induci de curuo: ⁊ recto ⁊ aſpero: ⁊ leni: quadrāgulo: ⁊ triāgulo: bicubito: ⁊ tricubito: magno ⁊ paruo: breui ⁊ longo: ⁊ ſimilibus. quandam enim partium poſitionem ſignificare videntur. Aſperum enī dicitur cuius partium altera alteri ſupereminet. lene vō cuius particule equaliter porrecte ſunt ſimiliter autem ⁊ de reliquis.**

¶ Hic auctor mouet dubitationem: ⁊ dicit ꝙ dubitatio eſt de iſtis: ſcilicet de recto ⁊ curuo: aſpero ⁊ leni: ⁊ de triangulo ⁊ quadrangulo: ⁊ ſic de ſimilib⁹ utrū ſint poſitiones uel non: Et probat ꝙ videntur eē poſitiones: quia ſignificant quandam ordinationē partium: ut videtur: ⁊ hoc oſtendit per diffinitiones iſtorum: ut aſperi ⁊ lenis. Et primo ponit diffinitionem Aſpū qd ⁊ qd lene
aſperi. Secundo ipſius lenis. Dicit enim ꝙ aſperum eſt cuius vna partium ſupereminet alteri. Lene autē eſt cuius partes equaliter ſunt porrecte: id eſt equaliter iacent: ⁊ ſic de alijs poteſt videri per diffinitiones Rectum enim eſt cuius medium non exit ab extremis: ſed curuum eſt cuius medium exit ab extremis ⁊ ſic de alijs. Ex hoc poteſt accipi tale argumentum: quecūqꝫ habent partes diſpoſitas cum partibus: illa habent ſitum: ſed aſperum ⁊ lene ⁊ ſic de alijs habent partes diſpoſitas cum partibus: ergo habent ſitum partium.

**¶ Non ſunt autem poſitiones ea que dicta ſunt omnia: ſed qualia circa ſitum exiſtentia. eo nāqꝫ ꝙ partes ſic diſpoſite ſunt: ex eo talia ſenſibus iudicantur: non autem ex eo ꝙ talia. ſ. aſpera uel lenia: uel bicubita ul' tricubita ſint. Similiter autem ⁊ de alijs que huiuſmodi partium habent diſpoſitionem. Erit igitur vnumquodqꝫ premiſſorum nō poſitio: ſed q̄le quod circa poſitionem naſcitur.**

¶ Hic auctor ſoluit: ⁊ dicit ꝙ iſta ſupradicta non ſunt poſitiones ſed qualitates. Et ſtatim probat hoc ꝙ ſint qualitates tali argumento. Quecūqꝫ ſe obiciunt ſenſibus qualitates ſunt ⁊ in tertia ſpecie: ſed aſperū ⁊ lene ſunt obiecta ſenſibus ſcilicet tactus: ergo ſunt in genere qualitatis. Et inde concludit ꝙ iſta ſupradicta erunt qualitates in prima ſpecie: ⁊ ꝙ non ſint poſitiones.

**¶ Suſcipere autem videtur ſitus contrarietatē: nam ſedere ad id quod eſt ſtare contrarium eſſe videtur. Contraria enim ſunt que eodem in diuiduo eodemqꝫ tēpore impoſſibile eſt ſimul**

reperiri: viciſſim tamen poſſibilia ieſſe. Sedēs enim ilico poteſt ſtare: ⁊ ſtās ſedere. quocūqʒ autem ſedente impoſſibile eſt eum ſtare.

¶ Hic auctor determinat de poſitione quātum ad ꝓprietatem dicēs. poſitio videt̄ habere cōtrarietatem Et hoc ꝓbat per diffinitionē cōtrarioꝝ dicens: ꝙ cōtraria ſunt que impoſſibile eſt repire in eodē indiuiduo. i. in eodē ſubiecto particulari in numero ſimul: ſed ſucceſſiue poſſibilia ſunt. i. cōtraria poſſunt ineſſe ſucceſſiue: ſed ſedere ⁊ ſtare ſunt huiuſmodi. ⁊ ſtatim ꝓbat hoc dicēs: ꝙ ſedere ilico pōt ſtare. ⁊ ſic patet ꝙ eſt poſſibile iſtud in eodē viciſſim recipe: non autem ſimul: qꝛ impoſſibile eſt ſimul ſtare ⁊ ſedere.

¶ Ponentibus autem nobis hec cōtraria eē inconuenientia recipere cogimur: eo ꝙ vnum cōtrarium ſit plurium. Secūdum enim collectionis cōtinentiam: non magis ſedere ad id quod ſtare eſt contrariuʒ eſt: q̄ʒ ad accūbere. Similiter autem ⁊ quēadmodum ſedere ⁊ ſtare nunq̄ʒ in eodem ſimul reperiunt̄: ita nec ſedere ⁊ accūbere ⁊ ſtare. ſm̄ igit̄ huiuſmodi diſpoſitiones ſitui nulla cōtrarietas inerit.

¶ Hic auctor arguit ducēdo ad impoſſibile dicēs ꝙ ſi nos ponamus hoc. ſ. ꝙ ſedere ⁊ ſtare ſunt cōtraria: nos cogimur recipe incōueniētia. ſ. ꝙ ſequat̄ hoc incōueniēs ꝙ vnum eſt cōtrariū plurium. Nam ſi ſedere ⁊ ſtare ſint cōtraria oſtēdit dicēs ſic. Stare non eſt magis cōtrarium ei quod eſt ſedere q̄ʒ ei qd̄ eſt accūbere ſm̄ cōtingētiam collationis. i. ſm̄ cōueniētiā noſtre diffinitionis. i. ſm̄ diffinitionē datam ſupius de cōtrarijs: q̄re ſtare q̄liter eſt cōtrarium ei qd̄ eſt ſedere ⁊ ei qd̄ eſt accūbere per diffinitionē cōtrariorū: qa ſicut ſedere ⁊ ſtare nunq̄ʒ ſimul repiunt̄ in eodeʒ ſed viciſſim: ergo ſm̄ diffōnem preaſſignatā: ſi ſedere eſt cōtrarium ei qd̄ eſt ſtare ⁊ accūbere: ⁊ etiam erit contrarium ei qd̄ eſt ſtare: ⁊ ſic duo vni erūt cōtraria: ⁊ ſic huius diſpōnis ſitui non ſunt cōtrarie uel nō eſt cōtrarium ſi vnū vni cōtrariat̄: quod uerum eſt. ¶ Et nota ꝙ tm̄ vnum vni eſt cōtrarium: ⁊ vnum nō pōt pluribus cōtrariari. Ratio eſt: qꝛ cōtraria ſunt que maxime a ſe diſtāt: ⁊ maxime dicit̄ per ſupabūdantiam. Et ut dicit Ariſt. 7° topicoꝝ. qd̄ per ſupabūdantiam dicit̄ vni ſoli cōuenit. Cum igit̄ maxime dicat ſuperabūdantiam: ergo opʒ ꝙ cōueniat vni ſoli: ⁊ ſic oportet ꝙ tm̄ vnum vni cōtrariet̄ uel opponat̄ ⁊ nō pluribus. Et nota ꝙ auctor dicit ꝙ non habeat contrarium: per hoc ꝙ ſtare ⁊ ſedere nō ſunt cōtraria: ⁊ non ꝙ ipſe intelligat ꝙ ſtare ⁊ ſedere ſint poſitiones ſed per iſta que ſunt magis nota denoīatiue dicta a poſitionibus dat intelligere poſitiones. ſ. ſeſſioneʒ ⁊ ſtationem: ⁊ iſte ſunt poſitiones. Sedere autem ⁊ accumbere non.

Rō cur vni vnū tm̄ ɔriet.

¶ Fortaſſis autem nec inſolitum videbit̄ vnum pluribus eſſe cōtrarium. Pallor enim ad albū ⁊ nigrum contrarium videtur eſſe. nam ſub eodem genere cum ſint: nunq̄ʒ in eodem inueniuntur: ⁊ viciſſim trāſmutant̄. Relinquit̄ igit̄ vnum pluribus eſſe contrarium.

¶ Hic auctor circa ſolutionē mouet dubitationem dicens: ꝙ forte non videt̄ inſolitū. i. non videbit̄ cōtra cōſuetudinem vnū eſſe cōtrarium pluribus: qꝛ pallor eſt cōtrarium albo ⁊ nigro: ⁊ alium tamē dicim⁹ colorē. naʒ ſub eodē genere ponunt̄ pallor ⁊ albedo. ⁊ nunq̄ʒ in eodē ſubiecto ſunt ſimul: ſed viciſſim poſſunt eſſe: q̄re vident̄ eſſe contraria.

¶ Non autem eſt pallidum ad album uel nigrum cōtrarium: etenim cum utroqʒ in eodē eſt: pallor enim ⁊ colores reliqui ex albo ⁊ nigro conficiunt̄. Neceſſarium ergo in quocūqʒ pallidū eſt: in omni eo eſſe album ⁊ nigrum: ſimilr̄ autem ⁊ de ceteris coloribus.

¶ Hic ſoluit obiectionem dicēs ꝙ pallidū nō eſt contrariū albo ⁊ nigro: qꝛ pallidū eſt in utroqʒ. Nā in ipſo eodē pallido ſunt albū ⁊ nigrū: qꝛ colores medij efficiunt̄ ex extremis ſicut medij ſapores: ⁊ ſic in pallido ſunt album ⁊ nigrum: ſimilr̄ in alijs colorib⁹ medijs ut in rubro.

¶ Amplius autem contrariorum quideʒ ratio eſt: circa idem natura exiſtere: ſedere autē ⁊ iacere non ſunt circa idem natura: ſed ſeiuncta. Eſt enim ſedere circa rōnalia ꝓprie. Jacere autem ⁊ accumbere circa diuerſa. huius autem ſignum eſt equi: ⁊ bouis ſimilitudo. quibus ſine dubio accubitus probatur eſſe.

¶ Hic ꝓbat oſtēſiue illud qd̄ ꝓbauit ducēdo ad impoſſibile. ſ. ꝙ ſedere ⁊ ſtare nō ſunt cōtraria. ⁊ hoc ꝓbat tali rōne. Cōtraria nata ſunt fieri circa idem natura: ſed ſedere ⁊ accūbere non ſunt apta nata fieri circa idē natura: ergo nō ſunt cōtraria. Qd̄ aūt ſedere ⁊ accūbere nō ſunt circa idem natura: patet. Nam ſedere habet eſſe circa rōnabilia. i. circa hoīes: ſed accūbere ⁊ iacere fiūt circa irrōnabilia: ut circa equos ul' boues: ⁊ ſic ſequit̄ ꝙ ſedere ⁊ ſtare ⁊ accumbere contraria non ſunt.

¶ Proprium autem poſitionis eſt neqʒ magis neqʒ minus dici. Sedere nāqʒ non magis eſt poſitio q̄ʒ accūbere: nec minus: nec ſedens magis nec minus alteruʒ altero dicitur: neqʒ accūbens: neqʒ vniuerſaliter ſm̄ aliquā aliā pōnē.

¶ Hic ponit aliam ꝓprietatē ipſius poſitionis dicēs: ꝙ poſitio non ſuſcipit magis ⁊ minus. ⁊ hoc declarat per exēpla. ꝙ enim ſedere ⁊ accūbere non dicitur vnum iſtoꝝ magis nec minus poſitiuo q̄ʒ aliud: ibi ponit̄ cōcretum pro abſtracto. i. ſeſſio non dicit̄ magis poſitio q̄ʒ accubitus: nec vna ſeſſio magis nec minus q̄ʒ alia: ⁊ ſic ſimiliter eſt in omni poſitione alia.

¶ Magis autem videtur proprium poſitionis eſſe ſubſtantie aſſiſtere. omnibus quidem alijs formis ſuppoſitis. Poſitio autem nihil aliō eſt q̄ʒ naturalis ipſius ſubſtantie ordinatio: que a principio quidem innata eſt: ut ea que aſperis: ⁊ lenibus: equalibus: ⁊ inequalibus ineſt: uel a nature quidem motu conſueto: ut ſeſſio: ⁊ accubitus: ⁊ ſimilia. quicquid igitur e proximo eſt ſubſtantie aſſiſtens: id neceſſario poſitio eſt ⁊ omnis quidem poſitio huius rationis ſuſcipit predicationem.

¶ Hic ponit auctor ꝓprietatē ꝓpriam ipſius poſitionis. Et dicit ꝙ ꝓprium eſt poſitioni cōſiſtere proprie ſubſtātie [oībus quidem alijs formis ſuppoſitis.] hic determinat de ſuppoſitis: poſtea declarat. Et primo de poſitione que eſt a natura. Secūdo de poſitione que eſt a conſueto motu nature. Dicit ergo ꝙ poſitio nihil aliud eſt q̄ʒ nālis ſubſtātie ordinatio: ⁊ ſic ꝓxime inheret ſubſtātie ordinatio. dico innata a naturali principio: ut poteſt videri in aſperis ⁊ lenibus ⁊ equalibus ⁊ inequalibus. Similiter que eſt a conſueto motu nature: ut accubitus: ſeſſio: ſtatio: ⁊ ſimilia. Poſtea concludit illud proprium dicens: ꝙ quicquid inheret ꝓprie ſubē eſt poſitio: ⁊ ita ꝓpē ꝓpriū eſt

Et cõuertit ut poſitio oīs ea ſit que ꝓximo ſubſtantie aſſiſtit.

**Queritur** Utrū poſitio ſit ꝑdicamētū? Et videt̄ ꝙ non. nam poſitio nihil aliud eſt ꝗ̄ ordinatio ꝑtium: ⁊ illa nō eſt aliud niſi ꝗdā reſpectus: ⁊ ſic poſitio debet poni in ꝑdicamēto relationis: ergo nō eſt ꝑdicamētum. ¶ Secūdo arguitur poſitio eſt quedā differētia quātitatis: nam quedam quātitates habēt poſitionē: ⁊ quedā nō: ut vult ph̄s in ꝑdicamētis. ⁊ ſic cum poſitio ſit quedā differentia quātitatis non eſt per ſe predicatū: ergo poſitio non eſt predicamentum.

**Oppoſitum** patet per ph̄m in ꝑdicamētis qui ponit poſitionē eſſe ꝑdicamētū. Et hoc eſt uerū: ſed nō ꝙ in q̄libet ſub̄a corporea eſt repire ꝑmo ꝑtes: poſtea ordinationē partium ⁊ poſtea illud q̄ð cauſat̄ ex illis ꝑtibus ordinatis: ille ꝑtes ſub̄e ſunt ſub̄e: ſed illa ordinatio ꝑtium ut dicūt ꝗdā: eſt relatio. illud aūt q̄ð cauſat̄ ex ordinatiōe: eſt quātitas: ſed dicta ex his eſt ꝑdicamētū quod ē uel dicit̄ poſitio. Tūc dicendū ⁊ melius ꝙ ordinatio ſecūdomō ſumpta eſt poſitio ꝓut eſt ꝑdicamētum: ⁊ illud q̄ð inde cauſat̄ poſtea eſt quātitas ⁊ diſpoſitio: modo ſumpta eſt q̄litas: ⁊ ſic poſitio illa eſt cauſa q̄litatis ⁊ quātitatis. Et hoc dixit auctor ſup̄ꝰ ꝙ quātitatē ⁊ q̄litatē ꝑtium nō efficit: ⁊ ſic illa ordinatio eſt poſitio ꝓut eſt ꝑdicamētū: ⁊ ſm̄ ꝙ aliquē reſpectum ſupaddit pōt dici relatio. Et hoc ſm̄ dici nō aūt ſm̄ eē: ⁊ ſic patet ſolutio ad obiecta. ¶ Ad ꝑmū cū dicis ꝙ illa ordinatio eſt relatio. Dico ꝙ illa ordinatio nō eſt relatio ſm̄ ſui eēntiā: ſed ſolum quātū ad aliquez̄ reſpectū ſupadditū. ¶ Ad ſcōm dico ꝙ poſitio alio modo eſt ꝑdicamētū: ⁊ aliomō eſt differētia quātitatis: nam ꝓut eſt dr̄ia quātitatis nihil aliud eſt ꝗ̄ quedam aſſignatio ꝑtium ꝓut pn̄t aſſignari ꝑtes ubi poſite ſint: ſed ꝓut eſt ꝑdicamētū eſt quedaz ordinatio ꝑtiū. ¶ Dicit auctor ꝙ aſperū ⁊ lene ſunt poſitiones ⁊ poſtea dicit ꝙ nō. quare ꝯ̄dicit ſibiipſi. ¶ Itē dicit auctor hic ꝙ aſperū ⁊ lene ſunt q̄litates: ſed ꝯ̄riuz dicit Ariſt. in libro ꝑdicamētoꝝ cap̄ de q̄litate. ubi dicit: ꝙ aſperū ⁊ lene nō ſunt q̄litates: ſed pōnes. ¶ Itez ꝙ aſperū ⁊ lene ⁊ triāgulus ſunt q̄titates: immo dicit ꝙ q̄drāgulus ⁊ triāgulus ſunt q̄litates: q̄ꝛ ſunt ſpēs figure. ¶ Ad hoc dicēduz ꝙ aſperū ⁊ lene: q̄drāgulus ⁊ triāgulus vnomō ſunt poſitiones: aliomō quātitates: ⁊ aliomō ſunt qualitates. nā duratio uel ſpatiū inipſis īcluſum. q̄litas eſt ſed diſtātia ꝑtium eſt quātitas. ordinatio aūt eſt poſitio: ⁊ ſic diuerſis reſpectibꝰ pn̄t dici q̄litates ⁊t poſitiones. ¶ Itē auctor dicit ꝙ incōueniēs eſt dicē vnū pluribus eē ꝯ̄riū. Uidet̄ ꝙ nō ſit incōueniēs. Nā liberalitas hēt duo ꝯ̄ria. ſ. ꝓdigalitatē: ⁊ auaritiā. ¶ Itē dicit Ariſt. 6° topicoꝝ. ꝙ amicis bn̄facere multa hēt ꝯ̄ria. ſ. inimicis bn̄facere ⁊ amicis bn̄facere. ⁊ ſic videtur ꝙ nō ſit incōueniēs vnū pluribꝰ eē ꝯ̄riuz. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ tm̄ vnū vni opponit̄: ut dicit Ariſt. in libro pierimenias. ⁊ rō iam eſt viſa q̄re vnū pluribus nō eſt ꝯ̄rium. ¶ Ad argumēta dicēdū. Ad ꝑmuz dicit̄ vnomō ꝙ ꝓdigalitas ⁊ auaritia nō opponuntur liberalitati ꝓut ſunt duo: ſed inquātuz ꝓdigalitas ⁊ auaritia utrūqꝫ eſt vitiū: ⁊ liberalitas eſt v̄tꝰ. ¶ Alia eſt melioꝛ ſolutio. vn̄ liberalitas eſt de gn̄e boni: ꝓdigalitas ⁊ auaritia ſunt de gn̄e mali: ⁊ ſic nō ꝯtrariātur ut duo: ſed ut vnū. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ contrarietas eſt in ipſis cōplexis: aliq̄n gr̄a ſubiecti: aliquādo gr̄a ꝑdicati: vn̄ alia ꝯ̄trarietas nō eſt ſm̄ idē. Aliter poſuit ꝗdā ꝙ hoc. ſ. tm̄ vnū vni eſt ꝯ̄rium. ſolum modo uerū eſt in ꝯ̄trarijs nālibus: ⁊ non in ꝯ̄trarijs moris cuiuſmodi ſunt predicta ⁊c̄.

**Queritur** Utrū poſitio hēat ꝯ̄rium? Et videt̄ ꝙ ſic. nam ſedere eſt cuz depſſione ꝑtiū. ⁊ ſtare cum eleuatione partiū: ſed depſſio ⁊ eleuatio ſunt ꝯ̄ria: ergo ſil̄r ſtare ⁊ ſedere ſunt ꝯ̄traria. ¶ Secūdo arguit̄ ſic. Oīs motꝰ eſt a cōtrario in contrariū. ſed motus ſit a ſeſſione in ſtationē: ergo poſitio habet ꝯ̄trariū. Dicēdū eſt ꝙ poſitio nō habet cōtrariū. Rō eſt: q̄ꝛ ꝯ̄trarietas eſt a forma: ⁊ ideo ſolum q̄litati ⁊ illis que a q̄litate cauſant̄. ſ. poſitioni ⁊ actioni ineſt ꝯ̄rietas: poſitio aūt nō eſt q̄litas nec cauſat̄ a q̄litate: ergo poſitioni nihil eſt ꝯ̄trariuz. ¶ Ad argumēta patet ſolutio. Ad primū dicit̄: lꝫ iſti actus eleuatio ⁊ depſſio ſint ꝯ̄traria: tn̄ accidētium iſtoꝝ termini nō ſunt ꝯ̄trarij. ſ. ſedēs ⁊ ſtās. Uel pōt ſic dici: lꝫ iſta ſint ꝯ̄ria: hoc nō eſt ſm̄ poſitionē: ſed ſm̄ aliquaz formam. ¶ Ad ſcōm cum dicis: oīs motus ⁊c̄. Dicēdū ꝙ motus hic accipit̄ large. ſ. pro q̄cūqꝫ oppōne ut dictum fuit: ⁊ ſic iſta: ſedēs ⁊ ſtās ſunt diuerſa illo modo: ⁊ ideo in eis pōt eſſe motus. ¶ Itē auctor dicit: ꝙ poſitio nō ſuſcipit magis ⁊ minus. Cōtra: aſperū ⁊ lene ſunt poſitiones ⁊ ſuſcipiūt magis ⁊ minus: q̄re ⁊c̄. Nam aliq̄d pōt dici magis aſperuz ꝗ̄ aliud: ergo ſuſcipiūt magis ⁊ minus: ut videt̄. Dicēdū ꝙ poſitio nō ſuſcipit magis ⁊ minus: q̄ꝛ nō hēt ꝯ̄trariū. Et q̄n tu obicis de aſpero. Dicēdū ꝙ aſperū ſꝫ ꝙ eſt poſitio dicit ordinationē ꝑtiū in toto: ⁊ in vno nō ē magis ordinatio ꝗ̄ in alio: ⁊ ideo non ſuſcipit magis ⁊ minus ut eſt poſitio: ⁊ cauſa eſt dicta. ¶ Dicit auctor in l̄ra ꝙ ꝓpriū eſt poſitionis ꝓxime inherere ſub̄e: videt̄ ꝙ male dicat. nam quātitas ꝓxime inheret ſub̄e ⁊ magis ꝓxime ꝗ̄ aliq̄d accidēs. nam ꝗ̄cito eſt ſub̄a tam cito eſt quāta. ¶ Preterea dicit auctor ſupꝰ ꝙ actio ⁊ paſſio ſunt cauſe poſitionis: ⁊ oīs cauſa ꝑcedit ſuū effectū: ergo actio ⁊ paſſio īmediatius īherēt ſub̄e ꝗ̄ poſitio. Dicēdū ꝙ ꝓpriū eſt pōni ꝓxime inherere ſub̄e ꝗ̄ aliq̄d ꝑncipioꝝ hic determinatorum. per hoc remouet̄ ꝑma obiectio de quātitate. nam intelligit ꝙ poſitio īmediatius inheret ſub̄e ꝗ̄ aliq̄d de hoc determinatū. ¶ Ad aliud cū dicis: ꝙ actio ⁊ paſſio ſunt cauſa pōnis ⁊ cauſa ⁊c̄. Cōcedo. ergo actio ⁊ paſſio ꝑcedūt poſitionē. Dico ꝙ uerū eſt in alia ſub̄a ꝑꝰ eſt actio ⁊ paſſio ꝗ̄ poſitio: ſed in eadē ſub̄a ꝑoꝛ eſt illa ordinatio que eſt pō ꝗ̄ actio ⁊ paſſio. ¶ Sed videt̄ ꝙ ſtatio ⁊ ſeſſio nō ſint in ꝑdicamēto: nam in ꝑdicamēto ſunt ea que ſunt entia nāe: ſed ſtatio ⁊ ſeſſio ſunt oīo a uolūtate ⁊ nō a natura: q̄re videtur ꝙ nō ſint in ꝑdicamēto. ⁊ per ꝯ̄n̄s poſitio que eſt eorū genus nō eſt ꝑdicamētū. Dicendū ꝙ ſtatio ⁊ ſeſſio a natura ſunt. nam natura diſpoſuit partes illas eē ad ſedēdum: ⁊ ſil̄r ad ſtādū ⁊ nō penitus ſūt a uolūtate.

Habitus aūt eſt corpoꝝ: ⁊ eoruz que circa corpus ſunt adiacentia.

**Superius** auctoꝛ dixit de quinque ꝑncipijs. hic intendit determinare de ſexto ⁊ ultimo. ſ. de habitu. 2° de habere. Scd̄a ibi [Dicit aūt hēre.] Pria in duas. Primo determinat de habitu quātū ad ſubſtātialia. Scd̄o quantū ad accn̄talia. 2ª ibi [Suſcipit aūt.] Prima in duas. Primo ponit diffōnem innuendo diuiſionē. Scd̄o declarat. 2ª ibi [ut armatum eē.] Prima in duas. Primo diffinit. Secundo diuidit. 2ª ibi [Scōm quā hec q̄dē.] Seq̄tur illa pars [Suſcipit aūt.] ⁊ hēt duas ſm̄ duas ꝓprietates cōes. 2ª ibi [habitui vō.] Prima in duas. Primo ponit ꝓprietatem.

Cōtrarietas ſolū ē a forma

Secđo dicit eam nõ eẽ ꝯuertibilẽ. 2° ibi [In qbuſdaꝫ vo.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ In pᵒ p̃te diffinit habitũ dicẽs. habitus eſt adiacẽtia corꝑis ut. ſ. ſit noĩatiui caſus ſingularis nũi. i. eſt cõparatio rei hĩte ad reꝫ hñtẽ: ⁊ eoꝝ que circa corp⁹ ſunt adiacẽtia: ut ueſtimẽtoꝝ. Aliter põt exponi iſta diffinitio. i. ꝙ adiacẽtia ſit noĩatiui caſus ſingularis numeri: dicẽdo habitus eſt corpoꝝ ⁊ eoꝝ que circa corpus ſunt adiacẽtia: ſed p̃mo modo melius exponitur.

¶ Secđm quã hec quidẽ hẽre: illa vo hẽri dicuntur. Hec aũt nõ ſm totũ dicunť: ſed ſꝫ p̃ticularem diuiſionẽ: ut armatũ eẽ: ⁊ calciatum eẽ.

¶ Hic declarat dicẽs: ſm quã adiacẽtiã hic dicit hẽre. ſ. corꝑa uel mẽbra. illã aũt hẽri ſicut ueſtimenta. [hec aũt.] i. adiacẽtia nõ dicit ſm totũ corpus ſolũ: ſed etiam ſm p̃tes: ſed tñ ſm totũ corpus poſſet fieri ſi vnuꝫ ueſtimẽtũ coop̃iret totũ corpus: tũc illa adiacẽtia bñ eſſet habit⁹. ſed q̃a mẽbra hñt ueſtimẽta: ideo diuiſis modis exponit: ut patet in ſingulis: ideo ad diuerſificationeꝫ mẽbroꝝ ſeq̃tur diuerſificatio habitus. Poſtea declarat per exẽpla dicẽs: ut armatũ eſſe: calciatũ eſſe: ⁊ ſic de alijs.

¶ His nãqꝫ neqꝫ ſimplicia noĩa impoſita ſunt: q̃bus appellarenť ea: ſed ſiũt eis noĩa: armatio ⁊ calciatio. Hoꝝ aũ t ſm ꝓportionẽ: ⁊ reliquis.

¶ Hic declarat exẽpla dicẽs: armatũ eẽ ⁊ calciatum eẽ nõ ſunt habit⁹: nec ex hoc aliq̃s dubitaret. Remouet dubiũ dicẽs: ꝙ ipſis hĩtibus nõ ſunt noĩa ſimplicia impoſita q̃bus appellarenť: loq̃tur auctor tp̃e ſuo q̊ nõ erãt noĩa impoſita: ⁊ ideo poſuerat iſta noĩa ipſis habitibus: ut armatũ: ſed uocenť armatio ſiue calciatio. Et dicit ꝙ figuralr̃ alia noĩa ad ꝓportionẽ reruꝫ. ſ. ad ſiĺitudinẽ armationis ⁊ calciationis: ꝙ etiam ſic alijs noĩa ipõam⁹: ut cappatio tunicatio ⁊ ſic de alijs

¶ Suſcipit aũt habitus magis ⁊ minus: armatior enim eques pedite dicit. ⁊ calciatior qui cũ caligis ⁊ calciamẽtis eſt: q̃ꝫ qui ſolũ caligis uel calciamentis utitur.

¶ Hic ponit ꝓprietatẽ ipſius habit⁹ dicẽs ꝙ habitus ſuſcipit magis ⁊ minus: ut armatior dicit equeſter q̃ꝫ pedeſter: q̃a plura arma habet.

¶ In q̃buſdã aũt nõ videť: ꝙ cũ magis uel minus predicentur: ut ueſtitum eſſe: ⁊ ſimilia.

¶ Oſtẽdit hic iſtã ꝓprietatẽ non eẽ ꝯuertibilẽ: q̃a nõ eſt in oĩbus uerũ. nam oĩs habit⁹ nõ ſuſcipit magis ⁊ minus. nam vnum corp⁹ non dicitur magis ueſtimẽtum q̃ꝫ aliud.

¶ Habitui quoqꝫ nihil eſt cõtrariũ: eteni armatio calciationi cõtraria nõ eſt. Idem enim calciatus ⁊ armatus: quouiã aũt alijs ꝯ̃ria nõ eſt palã eſt. ſiĺiter aũt his ⁊ reliqua.

¶ Hic ponit aliã ꝓprietatẽ dicẽs ꝙ habitui nihil eſt ꝯ̃riũ. ⁊ ꝓbat. Nam tũc ſi habit⁹ hẽret cõtrariũ: ſequeretur duo ꝯ̃ria eẽ in eodẽ. nam idẽ eſt calciatus ⁊ armatus: ⁊ ſi iſti habit⁹ calciatio ⁊ armatio eſſent ꝯ̃ria: tunc duo ꝯ̃ria eẽnt in eodẽ ſimul ⁊ ſemel: q̊d eſt falſum ⁊ impoſſibile: ⁊ rõ patet: ꝙ habitui nihil eſt ꝯ̃rium.

**Queritur** Utrũ habit⁹ ſit p̃dicamẽtũ? Et videť ꝙ nõ. Nam oẽ p̃dicamẽtuꝫ eſt forma nãlis: ut patet per p̃hm 6° metaᶜᵉ. qui diuidit ens nãe per decẽ p̃dicamẽta. ſed habit⁹ nõ eſt forma nãlis: ergo nõ eſt p̃dicamẽtũ. Minor eſt ꝓbata: ſed tñ declarať ſic. nam ueſtimẽtũ eſt q̃dam habit⁹: ⁊ eſt ab arte nr̃a ⁊ nõ a nã. q̃re. ¶ 2° arguiť ſic. duplex eſt habit⁹. ſ. aĩe ⁊ corꝑis. ſed habitus aĩe nõ facit diuerſum p̃dicamẽtũ ab alijs: immo ꝯtinet in alijs: ut in p̃ma ſpecie q̃litatis: q̃re videť ſiĺr ꝙ habit⁹ corꝑis etiã nõ faciat diſtinctũ ab alijs p̃dicamẽtũ. ¶ Item dicimus ꝙ habitus q̃dã ſit ueſtis: ſꝫ ueſtis eſt ſuba: ergo videť ꝙ habitus ſit ſubſtãtia: ⁊ ſic non eſt diſtinctuꝫ p̃dicamentum ab alijs. ¶ Oppoſitũ patet per p̃hm in predicamentis: ⁊ per auctorem iſtum ⁊c̃.

Vñ ſit ꝙ vnũ adiacẽs ũ poſſit eẽ i, pli b⁹ ſubis.

**Queritur** Utrũ diffinitio habitus ſit bona? Et videť ꝙ nõ. q̃a ſi habit⁹ eẽt adiacẽtia tũc eẽt aliq̃ res media iter habitũ ⁊ habentem ſed nõ eſt aliq̃ res media: ergo male dicit ꝙ habit⁹ eſt adiacẽtia corꝑis. Item vngues ⁊ pili ſunt q̃dã habitus: ⁊ tñ nõ adiacẽt corꝑi: q̃re videť ꝙ diffinitio non ſit bona. ¶ Ad iſtas q̃õnes diuerſas debes notare ꝙ ſm ꝙ dicit Cõmẽtator ſup̃ p̃mo metaᶜᵉ. ꝙ habitus nihil aliud eſt niſi q̃dam reſpect⁹ mediãte quo ip̃m ꝯtinẽs dicit hẽre ꝯtẽtum. ſ. ſm nãm paſſiuaꝫ ꝯtingit hẽre ꝯtẽtũ a natura actiua quã hẽt. ¶ Itẽ notãdum ꝙ hẽri dicit triplr̃. Quidã dicunť hẽri rõne ꝯſuetudinis: ⁊ talis hĩtus dať aĩali ad ꝯſeruationeꝫ ipſius: ut dic̃ p̃hs 2° politicoꝝ. nã ſagax ſagacior igeniauit cuilibet aĩali dare q̊d erat neceſſariũ ad ꝯſeruationẽ ſui. ut bobus cornua ſpiſſa ⁊ piloſitatẽ ad cõſeruãdum. Quedã dicunť hẽri rõne ꝓtectionis: ut arma. naꝫ arma hẽmus ut nos ab inimicis defendam⁹. Quedaꝫ habenť rõne ornat⁹ ⁊ ꝓtectionis: ut barba dať hoĩ cauſa ornatus: pulchrũ enim app̃etit hõ: ⁊ ſic eſt quodãmõ cauſa ꝓtectionis: q̃a defendit a frigore. ¶ His viſis ad q̃õnẽ dicẽdũ. p̃mo ad primã. Dico ꝙ habit⁹ eſt p̃dicamẽtũ. ¶ Ad argumẽta illi⁹ q̃õnis. Ad p̃muꝫ cum dicis. Oẽ p̃dicatũ ⁊c̃. Dicẽdum ꝙ aliq̃d põt dici forma nãlis duob⁹ modis: uel ꝙ ſit nãlis: uel ꝙ fiat ad ſiĺitudinẽ rei nãlis. habitus enim fit ad ſiĺitudineꝫ rei nãlis: quare ⁊ nãlis dici põt. ¶ Ad ſecũdum cuꝫ dicis ꝙ eſt habitus aĩe ⁊c̃. ⁊ habitus aĩe non facit diſtinctũ p̃dicamẽtum: ergo nec corporis. Dico ꝙ non eſt ſimile: q̃ꝛ habitus aĩe eſt in ipſa aĩa habẽte: ſed habitus corporis nõ eſt in ipſo corpore habẽte: immo in re habita. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ ueſtis non dicit habitus ꝓprie. nam habitus (ut dictũ eſt) eſt q̃dam reſpectus inter rem habẽtem ⁊ rem habitã. ¶ Ad aliud q̊ꝺ poſtea obicis de diffõne: ꝙ ſi habitus eẽt adiacentia corporis: tũc eſſet aliq̊ꝺ mediũ inter habẽte ⁊ rem habitã: ideo patet ꝙ medium eſt q̃dam reſpectus: ut dictũ eſt. ¶ Ad aliud cum dicis ꝙ vngues ⁊ pili ſunt q̃dam habitus. Et dicis ꝙ iſta non dicũtur haberi. Dico ꝙ immo, naꝫ patet ꝙ dicunť hẽri rõne ornatus ⁊ etiam ꝓtectionis: ut rõne caliditatis ut dictum eſt. ⁊ ſic de alijs omnibus.

Hẽri tripl'r.

**Queritur** de ꝓprietatibus ipſius habit⁹. Nã dicit auctor ꝙ armatio eſt q̃b⁹ plura arma ſunt. Cõtra dicit auctor ꝙ ſm pluralitatem vniuſ'em nõ dicit aliq̃s magis nec minus: ergo ille q̃ plurib⁹ armis eſt armat⁹ nõ diceť armat⁹. Sed videť ꝙ habitus habeat ꝯ̃rium. nam armat⁹ eſt ꝯ̃rius inermi: ⁊ ueſtit⁹ nudo: ⁊ hoc nõ videť niſi ſm habitum. ergo videť ꝙ habitus hẽat ꝯ̃rium: ⁊ hoc non q̃rit niſi expõ littere. ¶ Tertio adhuc arguiť ſic: hẽre cõtrariũ eſt cauſa ſuſcipiẽdi magis ⁊ minus: ergo non habere ꝯ̃rium eſt cauſa nõ ſuſcipiẽdi magis ⁊ min⁹: ſed habitus nõ hẽt ꝯ̃rium: ergo videť ꝙ nõ ſuſcipiat magis ⁊ minus. ¶ Ad hoc dicẽdum ꝙ habit⁹ ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Sed nota ꝙ q̃daꝫ habitus ſunt qui cauſanť ex adiacẽtia rei habite ad corpus: que res diuerſe ſũt per formã ut pꝫ: qua diplois differt a caligis ⁊ lorica ab alijs armis per formã: ſꝫ ueſtimẽtũ ut tunica nõ differt a ſup̃tunica niſi q̃dã acci

dẽte.ſ.q̃a amplioꝛ eſt ipſa.Et ideo illa que per formã
differũt ſuſcipiũt magis ⁊ minus:alia aũt non:⁊ per
hoc patet ſolutio.¶ Ad p̃mũ q̃n dicit̃ φ ſm plurali
tatẽ vniuſem nõ dicit̃ aliq̃s magis uel minus. Certe
uerũ ſm pluralitatẽ vniuſem:tñ ſm diuerſitatẽ in for
ma ut dictũ eſt:bñ dicit̃ aliq̃s magis uel minꝰ.¶ Ad
aliud cũ dicis φ magis ⁊ minus cant̃ a ꝯrietate:ḡ nõ
hẽre ꝯriũ ⁊c̃.¶ Ad hoc dicẽdũ φ magis ⁊ minꝰ p̃nt
dupl̃r ꝯſiderari.Unomõ per acceſſum ⁊ receſſuꝫ ad
ꝯriũ.ut albioꝛ dicit̃ cuius mã dicit̃ impmixtioꝛ nigre
dine.Aliomõ dicit̃ ut eſt per acceſſum ⁊ receſſum ad
habitũ ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito:ut nudũ eẽ ⁊ ueſtitum eſſe
¶ Ad aliud cũ dicis:φ armatus ⁊c̃.Dicẽdũ φ arma
tus ⁊ inermis non ſunt habitus:ſed adiacẽtia arma
torũ:ad corpus eſt habitus ⁊ illa adiacẽtia nõ habet
ꝯrium.¶ Ad aliud cũ dicis φ ueſtitũ eẽ ⁊c̃.Certe ue
rum eſt:q2 nõ eſt diuerſitas in forma ⁊c̃.

**PRoꝓriũ aũt habitus eſt in pluribus
exiſtere ut in corpe:⁊ in his que circa
corpꝰ ſunt exñtia:adiacet eni corpi:⁊
his que circa corpus ſunt.hoc aũt:ut
dictum eſt:fit ſm ea que in partibus
eſt diuiſionem.**

**Superius** Auctoꝛ poſuit proprietates cões.
hic ponit ꝓprietatẽ ꝓpriã:⁊ hic
ſequit̃ illa ps in qua determinat de hẽre:⁊ ſm quoſ
dam eſt p̄dicamẽtũ uel poſtp̄dicamẽtũ:⁊ ſꝫ alios di
cit̃ p̃ncipiũ:ſed melius dicit̃ φ ſit poſtp̃ncipiũ ul' poſt
p̄dicamẽtũ.Et ſunt due partes p̃ncipales in p̃nti le
ctione.Prima in duas.Primo ponit ꝓprietates.ſe
cũdo inſtat.2ª ibi[In paucis aũt.]Hec ſcđa in tres.p̃
mo inſtat.2° ſoluit.3° oſtẽdit illã ꝓprietatẽ eẽ ꝯuerti
bilẽ.2ª ibi[Nõ aũt oĩs.]3ª ibi[Habitus aũt oĩs.]Tũc
ſequit̃ illa pars[Dicit̃ aũt hẽre.]Et diuidit̃ in duas.p̃
mo ponit q̃nque modos habẽdi.2° excuſat ſe de ali
is.2ª ibi[Fortaſſis aũt.]Prima in q̃nque ſm quinque
modos.⁊ ubi ptes incipiãt per ſe.Hec eſt diuiſio lecti
onis.¶ Ad p̃mã ptẽ ſic ꝓcedit dicẽs φ ꝓpriũ eſt ha
bitus eẽ in pluribus.ſ.in corpe ⁊ in his que circa cor
pus ſunt:q2 ex cõparatione virtꝰ que reſtat (ut dictuꝫ
eſt) ⁊ adiacens eſt.i.fit ex reſpectu corpis ⁊ ueſtimen
toꝝ.[Habet aũt.]i.fit nõ ſolũ ſm totũ ſed ſm partes.
i.ex cõparatione ptiũ habitarũ ad totum:⁊ ſic habet
eſſe in pluribus.

**¶ In paucis aũt alijs principijs:huiuſmodi in
uenies:in quãtitate enim ſolũ ⁊ in his que ad
aliq̃d ſunt ſilia repies.ad aliq̃d aũt ut figurali
ter dicat̃:ut ſilitudo:⁊ diſſilitudo:que pluribꝰ
ſilibus ⁊ diſſilibus inſunt.Quãtitas auteꝫ ut
numerus qui in numerabilibꝰ ineſt:utiq̃ ſem
per creſcẽs ſm vnitatũ multifariam aſcẽſionẽ.
Simpl̃r aũt nihil inuenies in tot diſtribui par
tibus poſſibile eſſe:ut numerum.**

¶ Hic obicit ⁊ dicit:φ in paucis alijs repies iſtud.ſ.
eſſe in pluribus:q2 ſolũ in quãtitate ⁊ relatione.nam
de relatione patet:q2 eadẽ ſilitudo põt eẽ in pluribꝰ
eadẽ ſupple in ſpecie:⁊ nõ in numero.naꝫ diuerſa eſt
ſilitudo que eſt in me ⁊ terminat̃ in te:ab illa que eſt i
te ⁊ terminat̃ in me.de quãtitate ſil̃r declarat in nũo
nam numerus ꝯſiſtit in pluribus.nã ſemp per addi
Obiectio tionẽ vnitatis creſcit.Et ex hoc ꝯcludit φ nihil inue
nit̃ qđ poſſit in tot ptes diuidi:ſicut nũs.¶ Sed cõ
tra hoc ſtatim arguit̃ cum dicit ipſe:φ nihil põt i tot
ptes diuidi ſicut numerus.nam ꝯtinuũ ut videt̃ põt
Solutio diuidi in plures ptes.nam oẽ ꝯtinuũ eſt diuiſibile i
infinitũ.¶ Ad hoc dicẽdũ φ numerus per additio
nem vnitatis põt creſcere in infinitũ.⁊ ita põt diuidi
in infinitũ.De ipſo cõtinuo nõ ualet obiectio. Nam
ipſum cõtinuũ reduci põt ⁊ reducit̃ etiã ad diſcretuꝫ
Nam quelibet pars cõtinui eſt diſcreta:⁊ ita reducit̃
ꝯtinuũ ad diſcretã:q̃re non ualet obiectio.

**¶ Non aũt oĩs quãtitas aut relatio talium eſt.**

¶ Hic auctoꝛ ſoluit obiectionẽ ⁊ dicit φ hec ꝓprietas
ſ.eſſe in pluribus non eſt ꝓprium quãtitati:nec etiaꝫ
cõuenit oĩbus quãtitatibus:lꝫ cõueniat alicui:nec eti
am eſt ꝓprium relationi:q̃a huic que eſt ſupra poſi
tio non conuenit.

**¶ Habitus aũt oĩs in pluribus neceſſario conſi
ſtit:ut in corpe:⁊ in his que circa corpus ſunt.
omne enim qđ in corpore:⁊ circa corpꝰ eſt con
ſiſtẽs:habitus nomẽ ſortit̃:quare magis ꝓpri
um q̃dem habitus erit:in corpore ⁊ circa cor
pus exiſtẽtibus:ſm eam que partiũ eſt diuiſio
nem:ut in pluribus eſt exiſtere.**

¶ Hic oſtẽdit hanc ꝓprietatẽ eſſe ipſius habitus.naꝫ
omnis habitus habet eſſe in corpe ⁊ in his que ſunt
circa corpus:q̃re ſolum ꝓpriũ eſt habitus eẽ in pluri
bus.ſ.in corpore ⁊ in his que ſunt circa corpus.

**¶ Dicit̃ aũt habere multis modis.hẽre eniꝫ di
cimur ſm alterationẽ:ut albedineꝫ:⁊ nigredi
nem:⁊ quãtitatem:ut lõgitudinem. Nihil ta
men aliud eſt dicere albedinẽ:aut lõgitudineꝫ
habere:q̃ꝫ albũ:aut lõgum eſſe.Dicit̃ autem ⁊
uas aliquid habere:ut modius tritici:qđ nihil
aliud eſt dicere q̃ꝫ cõtinere.Habere quoq̃ ⁊ in
mẽbꝛo dicimur:ut in digito annulũ:qđ tãtum
eſt dicere quãtũ eſt digitũ in annulo eſſe.Dicit̃
aũt vir uxorẽ habere:⁊ recipe uxoꝛ virum.hic
aũt inſolitus eſt habẽdi modus.hoc aũt habe
re nihil aliud ſignificat q̃ꝫ cohabitare q̃re mo
di habẽdi qui cõſueuere dici:q̃nario nunc ter
minant̃.Fortaſſe aũt alij modi erũt p̄ter hos:
qui numerati ſunt.ſed ſiqui ſunt diligẽs inq̃ſi
toꝛ inueniat:⁊ de principijs hec dicta ſufficiãt.
Reliqua v̄o in eo qđ de analeticis eſt:querant̃**

¶ Hic auctoꝛ declarat de ultimo poſtprincipio quod
eſt habere:⁊ dicit.Habere dicit̃ multis modis. Uno
modo dicit̃ habere alterationẽ.i.q̃litatẽ ut albedineꝫ
Secũdomodo dicit̃ habere quãtitatẽ ut lõgitudinẽ
Et dicit φ nihil eſt dictu habere albedinẽ q̃ꝫ albũ eſſe
⁊ habere lõgitudinẽ q̃ꝫ longũ eſſe.Tertiomodo dici
tur habere cõtentũ:ſicut modiũ granũ:uel lagena vi
num.Et hoc habere nihil aliud eſt q̃ꝫ cõtinere.Quar
tomodo dicit̃ habere aliq̃d in mẽbꝛo:ſicut annulum
in digito.Quintomodo dicit̃ habere uxorẽ.Et dicit
φ iſte modus eſt inſolitus.Nam illud habere nihil
aliud eſt q̃ꝫ habitare:⁊ ideo concludit φ modi uarie
terminant̃.Poſtea excuſat ſe ⁊ dicit:φ fortaſſe ſũt alij
modi habẽdi q̃ꝫ illi qui dicti ſunt:ſed qui ſunt alij di
ligẽs inq̃ſitoꝛ inueniat.Poſtea epilogat de principijs
hec dicta ſufficiãt.reliq̃ querant̃ in analeticis.i.in re
ſolutorijs.ſ.libꝛo poſterioꝝ.vnde iſti libꝛi.ſ.priorum
⁊ poſterioꝝ dicunt̃ reſolutorij.i.indicatiui.¶ Et no
ta φ dicit auctoꝛ φ forte alij modi apparebũt.Nam
Ariſt.5° metaᶜᵉ.ponit duos modos quos auctoꝛ hic
nõ ponit.Unus:qđ alius ducit etiã habet illud qđ
ducit̃.hoc eſt ſicut dicit̃ φ febꝛis habet hoĩem q2 du
cit ipſum.Aliomodo dicit̃ aliq̃s ſil̃iter habere aliq̃d
cum ſuſtinet ipſuꝫ:ſicut dicimus φ colũna habet do
mum ⁊ ſuſtinet ipſam.ſimiliter dicimus φ athlas ha
bet celum:⁊ ſuſtinet celum.ſ.ille gigas ſm opinioneꝫ
poetarum.

**Queritur** Utrum idē accidēs poſſit eſſe in diuerſis ſubiectis? Et videt̄ ꝙ ſic. Nā eadē materia pōt eē ſubiectū pluribus accidētibus. ergo videt̄ ſilr̄ ꝙ vnū accidēs poſſit eē in diuerſis ſubiectis. ¶ Secūdo arguit̄: nam dicit auctor ꝙ eadem quātitas eſt in pluribus: ⁊ quātitas eſt accidēs: ut numerus. Nam ut dicit ph̄us: idē eſt numerus decem hoīum ⁊ decē canū: ⁊ numerus eſt accidēs: quare patet ꝙ accidēs eſt in pluribus ſubiectis. ¶ Item querit̄: Utrū cōſiſtere in pluribus cōueniat ſolū habitui? Et videt̄ ꝙ nō. nā ſilitudo (ut dic̄ auctor) eſt in pluribus: ⁊ tn̄ non eſt habitus: ergo videt̄ ꝙ illa nō ſit ꝓpria ꝓprietas ipſius habitus. ¶ Ad primā queſtionem dicit̄: ꝙ vnū accidēs nō pōt eſſe in diuerſis ſubiectis. Et cauſa huius eſt: nam accidēs ꝑſonat̄: numerat̄: ⁊ indiuiduat̄ ſm̄ numerationē ⁊ indiuiduationem ſubiecti: ⁊ ita cum ſubiectū ſit indiuiduū ⁊ vnū numero: ⁊ accñs ſilr̄. ¶ Unde nota ꝙ duplex eſt forma. ſ. ſubālis: ⁊ accidētalis. Et ſicut vna forma ſbſtātialis non pōt ꝑficere plus q̄z vnā mām: ſic nec forma accidētalis. Et ideo vnū accñs in numero nō pōt eſſe in pluribus ſubiectis. ¶ Ad argumēta in oppoſitum dicēdū. Ad primū cuz dicis ꝙ eadē materia poteſt eſſe ſubiectū pluribus accidētibus. Cōcedo. ergo accidēs pōt eſſe ⁊c̄. Dico ꝙ non eſt ſimile: nam materia (ſm̄ ph̄m) eſt cauſa oīuz accidētiuz que ſunt in ea ideo pōt eſſe ſubiectū pluribus accidētibus: ſed accidens non eſt cauſa ſubiecti: quare nō ualet illa ſimilitudo. ¶ Ad ſecūdum cum dicis ꝙ idem eſt numerus ⁊c̄. Quidā gloſant idē. i. eq̄lis. Alij dicūt ꝙ/ ueruz eſt idem in ſpecie ⁊ nō in numero. ¶ Ad aliud cum queris: utrū exiſtere in pluribus ⁊c̄. Dicēdum ꝙ exiſtere in talibus pluribus ſicut ipſe dicit. i. in corꝑe ⁊ in his que circa corpus ſunt adiacētia bn̄ cōuenit ſoluz habitui: ⁊ ꝓpriū ipſius eſt. ¶ Et cum tu obicis ꝙ eadē ſilitudo eſt in pluribus. Dico ꝙ nō eadem in nūo ſed in ſpecie. ¶ Circa modos habēdi videt̄ ꝙ auctor ſit inſufficiēs. nam ſicut locus habet rem locatā: ita tempus habet rem tꝑalem: ⁊ ſic videt̄ ꝙ debeat poni ſextus modus ꝓut tēpus habet rem tꝑalez. ¶ Secūdo arguit̄. dicit Ariſt. in libro p̄dicamētoꝝ. ponēs duos modos habēdi quos non ponit auctor. ſ. hēre poſſeſſionē ⁊ habere mēbrū. q̄re videt̄ ꝙ ſit inſufficiēs. Dicēdum ꝙ auctor nō eſt inſufficiēs nec debuit ponere illum modū: ꝙ tēpus habeat rem tꝑalez. nam tēpus nō eſt ꝓpria mēſura rei tꝑalis. Nam mēſurat primo ⁊ p̄ncipalr̄ primuz mobile: ⁊ ex ꝯn̄ti res tꝑales non habēt ꝓprium tēpus ſicut locatū habet ſuum ꝓprium locum: ⁊ ſic auctor non debuit ponere illum modum. ¶ Ad aliud cum dicis: ꝙ ph̄us in p̄dicamētis ponit duos modos quos auctor nō ponit. ſ. habere poſſeſſionē ⁊ habere mēbrū. ſoluit qdaz ⁊ dicit ꝙ auctor cōprehēdit illos duos modos ſb̄ illis quos ponit: ita ꝙ habere mēbrū cōtinet̄ ſub illo. ſ. habere aliquid in mēbro qui eſt q̄rtus: ⁊ alter. ſ. habere poſſeſſionem cōtinet̄ ſub tertio ⁊ ſic cōtinent̄ ſub his ut cōmuniter dicitur ⁊c̄.

[illegible] ſit ꝙ vnū accñs nō poſſit eē i plib' ſubiectis.

**Dicitur autem magis ⁊ minus ſuſcipere tripliciter.**

**Superius** dixit auctor de principijs. hic determīat de poſtp̄ncipijs. Et diuidit̄ in duas. Primo determinat de poſtp̄ncipijs ſm̄ opinionē alioꝝ. Secundo ſm̄ opinionē ꝓpriam. 2ª ibi [Oportet igit̄ alia.] Prima in tres. Primo ponit triplicē opinionez. Secūdo deſtruit illam. 2ª ibi [A p̄mis itaq̄z.] Hec ſecūda in duas. Primo deſtruit opinionē illoꝝ in generali. Secūdo in ſpeciali. 2ª ibi [Non igit̄ ſm̄.] Et hec in tres. Primo deſtruit primā. 2° ſecūdā. 3° tertiā. ſc̄da ibi [Amplius aūt neq̄z.] 3ª ibi [Amplius aūt magis.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad p̄mam partē ſic ꝓceditur dicēs ꝙ aliq̄d dicit̄ magis ⁊ minus ſuſcipe tripliciter. Et q̄ eſt opinio diuerſoꝝ ꝙ magis ⁊ minus cauſet̄ diuerſimode in rebus: ipſe ponit triplicem opinionem quorundam.

**¶ Aiūt enim qdam ſm̄ cremētum ⁊ diminutionem eorum que ſuſcipiūt ſubiectoꝝ. Aliter aūt ⁊ alij ipſa qdem que ſuſcipiunt̄ in ſuſcipiēte ⁊ diminui ⁊ creſcere autumāt. Alij aūt ſm̄ utrūq̄z alioꝝ diminutionē ⁊ augmētationem.**

¶ Ponit vnam opinionē ꝙ qdā dixerunt ꝙ magis ⁊ minus cauſat̄ ſm̄ augmētum ⁊ decremētum ſubiecti. Et dicit ꝙ alij dixerūt aliter. ſ. ꝙ magis ⁊ minus cauſant̄ in accidētibus exiſtētibus in ſubiecto. Sed alij dicūt ꝙ magis ⁊ minus cauſant̄ ſm̄ augmētuz ⁊ diminutionē ſubiecti ⁊ accidētis ipſius.

**¶ A primis itaq̄z incohātes que eorum rata ſit ⁊ firma ſentētia: manifeſtabimus. Siq̄s v̄o primam ⁊ ſecūdam detraxerit: utiq̄z ⁊ tertiam detraxit: que ex utriuſq̄z efficit̄ cōiunctione. Non igit̄ ſm̄ ſuſcipiētium ipſoꝝ ſubiectoꝝ cremētuz uel decremētum cum magis ⁊ minus aliq̄ dicūtur ſuſcipe. nulla enim ratio obuiaret dicēti hominem: ⁊ animal: ⁊ ſubſtātiam: ⁊ conſimilia: cum magis ⁊ cum minus dici: cōcedētibus nobis ſm̄ ſubiecti intēſionem ⁊ remiſſionē quelibet cum magis ⁊ cum minus dici. Ampli' aūt motum augmēti ⁊ diminutionis frequēter ſuſtinet equus. Dicit̄ enim equus maior uel minor lapide quodā. qui nunq̄z intēſionem neq̄z remiſſionē paſſus eſt. Mons etiā alio mōte maior dicit̄: cum neuter creſcat ⁊ decreſcat. Amplius autē margarita qdem albior equo dicit̄: cui pedem albū cōtingit habere. hoc aūt nō ſm̄ ꝙ equus qdem in eēntia a margarita ſupat̄. Colligere aūt oportet uel margaritā qdem albiorē equo ꝓnūciari ſm̄ magnitudinem ſubiecti uel paruitatē. uel nō uerum qdem erit: albiorē eſſe equo margaritā: uel nihil oīno cum magis uel cum minus dici ſm̄ ſubiectoꝝ magnitudinē ul' paruitatē: neq̄z ſm̄ cremētum ul' diminutionē. Hoc aūt palā eſt: ꝙ ſm̄ magnitudinē quidē ſbiecti margarita albior equo nō dicit̄: tn̄ margaritam nō albiorē equo eſſe: falſum eſt. Relinq̄tur ergo nihil ſm̄ ſubiecti magnitudinem cum magis uel cum minus dici: ſimiliter ⁊ neq̄z ſm̄ paruitatem.**

¶ In parte iſta auctor dat intētionem ſuā reſpectu dicendoꝝ dicēs [nos incohātes a p̄mis.] i. a p̄ncipio dicemus q̄s illoꝝ dicit melius. Et dicit ꝙ ſi poſſum' deſtruere primā ⁊ ſc̄dam ⁊ tertiā ſilr̄ deſtruemus: cuz ex illis ſumat p̄ncipiū ⁊ ex illo efficiat̄. ¶ Nota ergo ꝙ deſtruit primā opinionē oſtēdēs ꝙ aliq̄ nō dicuntur magis ⁊ minus ſm̄ paruitatē ⁊ magnitudinē ſubiecti. Nam ſi ſm̄ magnitudinē uel paruitatez ſubiecti alique magis ⁊ minus dicerent̄: tūc oīa que augmentant̄ ſuſcipent magis ⁊ minus ⁊ que nō augmentant̄ non ſuſcipent magis ⁊ minus: ſed utrūq̄z illoꝝ eſt falſum: q̄ quedā augmētant̄ que nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus: ⁊ quedā ſuſcipiūt magis ⁊ minus que non augmētant̄: ergo ſm̄ magnitudinē ⁊ paruitatē ſubiecti non dicunt̄ aliqua ſuſcipe magis ⁊ minus: in hac

rationē ſic ꝓcedit ꝙ minorē declarat in littera ⁊ mi-
noꝛ habet duas partes. Et ideo pꝛimo declarat vnā
partem. Secundo aliam. pꝛimo declarat ꝙ omnia
que augmentant̄ non ſuſcipiunt magis ⁊ minus. ut
dicitur in pꝛedicamentis. poſtea declarat aliā partē
minoris cū dicit [dicitur autē lapis.] Et dicit ꝙ illa
que non augmentant̄ ſuſcipiūt magis ⁊ minus: ut
lapis qui nō creſcit nec decreſcit poteſt ſuſcipere ma-
gis ⁊ minus. nam vnus lapis poteſt dici maioꝛ alio.
ſimiliter mons vnus: alio monte dicitur maioꝛ: ſimi-
liter dicim⁹ margaritā albioꝛē equo: uel pede equi.
Colligit ergo concludendo totā oꝛonem: dicens ꝙ
opoꝛtet concedere margaritā eſſe albioꝛē equo: ſm
magnitudinem uel paruitatē ſubiecti non ꝙ marga-
rita ſit albioꝛ equo ſm augmentum ⁊ diminutionē
Et tunc manifeſtū eſt: ꝙ margarita ſubiecto albioꝛ
dicitur. ergo concludit ex hoc ꝙ ſm augmentū uel
diminutionē ſubiecti nihil dicatur magis uel minus
⁊ ſic deſtruit pꝛimam.

**¶ Amplius aūt: neqꝫ ſm ea que inficiunt. Si
enim quidem ſm magnitudinem albedinis:
uel alicuius ceterorum aliquid albius alio di-
citur. uel ſm paruitatem minus albū: uel quo
modolibet aliter. utiqꝫ ⁊ magis albus homo:
uel equus uel quodlibet aliud albius marga-
rita diceret̄. etenim maioꝛ albedinis quātitas
equo accidit: ꝗ̃ margarite.**

¶ hic deſtruit ſecundā opinionem per duas ratiōes
ꝙ nihil dicat̄ magis uel minus ſm ea que inficiunt
i. ſm accidentia que recipiunt̄ in ſubiecto. Et pꝛobat
hoc. nam ſi ſm quantitatē albedinis aliquis alio al-
bioꝛ diceret̄: tunc cum maioꝛ ſit albedo ſm quantita-
tē in equo ꝗ̃ in margarita: tunc equus diceret̄ albi-
oꝛ margarita: hoc aūt eſt falſum. nā margarita dicit̄
albioꝛ equo. ergo pꝫ: ꝙ ſm magnitudinē uel parui-
tatem accn̄tis non dicit̄ quis eſſe magis uel minus.

**¶ Amplius aūt magis ⁊ minus: alterum alte-
ro dicitur: non ſm ſubiecti neqꝫ accidentis cre-
mentum: uel decrementum. quoniam autem
non ſm ſubiecti crementum: uel magnitudi-
nē uel diminutionem aliud paruius alio dica-
tur: manifeſtum eſt. nec ergo ſm ampliorē ip-
ſius accidentis: quantitatem. Etenim quanti-
tas ultra ſubiectum pꝛotendi non poteſt. Ter-
minus enim quantitatis coꝛpus eſt. paruitas
autem quantitati ſupponitur. quare ultra par-
uum quidem ſubiectum: paruitas non poꝛrigi-
tur. Quando ergo ſubiectum paruius efficit̄:
tanto paruitatis quantitas minoratur. Patet
itaqꝫ nihil cum magis ⁊ cum minus ꝑdicari:
neqꝫ ſm ſolius ſubiecti augmentū uel dimiu-
tionē: neqꝫ accn̄tis: quare neqꝫ ſm utrunqꝫ.**

¶ hic ponit ſecundā rationem ꝙ aliquis non dicat̄
magis uel minus ſm augmentū uel diminutionem
accidentis. Et intendit facere talē rationem: idem eſt
extenſio ſubiecti ⁊ accidentis: ſed ſm crementū ſub-
iecti (ut dictū eſt) nōn dicitur aliquis magis ⁊ minus
ergo nec ſm augmentū ⁊ diminutionem accidentis.
Et pꝛobat ꝙ accidens non extenditur ultra extenſi-
onem ſubiecti. nā coꝛpus eſt ſubiectum quantitatis
vnde dicitur ꝙ paruitas ſupponitur quantitati. i. ſi
coꝛpus eſt paruū: ⁊ quantitas coꝛpoꝛis parua erit
⁊ paruitas non poꝛrigitur ultra paruū ſubiectum:
Et quando ſubiectum paruū efficitur tanto quanti-
tas minoratur. ⁊ hoc concludit: quod patet. nihil di-
citur eſſe magis ⁊ minus ſm augmentum ſubiecti
⁊ accidentis. ¶ Circa iſtam partē quedam ſunt que-
renda. Et pꝛimo de pꝛima opinione. ⁊ videtur ꝙ ſit
uera. ſ. ꝙ ſm augmentū uel diminutionem dicatur
aliquis magis ⁊ minus. nam ſm Priſcianum tantū
ualet poſitiuus cum hoc aduerbio magis ſicut com-
paratiuus. Tunc arguo ſic: aliqua ſubſtantia dicitur
albioꝛ ꝗ̃ alia. ergo eſt magis alba. ergo ſm augmē-
tum ſubiecti dicitur aliquis magis ⁊ minus. ¶ Se-
cundo arguitur ſic. ſubſtātia eſt cauſa omnium acci-
dentium: ſed effectus uariantur ſm uariationē cau-
ſe. ergo ſi accidentia intendantur uel remittātur hoc
eſt ſm augmentum uel diminutionem ſubiecti. er-
go ⁊c̃. ¶ Tertio arguitur: a pluralitate calciamento-
rū dicitur aliquis magis calciatus: ſed calciamenta
ſunt ſb̄a. ergo Ariſtoteles dicit oppoſitū in ꝑdicamē-
tis. ¶ Ad iſtam queſtionem dicendum: ꝙ ſm aug-
mentum uel diminutionem ſubiecti non dicitur ali-
quis minus uel magis: ꝗ̃uis vna ſubſtantia ſit mi-
noꝛ alia extenſiue: non tamen intenſiue: quia ſubie-
ctis fit in ipſo intimo uel: ꝙ ſubſtātia eſt in ipſo ter-
mino: ultra quem non contingit tranſgredi: ideo
non ſuſcipit ſubſtantia magis ⁊ minus. ¶ Ad argu-
menta dicendum. Ad pꝛimū. Dico ꝙ vna ſubſtan-
tia intenſiue: nō dicitur magis ſubſtantia ꝗ̃ alia: ſed
tn̄ extenſiue bene dicitur vna maioꝛ ꝗ̃ alia. ¶ Ad     Quō ſb̄a ſit cā omniū accn̄tium
aliud cum dicis: ꝙ ſubſtantia eſt cauſa omnium acci-
dentiū. Dico ꝙ uerū eſt mediate: ⁊ remota: ſed accn̄-
tia hn̄t alias cauſas ⁊ ꝓpꝛietates in ſb̄iecto mediāti-
b⁹ qb⁹ in ſb̄iecto cauſant̄: ſicut albedo cauſat̄ mediā-
te frigiditate: nigredo vͦo mediāte caliditate: ⁊ ſic de
alijs accidentibus. ¶ Ad tertiū cū dicis: ꝙ a plurali-
tate calciamentorum dicitur aliquis magis uel mi-
nus calciatus. dicendum ꝙ non a pluralitate calcia-
mentorum: ſed a diuerſitate in foꝛma: qꝛ iſta plura
ſunt diuerſarum foꝛmarum: ut dictum eſt.

**Queritur** Utrū aliquis dicatur magis ⁊ mi-
nus ſm augmentum uel diminu-
tionem ipſius accidentis. Uidetur ꝙ ſic. nam magis
calidus dicitur aliquis cum maioꝛ caloꝛ in eo aug-
mentatur ut in febꝛicitante: ſed caloꝛ eſt accidens: er-
go ſm augmentum accidentis dicitur quis ſuſcipe-
re magis ⁊ minus. ¶ Secūdo ſic. nā dicit Ariſto. ter-
tio topicorum: ꝙ ſimile additum ſuo ſimili facit ip-
ſum magis uel minus. ergo ſi albedo addatur ipſi
albedini fit magis. Et ſic aliquis ſm augmentum
uel diminutionem accidentis dicitur ſuſcipere ma-
gis ⁊ min⁹. ¶ Tertio ſic: ille dicit̄ magis ſciens: cu-
ius ſcientia augmentatur: ut plus ſciat in ſcientia ſi-
cut quis magis dicitur ſciens in geometria quia plu-
res queſtiones in ea ſcit. ⁊ ita ſm augmentum uel di-
minutionem accidentis dicitur aliquis magis ⁊ mi-
nus. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ ſm augmentum ⁊ di-
minutionem accidentis non dicitur aliquis magis
⁊ minus. nam accidens additur accidenti foꝛmaliter
⁊ nō auget ut patet: ſiquis teneat duas aquas eque
frigidas ita frigida eſt quelibet per ſe: ac ſi coniunge-
rentur: ⁊ hoc eſt uerum intenſiue: ideſt ſm foꝛmam:
tunc ſi coniungerentur faciunt magis frigidū exten-
ſiue: quia ſicut aqua creuit in quantitate: ſimilr̄ frigi-
ditas creuit in quātitate: ⁊ ſic de alijs. Et per hoc pa-
tet ſolutio queſtionis. ¶ Ad argumenta ad pꝛimū
cum dicitur: ꝙ magis calidus ⁊c̃. Dico ꝙ non dici-
tur magis calidus intenſiue: ſed extenſiue. ¶ Ad
aliud cum dicis: ꝙ ſimile ⁊c̃, Dico ꝙ uerum eſt ꝙ
augmentatur in quantitate: ſed nō in foꝛma. ¶ Ad
tertium dico ſimiliter: ꝙ plus ſcire non eſt cauſa ꝙ

aliquis dicatur magis ſciens: ſed eſt magis priuatus ab ignorantia: vnde poſſet eſſe ꝙ in duabus queſtionibus diceretur ſciens nihil: ſicut in tribus: ſi tanta eſſet ignorantie priuatio: quare patet ꝙ pluralitas queſtionis: non erat cauſa ꝙ eſſet ſciens: ⁊ ſic patet ſolutio ad argumenta.

**Oportet igitur alia inuenire: que cuꝫ magis ⁊ minus dicantur.**

Poſuit Tres opiniones de magis ⁊ minꝰ: ⁊ reprobauit illas opiniones. hic dat uerã cauſaꝫ: q̃re ueram cauſam: quare aliquis dicatur magis ⁊ minus. ⁊ diuiditur in duas. primo dat ueram cauſam. ſecundo diſtinguit quot modis dicatur magis ⁊ minus: ut eligat illum de quo intendit. ſecunda ibi[ poſſibile enim ſi contingat.] Prima in duas. primo dat ueram cauſam. ſecundo remouet dubiũ. ſecunda ibi [dubitabit autem.] Prima in duas. primo dat intentionem ſuam. ſecundo proſequitur. ſecunda ibi[ huiuſmodi ṽo.] ⁊ hec in duas. primo oſtendit ꝟm que aliquis dicitur magis ⁊ minus. ſecundo ponit differentiam inter magis ⁊ minus in quantitate: ⁊ in q̃litate. ſecunda ibi[ ⁊ puiꝰ ad.] Prima in duas. Primo facit qđ dictum eſt. ſecundo declarat per exempla. ſecũda ibi[ ut album.] Sequitur illa pars[ dubitabit.] ⁊ habet duas ꝟm ꝙ duo dubia ponit. ſecũda ibi[ additur aũt.] Prima in duas. primo ponit dubitationem. ſecũdo ſoluit uel declarat. ſecũda ibi[ hoc autem contingit.] ſequitur illa pars[ additur aũt.] ⁊ diuiditur in tres. primo ponit dubium. ſecundo ſoluit. tertio declarat. ſecunda ibi[ contingit aũt.] tertia ibi[ Quemadmodũ.] hec eſt diuiſio lectiõis. ¶ Ad primã partem ſic procedit dicens ꝙ ꝟm dictas opiniones: non dicitur aliquis magis ⁊ minus: oportet aliam cauſam inuenire: ꝟm quã dicantur quedã eſſe magis uel minus: ⁊ in hoc dat intentionẽ ſuã.

**¶ huiuſmodi ṽo ſunt ea: que ſunt in uoce eorum que adueniunt: non ꝟm ſubiecti mobilis crementum: uel diminutionem: ſed quoniam eorum que ſunt in uoce impoſitioni propingora: ſiue ab eadem remotiora ſunt. De his eniꝫ cum magis dicuntur que proximiora ſunt ei que in uoce eſt impoſitioni: cum minus ṽo de his que remotiora conſiſtunt.**

¶ hic proſequitur ⁊ declarat. Que ſunt illa: ꝟm que aliquis eſt magis ⁊ minus: dicẽs ꝙ illa ſunt ea que ſunt in uoce: tanq̃ figurata: ideſt res ad quas uoces imponuntur ad ſignificandũ: ⁊ quia non ꝟm quamlibet rem dicitur aliquis magis uel minus: addit de numero eorum: que adueniunt accidentium: quedã ſunt ꝟm appropriationem uocis ſignificantis ſolum accidens: uel ad impoſitionem uocis ſignificatum ſolum accidens: aliquis dicitur magis ⁊ minus: ut ſtatim patet in his exemplis accidentis. ⁊ dicit ꝙ aliquis non dicitur ꝟm crementum uel diminutionem ſubiecti mobilis magis ⁊ minus: ſed dicitur mobile: quia quotidie corrumpitur ⁊ tranſmutatur: ſed tamen aliquis dicitur magis ⁊ minus de numero eorum que ſunt in uoce propinquiora uel remotiora: impoſitioni ipſius uocis. Et de iſtis dicitur magis ⁊ minus: ꝟm ꝙ propius eſt impoſitioni ipſius uocis: uel prout eſt remotius ĩpoſitioni ipſiꝰ uocis.

**¶ Ut album dicitur id in quo eſt pura albedo. quanto igiꝛ aliquis ad impoſitionem quidem uocis accidens puriori inficiꝛ albedine: tanto ⁊ candidior aſſignabiꝛ.**

¶ hic declarat per exempla album magis dicitur in quo magis prior albedo eſt: ⁊ declarat quia quando uel quanto aliquis accedit ad impoſitionem uocis: ideſt ad rem impoſitam ad ſignificandum tanto illud dicitur eſſe cã: eo ꝙ eſt impermixtꝰ nigredini.

**¶ Et puũ dꝛ qđ alijs cõparatũ a ſtature dimenſione in quantitate vincitur. quicquid igiꝛ eſt qđ in quantitatis menſura ſuperatur id continuo paruius pñũciatur: ſimilr̃ aũt ⁊ de alijs.**

¶ hic declarat differentiam inter magis ⁊ minus in quantitate ⁊ qualitate. Dictum eſt ꝙ magis dicitur in qualitate quod magis accedit ad impoſitionem uocis: modo dicitur ꝙ in quantitate: dicitur paruius qđ comparatum ad aliud dimenſionem ſtature metitur in quantitate: vnde illud quod de quantitate menſuratur: ideſt ſuperatur: paruius dicitur: ſimiliter eſt de alijs ſupple ꝙ ſuſcipiũt magis ⁊ minꝰ.

**¶ Dubitabit aũt aliquis quamobrem hec quideꝫ cum magis ⁊ minus dicantur: ſubſtantie ṽo minime.**

¶ hic mouet quandam dubitationem: quare quedã dicuntur ſuſcipere magis ⁊ minus: ⁊ quedam non. Et primo querit que ſit cauſa ꝙ ſubſtantia non ſuſcipit magis ⁊ minus.

**¶ hoc aũt contingit: quoniam ſubſtantiarum impoſitio in termino quidem eſt ultra quem tranſgredi impoſſibile eſt.**

¶ hic ſoluit: quare hoc eſt. ⁊ dicit ꝙ hoc eſt: quia impoſitio ſubſtantie in termino eſt: ⁊ ultra terminũ illũ ĩpoſſibile eſt tranſgredi.

**¶ Addiꝛ autem ⁊ de accidentibus quibuſdaꝫ que ſine magis ⁊ minus dicuntur. ut quadrangulus: ⁊ triangulus: ⁊ ſimilia: non enim quadrangulus vnus magis ⁊ minus alio dicitur. Contingit aũt quoniam in ſubſtantiarum q̃dem deſignatione accipiuntur. Etenim quadrangulus: ⁊ qualitas nuncupatur: ⁊ corpus quadrangulatum.**

¶ hic mouet aliam dubitationem: quare quedam accidentia dicuntur ꝟm magis ⁊ minus: ⁊ quedam non. naꝫ triangulus ⁊ huiuſmodi non dicuntur ꝟm magis ⁊ minus. ſoluit hoc cum dicit contingit. ⁊ dicit ꝙ hoc eſt quia huiuſmodi accidentia accipiuntur ꝟm diſpoſitionem ſubſtantie. Et ideo ſicut ſubſtantia non ſuſcipit magis ⁊ minus: vnde quadrangulus ⁊ triangulus eſt ſubſtantia.

**¶ Uel eadem que in ſuperioribus eſt rõ hoc uetat: qm̃ huiuſmodi impoſitio in termino q̃deꝫ eſt facta: ultra quẽ tranſgredi non licet.**

¶ hic corrigit ſe: ⁊ dat cauſam ueram: quare iſta accidentia non ſuſcipiunt magis ⁊ minus. Et dicit ꝙ eadẽ non notant hoc qđ ſuperius dixit: cauſa ſubſtantie terminus ſit impoſitio ultra quod non contingit tranſgredi: ſic vult dicere ꝙ impoſitio iſtorum accidentium ſit in termino: ultra quem non contingit tranſgredi.

**¶ Quemadmodum eſt in ſuperlatiuis. Eteniꝫ albiſſimus: ⁊ nigerrimꝰ ⁊ huiuſmodi: ſine magis ⁊ minus ſunt. eo ꝙ huius impoſitio in termino eſt. ultra quẽ porrigi impoſſibili eſt.**

¶ hic declarat per ſimile: dictum eſt: ꝙ ĩpoſitio iſtorum accidentium ſit in termino ultra quem non eſt poſſibile tranſgredi ſicut dicit auctor in ſuperlatiuis ut albiſſimus ⁊ nigerrimus imponuntur iſta ad ſignificanduꝫ in tali termino: ita quodꝙ impoſſibile ẽ trãſgredi: iõ nõ ſuſcipiũt magis ⁊ minꝰ nec ꝑdicta.

**Queritur** Utruz per appropinquationem
uel remotionem ad impoſitionez
uocis aliquis dicatur magis ⁊ minus? Et videtur ꝙ
non. nam impoſitio eſt in ipſa uoce: ſed appropin-
quatio ⁊ remotio non ſunt in ipſa uoce. ergo aliquis
non dicit magis ⁊ minus per appropinquationē ⁊
remotionez ad impoſitionez uocis. Itē ſecundo: im-
poſitio uocis eſt a uoluntate. Sed ꝙ aliquis dica-
tur magis ⁊ minus non eſt a uoluntate. ergo nullus
dicitur magis ⁊ minus per impoſitionez uocis. Ter
tio omnis forma naturalis eſt determinata: ſed res
que imponitur eſt forma naturalis. ergo eſt determi
nata: ⁊ per conſequens ſm appropinquationez uel
remotionez non poterit aliquis dici ſuſcipere ma-
gis ⁊ minus. Contrariuz dicit auctor in littera. ¶ Ad
hanc queſtionem dicendū ꝙ aliquis nō dicitur ma
gis ⁊ minus per appropinquationē uel remotionez
ad impoſitionem uocis: ſed per appropinquationē
ad rem ipſam ſignificatiuam uel remotionem. Nam
color qui magis accedit ad impermixtionem nigre
dinis dicitur magis albus. ¶ Ad argumenta patet
ſolutio. ¶ Ad primū dico ꝙ ꝗuis per impoſitionē
uocis in uoce aliquid non dicatur magis ⁊ minus:
dicitur tamen aliquid magis ⁊ minus: per appropi
quationem uel remotionem ad rem ipſam: quam ſi
gnificat ipſa uox per impoſitionem. ¶ Ad ſecundū
patet ſolutio: ꝙ ab impoſitione non dicitur aliquis
magis ⁊ minus. ¶ Ad tertium quando dicis ꝙ om
nis forma naturalis ⁊c. Et ita cum ipſum accidens
ſit forma naturalis non ſuſcipiet magis ⁊ minus.
¶ Dicendū ꝙ omnis forma naturalis eſt determina
ta. certe uerum eſt ad actū quē habet non tamen ad
illū quē habere poſſet ⁊c.

**Queritur** Utrum impoſitio ſubſtantie ſicut
dicit auctor fiat in termino: ultra
quem non contingit ⁊c. Et videtur ꝙ non. nam ul-
tra impoſitionē ſubſtantie: magis eſt vna ſubſtantia
ꝗ alia: ut ſubſtantia forma magis ꝗ compoſitum.
⁊ compoſituz magis ꝗ materia. ergo. ſecūdo ſic (ut
dictū fuit ſuperius:) brutuz eſt animantius arbor ⁊
homo animantior bruto. ergo cum utrūq; ſit ſubſtā
tia: videtur ꝙ ſubſtantie impoſitio non fiat in termi
no. ¶ Tertio arguitur ſimiliter de quantitate. nam
vna linea eſt magis longa ꝗ alia. ergo īpoſitio quā
titatis non eſt in termino. Contrarium dicit auctor.
¶ Ad iſtam queſtionem dicenduz ꝙ ſubſtantia po
teſt dupliciter conſiderari. vnomodo ſm ſe ⁊ abſo-
lute: uel conſiderando quantum ad nobilitatē. Con
ſiderando in ſe: ⁊ abſolute: vna non eſt magis ſub-
ſtantia ꝗ alia. ⁊ ſic loquitur auctor: ſed conſideran-
do quantum ad nobilitatem tunc vna precedit aliā
vnde lz ſpecies equaliter contineatur ſub genere ta-
men via nobilitatis vna poteſt precedere aliam ut
homo aſinum. Per hoc patet ſolutio ad obiecta.
¶ Ad primum cum dicis: ꝙ forma ſubſtantia ⁊c.
Dico ꝙ uerum eſt via nobilitatis non tamen in ſe ⁊
abſolute. ¶ Ad ſecundum cum dicis: ꝙ homo eſt
animantior ⁊c. hoc iam ſolutum eſt: ꝙ uerū eſt quā-
tū ad potētias. ¶ Ad tertiū cū dicis ꝙ vna linea ⁊c.
Dico ꝙ uerū eſt extenſiue: non autem intenſiue. ⁊ ſic
nihil eſt contra dictū auctoris ⁊c.

Subſtā bifariā ꝯſideratur

**P**oſſibile eniz ſi cōtingit nullū ſequit̃ im-
poſſibile: ꝗpropter ſi omnes puncti
componantur nullam faciunt ma-
gnitudinem. quoniam punctus pū-
cto compoſitus nil auget.

**Iſta** Pars vnomodo continuatur ad preceden-
tē ſic. Superius auctor oſtendit ſpecies qui
bus aliquid dicitur magis ⁊ minus. Alij continuāt
ſic: auctor dixit ſuperius: vnam cauſam dicendi ma-
gis ⁊ minus. hic oſtendit cauſam ſufficientez: ſm pri
mam continuationez diuiditur in tres. Primo oſten
dit magis ⁊ minus in quātitate. ſecūdo in ſubſtātia.
tertio in qualitate. ſecunda ibi [eſt aūt generatio.] ter
tia ibi [homo non muſicus.] Alij diuidunt ſm ſecū-
dam continuationem in duas. Primo facit qđ dictū
eſt. ſecundo dat generationem formarum ſubſtan-
tialium ⁊ accidentaliuz: ⁊ hec diuiditur in duas. Pri
mo facit. 5. ſecundo quia fecerat mentionez de gene
ratione oſtendit quid eſt ſubiectum generationis ⁊
corruptionis. ſecūda ibi [eſt autē.] Hec eſt diuiſio le-
ctionis. ¶ Ad primaz partem ſic procedit ꝙ triplex
eſt exceſſus: ſcilicet ſm ſubſtantiaz ⁊ ſm quantitatez
⁊ qualitatez: exceſſus ſm quantitatem: ut cum vna
linea excedit aliam in quantitate ſcilicet in longitudi
ne: exceſſus in ſubſtantia eſt ſm nobilitatem: ut ho-
mo excedit aſinum in nobilitate: exceſſus in qualita
te eſt: ut magis albus dicitur qui habet magis albe
dinez. [poſſibile.] dictū eſt immediate ante ꝙ ea que
ſunt in termino ſicut in ſuperlatiuis: illa non recipi-
unt nec magis nec minus: modo probat hoc. nam
poſſibile eſt quo poſito ineſſe nullum ſequitur im-
poſſibile: ſed ſi poſitiuus in termino ſuſcipet magis
⁊ minus ſequeretur impoſſibile. ergo impoſſibile eſt
ꝙ ſuſcipiat magis ⁊ minus: ꝙ īpoſſibile ſit: ⁊ ſeque-
retur patet. nam terminus eſt indiuiſibilis ⁊ ultra in
diuiſibile eſt impoſſibile tranſgredi. Et ex hoc con-
cludit ex quo poſitum in termino non recipit ma-
gis nec minus: quapropter: ideſt ergo ſi pūctus ad
iungitur cū puncto: nullam faciunt multitudinem.
nam ſi ex punctis fieret multitudo ut in linea. ſeque-
retur impoſſibile ſcilicet ꝙ ex indiuiſibilibus: fieret
diuiſibile: quare ſi omnes puncti iungantur magis
faciunt.

¶ **Eſt autem generatio ſimplex: ⁊ corruptio nō
congregatione uel ſegregatione athomorum.
ſed quando tranſmutatio fit ex aere ſpecifi-
cato in hoc totum. In ſubiecto enim duo ſunt
quorum hic quidem eſt ſpecies ſm rationem.
hoc autem ſm materiam. Quando igitur in
his duobus eſt tranſmutatio. generatio erit: ⁊
corruptio.**

¶ Hic intentionaliter dat generationez ſubſtantie di-
cens: ꝙ generatio ſubſtantie eſt ſimplex: ⁊ non eſt ſo
luz generatio ſubſtantie: ſed per aggregationē atho
morū: ideſt ſubſtantiarum indiuiſibilium: que in ra-
dijs ſolis apparent: ſicut dicit: de antiquis: ⁊ corru-
ptio ſimplex ex ſeparatione iſtorum: ſed generatio
ſimplex eſt quando ex aere ſpecifice fit ignis: uel ali-
ud elementum: ut quādo ſpecies aliqua mutatur in
terram: uel in aerem. Et hoc per multas alterationes
tunc eſt generatio ſimplex. ⁊ ꝙ ſimplex generatio fi
at ex tali tranſmutatione: probat cum dicit in ſubie-
cto duo ſunt. ⁊ dicit ꝙ in compoſito duo ſunt: quo-
rum alterum eſt forma: alterū materia. Et quādo in
iſtis duobus ſcilicet in forma ⁊ in materia fit trāſmu
tatio ſimplex eſt generatio ⁊ corruptio: ſed genera-
tio noue forme eſt corruptio precedētis.

¶ **Secundum ueritatem. Dicitur autem gene-
rari ſimpliciter in his magis hoc aliquid: ⁊ ſpe
cies ꝗ terra.**

¶ Hic latenter reprobat opinionem quorūdam qui

dicebant: ꝙ magis dẽ gñare terra: q̃ aqua: ⁊ aqua q̃ aer: ⁊ aer q̃ ignis. Et auctor reprobat iſtam opinionem. ⁊ hoc per rationeꝫ Ariſtotelis in libro de ſenſu ⁊ ſenſato. ꝙ econuerſo eſt dicens: quãto aliquid ſubtilius eſt ⁊ ſimplicius: dicitur magis generari. Et quia ignis eſt ſimplicior q̃ terra ideo dicitur magis generari ignis q̃ terra.

**¶ Muſicus homo corruptus eſt. homo nõ muſicus generatus eſt: homo aũt manet idẽ.**

¶ Hic dat generationem accidentis que non eſt proprie generatio: ſed ſm quid: quia proprie dicitur alteratio. Et dicit ꝙ huius generatio eſt trãſmutatio in paſſionibus: ſubiecto manente eodem: ut ſi muſica corrumpatur in hominem generatur immuſica. ⁊ homo manet ſemper. ſimiliter corruptio albi eſt generatio non albi: quia ſemper generatio vnius eſt corruptio alterius.

**¶ Siquidem igitur his paſſio non eſſet: ſm ſe muſica ⁊ immuſica. huius quidem generatio eſſet: huius autem corruptio. Ideo hominis quidem he paſſiones. hominis autem muſici immuſici generatio quedã: ⁊ corruptio. Nũc autem hominis hic manentis paſſio muſica ⁊ immuſica. Ideoqꝫ alteratio talium eſt.**

¶ Hic ꝓbat ꝙ talis generatio ſit per accidens: dicẽs ꝙ ſi muſica ⁊ immuſica non eſſent paſſio hominis ſm ſe: ideſt niſi ita eſſet huiuſmodi accidentium eſſet generatio: ⁊ tunc non maneret idem homo: ſed tamen manet. ergo patet ꝙ paſſiões: ideſt accidentia ſunt: ſed tamen dicit ꝙ bene ſit generatio hominis muſici: ſed tamen muſica ⁊ immuſica: ſunt hominis manentis paſſiones: ⁊ ideo cõcludit ꝙ non eſt generatio ſimplex: ſed alteratio.

**¶ Eſt autem yle maxime quidem ſubiectuꝫ generationis: ⁊ corruptiõis ſuſceptibile: ſed queres: quare quidem diſcens non dicitur generari ſimpliciter. ſed ſm quid generari diſciplinatum. Hec determinata ſunt in predicamentis hoc quidem hoc aliquid: ⁊ ſubſtantiam ſignificat. hoc autem quale: hoc autem quantum. Quecunqꝫ igitur non ſubſtantiam ſignificãt non dicuntur ſimpliciter ſed ſm aliquid generari. Eſt autem quod ineſt ſm naturaꝫ moueri ſurſum ut ignis.**

¶ Hic incidentaliter oſtendit quid ſit ſubiectuꝫ generationis. Et primo dicit: ꝙ ſubiectum generationis ſimplicis eſt vniuerſale: ideſt primordialis materia: que eſt tm̃ pura potentia: ſed ſubiectum generationis ſm quid: que proprie dicitur alteratio: eſt ſubſtãtia compoſita exiſtens in actu. Et q̃uis ſit diuerſitas inter generationem ſimpliciter: ⁊ generationem ſm quid: quia ſubiectum vnius eſt yle: ⁊ ſubietuꝫ alterius eſt ſubſtantia: que eſt in actu. Addit ꝙ nihil prohibet: utrãq̃ generationem eſſe in eodem: ut cuꝫ ex aere generatur ignis eſt generatio ſimplex: cum autem ignis generatur deorſuꝫ: uel mouetur in ſurſuꝫ tunc eſt generatio ſm quid: ⁊ ſic in igne iam exiſtente in actu generatur poſtmodum quoddam accidens ut moueri ſurſum: ⁊ hec eſt generatio ſm quid Et ſic terminatur ſententia totius libri ⁊ lectionis.

¶ Circa iſtaꝫ lectionem multa ſunt querẽda. primo de quodam dicto in littera. Dicit auctor ꝙ ſimplex additum ſimplici non facit maius. Contra: vnitas addita vnitati: facit numeruꝫ: ⁊ omnis numerus eſt maior q̃ vnitas. ergo ⁊c̃. Itẽ dicit Boetius quodlibet additum alteri facit maius. ergo ſimplex additum ſimplici facit ipſum maius. ¶ Dicendum ꝙ auctor bene dicit. ¶ Ad argumenta. Ad primũ dico ꝙ vnitas addita vnitati non facit maius: ſed multum: nũs eniꝫ nõ eſt magnitudo ſꝫ mł̃titudo. uel aliter dici põt ꝙ ſimplexadditũ ſimplici non facit maius ita ꝙ illud ſit vnum ſimplex: facit tñ maius ita ꝙ illud maius ſit vnum ſm quid ut aceruus lapidũ: eſt vnũ aggregatione ⁊ ſm quid: ⁊ ſimiliter vnitas. ¶ Ad ſecunduꝫ quod dicit Boetius: ꝙ quodlibet additũ ⁊c̃. Dico ꝙ Boetius intellexit de quantitatibus ⁊ nõ de alijs ⁊c̃.

**Queritur** Utrum compoſitum uel materia uel forma ſit generata? Et videtur ꝙ compoſitum ſit generatuꝫ. nam ſicut ſe habet forma ſubſtantialis ad generationem: ſic accidentalis ad alterationem: ſed forma accidentalis non alteratur ſed eſt principium alterandi ſubiectuꝫ. ergo ſubiectum alteratur. ¶ Secundo arguitur: ſic omne qd̃ generatur fit a materia preexiſtente: ſed forma non fit ex materia preexiſtente: nec etiam materia. ergo ſolum compoſitum generatur. hoc idem dicit philoſophus ⁊ commentator in primo phyſicorum: ꝙ generationis progreſſus eſt a non eſſe ad eſſe: forma eſt huiuſmodi. ergo. ſed ꝙ materia generetur ꝓbatur. nam dicit commentator ſupra primum phyſicorum: ꝙ in omni generatione oportet aliquid eſſe ſubiectum quod eſt generatum: ſed ſubiectum in generatione eſt materia. ergo ⁊c̃. ¶ Dicendũ ꝙ generatum poteſt dici multipliciter. vnomodo dicitur generatũ quod per generationem eſt completũ: ſcilicet ex materia ⁊ forma. ⁊ ſic compoſituꝫ eſt generatum. Gñatuꝫ multifariã dicit
Aliomodo dicitur generatũ: quod per motum generationis eſt tranſmutatum: ⁊ ſic materia dicitur generatũ. Aliomodo dicitur generatũ: quod per generationẽ eſt eductũ: ⁊ ſic forma eſt generata: ſiue generatũ. ¶ Ad argumẽta patet per diſtinctionẽ.

**Queritur** Utruꝫ materia prima ſit ens? Et videtur ꝙ non. nam ſolum illud eſt ens cuius anima eſt actus: uel illud quod eſt forma: uel habens formam: ſed materia prima non eſt actus alicuius: nec eſt forma nec habens formam. ergo materia prima non eſt ens uel non eſt. ¶ Secundo arguitur illud ratione cuius aliquid habet eſſe eſt ens. ergo illud per quod res habet non eſſe eſt non ens: ſed prima materia eſt hu᷒: quare illa eſt: qua poteſt res non eſſe. ergo non eſt ens.

**In oppoſitum** arguitur. ens non fit niſi ex entibus: ſicut ſubſtantia non fit niſi ex ſubſtantia: ſed omne quod ex materia fit: fit: ergo patet ꝙ prima materia eſt ens. Item ens diuiditur per ens in actu. ⁊ ens in potẽtia ſed materia eſt ens in potẽtia. ergo materia eſt ens aliter eſſet fruſtra diuiſio entis per ens in actu ⁊ ens in potẽtia. ¶ Ad hanc queſtionem dicendũ cũ querit Utruꝫ materia ꝑma ſit ens. dicendũ ꝙ duplex eſt Ens duplex
ens: ſcilicet cõpletũ ⁊ incompletuꝫ. primomodo materia non eſt ens. ſed ſecundomodo. ¶ Ad argumẽta. Ad primũ cũ dicitur ꝙ illud ⁊c̃. Dicendum ꝙ duplex eſt eſſe ſcilicet actus entis ⁊ actus eſſentie: vnde materia prima non habet eſſe actus entis: ſed habet eſſe actus eſſentie: quia habet eſſentiam que nõ eſt nihil ſed aliquid. ¶ Ad aliud dicendũ ꝙ uerum eſt ꝙ non habet eſſe completum: habet tamen eſſe incompletuꝫ: ut viſum eſt: vnde dicit commentator ꝙ illud qd̃ eſt medium inter ens actu: ⁊ nihil: ideſt nullomodo, modo ens eſt materia prima. Et hoc eſt

ens in potētia: vnde tale ens cōpetit materie prime: ⁊ non eſſe ens in actu: ſed eſſe in potētia.

**Queritur** Utrū prima materia habeat quantitatē uel extenſionē? Et videtur ꝙ ſic: quia omne quantum eſt quantum per naturā materie. ergo quantitas debetur materie: ſed omne quod habet quantitatē habet extēſionē: ſed materia ꝑma habet quantitatē (ut viſum eſt.) ergo habet extenſionē. Item omnis diuiſibilitas debetur materie: quia forma de ſe eſt indiuiſibilis: ſed nihil eſt diuiſibile niſi per naturam quantitatis: ergo quātitas ⁊ extenſio debetur materie ⁊c̄. ¶ Preterea arguitur: ſi materia non eſſet quāta: ſed ſimplex ſequeretur multas materias eſſe primas. nam in quocunqꝫ eſt aliquod ſimplex in potentia eſt ſm ſe totum: cum partes non habeat: ſi ergo materia ſimplex eſt ⁊ non quanta: in quocūqꝫ eſt ibi eſt ſm ſe totam: ſed materia poteſt ſaluari in quolibet idiuiduo. ergo eſt in quolibet indiuiduo ſm ſe totam: cū ſint plura indiuidua: ſed vnū ⁊ idem ſimplex ſm ſe totuꝫ in pluribus ſaluari non poteſt. ergo materia prima non eſt ſimplex ſed quanta.

**In oppoſitum dicit philo**ſophus in primo metaphyſice. ꝙ materia ꝑma non eſt qualis nec quanta. De iſta queſtione ſunt opiniones. Nam ſm philoſophum ⁊ Commentatorem: materia prima non eſt qualis nec quanta. Et poteſt ſic deſcribi. materia prima eſt ſubſtātia qua res omni qualitate ⁊ quantitate deeſt exiſtens in materiato: medium inter nullo modo ens ⁊ ens actu: ⁊ ſm ipſos non eſt quanta nec extenſa: ſed ſm Platonem habet quantitatem ⁊ extenſionē quod patet. naꝫ inquirendo quid eſt materia prima: dicit eſt illud quo ex vno elemento generatur alterū ⁊ econuerſo: quia materia que ſubiacet forme aeris poteſt ſbiacere forme ignis ⁊ ecōuerſo: ita ⁊ cōmunicant in materia ⁊c̄. Si intelligamus materiaꝫ iſtaꝫ a qualibet forma exutā: quia poteſt ſubiacere cuilibet forme: talis prima materia eſt receptaculuꝫ oīum formaruꝫ extenſa ſm extēſionē vniuerſi: cuius pars ſi ſit ignis cauſa: ignis eſt: ſi non facta aqua eſt ⁊ ſic de alijs elemētis: ſuſtinēdo utrāqꝫ opinionem. ¶ Ad argumenta dicenduꝫ. Ad primum cū dicis ꝙ quantitas ⁊c̄. intelligenduꝫ eſt eo modo quo habet eſſe: ſed non habet eſſe niſi in potentia. ergo nō eſt quanta niſi in potētia. Et ſic poſuit Plato. per hoc idē patet ſolutio ad aliud cuꝫ dicis diuiſibilitas debetur materie ergo ⁊ quātitas uerū eſt in potētia: ⁊ non in actu ⁊c̄. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ illud qꝺ eſt ſimplex in actu: nō eſt ſimul ⁊ ſemel ſm ſe totū in pluribus: de tali bn̄ arguis: ſed illud qꝺ eſt ens tm̄ in potentia bn̄ poteſt: ⁊ tale ens eſt materia prima: ut viſuꝫ eſt ſuſtinēdo ꝙ prima mā ſit extenſa ſm extenſionē vniuerſi. ¶ Ad auctoritatē philoſophi cū dicit: ꝙ nō eſt qualis nec quāta: uerum eſt quantitate finita: ſed ſimpliciter naturali forma adueniente ⁊c̄.

**Queritur** Utrū potentia ſit de eſſentia materie? Et videtur ꝙ ſic. naꝫ vnumquodqꝫ eſt ſcibile: eo quo eſt ens. nā ſcibile ⁊ ens cōuertunt. ſed prima materia nō eſt ſcibilis niſi per cōparationē ad formā. ergo nec eſt ens niſi per comparationē ad formam: illud aūt quod hēt comparationem ſm reſpectū ad formam potentia eſt ⁊ nō ſubſtantia. nā ſubſtantia non refertur. ergo non habet eſſe in potētia mediate: ſed imediate: quo res hēt eē ⁊ dicitur ſuba. ergo. ¶ Secūdo arguitur: ſicut ſe hēt actus ad formam: ita potētia ad mām: ſed forma eſt actus: ut patet ſecūdo de anima. ergo materia eſt potētia: ſed omne qꝺ predicatur de aliquo: affirmatiue eſt idē cum eo. ergo.

**In oppoſitum arguitur au**ctoritate Commētatoris: qui dicit ꝙ ſi potentia eſſet de ſuba materie deſtructa potētia deſtrueret materia: ſed aduenīēte forma deſtruit potētia. nam totū non remanet in rōne potētie: ſed non deſtruit materia. ergo ⁊c̄. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ potētia dr̄ dupliciter. nam potētia dicitur quedā habitudo ſiue relatio materie ad formam: ⁊ ſic accipiendo potētia nō eſt de eſſentia materie: ut dicit cōmentator: ſed ſi dicat ut ꝓpꝫe ꝙ iſta materia in qua fundat talis habitudo uel relatio: ꝙ ſit potentia: pōt dici ꝙ talis ſi de eſſentia: ſed primo mō ꝓprie accipit potētia ⁊ nō eſt de ſuba materie. ¶ Ad argumēta. Ad primū dicēdū ꝙ mā habet duplex eē actus. ſ. actus exiſtie eſt actꝰ eſſentie. ꝑmū eē hēt mā per formā: ⁊ hoc mediāte ſua potētia. ⁊ nō nā ꝓpria. ⁊ tn̄ eſſe eētie hēt ꝑ nām ꝓpriā ⁊ nō per ſuā potentiā. ⁊ ita nō eſt mā mediāte ſua potentia. ⁊ per relationē ad formā: ſed per nām ꝓpriam. ⁊ ita pꝫ ꝙ prima mā nō hēt eſſe eētie per potētiā: qre nō ualet. ¶ Ad 2m dicēdū ꝙ actꝰ dr̄ mltiplr̄. vnomō dr̄ actꝰ: qui rē facit in actu. ⁊ ſic actꝰ eſt forma. Aliomō dr̄ actus: relatio forme ad mām ⁊ ſic forma nō eſt actus: ſimilr̄ potētia dr̄ multiplr̄. vnomō dr̄ relatio materie ad formā. ⁊ ſic mā nō eſt potētia. aliomō dr̄ potētia nā: ſup quā fundat talis rō: ⁊ ſic mā eſt potētia: cū ergo dr̄ ſicut ſe hēt actꝰ ad formā uerū eſt ſi forma nominet eē actu ⁊ potentia mām: que eſt ſubiectuꝫ rlōni: ſicut mā eſt ad formā. Nam hoc mō ſicut forma eſt actus: ſic materia non eſt potentia. ⁊ ſic non loquitur hic de potentia: ſi tā accipiatur actus pro relatione forme ad materiam: tūc eſt ſimile: ſed minor falſa eſt: quia hoc modo forma nō eſt actus.

Potētia dupl̄r dr̄

**Queritur** Utrum in gn̄atione illud ex quo aliud gn̄atur totum corrumpat? Et videtur ꝙ non. nam ſi totū corrumperet nihil remaneret: ſed remanet mā. ergo non totuꝫ corrumpitur. ¶ Secūdo ſic: ſi ex aere fit ignis ⁊ totus aer corrumpitur: annihilabit aer: ſed aer non annihilabit. Nam qꝺ ſemel non eſt nihil eſſe pōt. ergo totuꝫ non corrumpitur. Contrariuꝫ dicit auctor cuꝫ in hoc totū reſoluatur. ¶ Ad euidentiā iſtius queſtionis. Notanda eſt differētia inter gn̄ationem ⁊ creationem: quoniā creatio eſt ex nihilo agere aliquid: ⁊ hoc ꝑtinet ad deum: ſed gn̄atio eſt ex aliqua materia preexiſtēte. ⁊ ideo oportet ꝙ mā remaneat ⁊ illa materia diſpoſita noua forma introducat. Unde aere in tm̄ ſpecificato ⁊ rarefacto ⁊ diſpoſito ꝑ calorē ignis ꝙ forma aeris non poſſit ſaluari in ea: in eodem inſtanti nullo tempore medio deſtructa forma aeris: in materia aeris introducit forma ignis. Per hoc patet ſolutio ad argumenta: ꝙ remanet aliquid ut materia non in actu: ſed in potentia in qua materia introducet talis forma. ¶ Ulteriꝰ debes notare dr̄aꝫ inter gn̄ationem ⁊ alterationem: generatio enim fit ex aduentu forme ſubſtantialis alicui non exiſtēti in actu. Alteratio fit ex aduentu forme accidētalis alicui exiſtēti in actu. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ generatio vno

mō dicit alteratione ⁊ diſpōnez materie per qlitates per q̄s fit alteratio anteq̄z forma ſubſtātialis iducat. ⁊ ſic eſt motus: q2 illa fit in tempore. Aliomodo ſumit̄ ꝓ inductione ⁊ introductione inſtantanea: ⁊ ſic generatio non eſt motus: ⁊ ſic ſumitur proprie: nec eſt motus ſed mutatio.

¶ Explicit Expoſitio domini Egidij Romani in librum Sex principiorum Gilberti porretani.

## ¶ Incipit liber primus periermenias Ariſtotelis cum expoſitione domini Egidij Romani.

**PRimum oportet conſtituere quid ſit nomen: ⁊ quid uerbum. Poſtea quid eſt negatio: ⁊ affirmatio: ⁊ enunciatio: ⁊ oratio.**

Triplex ē opatio intellꝰ

SEcundum ꝙ uult philoſophus tertio de anima. triplex eſt operatio ītellectus Una eſt ſimpliciū q̄diditatū apprehēſio. Secūda apprehēſaruz compoſitionuz. Tertia diſcurſus ad concluſiones. De his que pertinent ad primam operationem. ſ. de ſimplicibus quiditatibus determinat̄ in libro predicamentoꝝ. De his que ad ſecūdā pertinent determinatur in libro iſto. De his que ad tertiā pertinēt determinatur per totaz logicā nouam. Sic patet: ꝙ iſte liber imediate debet ordinari poſt librum predicamentoꝝ. Ideo cōtinuatur ſic. Superius determinatū eſt de ſimplicibꝰ q̄diditatibꝰ. Hic intēdit determinare de cōpōne ſimpliciū quiditatū: ſcilicet de enūciatione ſiue iterpretatione. Et in hoc patet ſubiectū huius libri. ſ. interpretatio. Unde periermenias eſt nomen grecum. ⁊ dicitur a peri: quod eſt de. ⁊ ermenias quod eſt interpretatio: quaſi liber de interpretatione: quia greci addunt prepoſitionē genitiuo cū careant ablatiuo. ¶ Et ſi obiciat̄ iterpretatio eſt locus dialecticꝰ. ergo non eſt ſubiectum in hoc libro. ¶ Dicendum ꝙ locus dialecticus eſt prout vnum nomen exponit̄ per alia nomina: ut phs per hoc qđ eſt amator ſapientie

Obo Solo

ſed in hoc libro eſt ſubiectuz prout eſt idem qđ enūciatio. Unde neq̄z nomē per ſe: neq̄z uerbum dicitur interpretatio que ſunt partes interpretationis: ⁊ interpretatio idē eſt qđ enunciatio. His viſis ad diuiſionez libri accedamus. ¶ Diuidit̄ aūt in duo: ſcilicet in prohemiū ⁊ tractatuz. ſecunda ibi [Sunt aūt.] Prima in duo uel in tria. Primum ponit prohemium quantū ad partes materiales. ſecundo quantum ad partes ſubiectiuas. tertio quantuz ad ſubiectum. ſecunda ibi [poſtea quid ſit negatio.] tertia ibi [⁊ enūciatio ⁊ orō.] Illa pars [ſunt aūt.] habet duo. primuz facit tractatum de ſignificatione uocū. ſecundo proſequitur uoce ſignificatiua. ſecunda ibi [nomē.] Prima in duo. primo ponit ſignificationē uocum. ſecundo dat differentiam ſignificationis uocum. ſecunda ibi [eſt aūt quemadmoduz.] Prima in duo. primo ponit ſignificationē uocum. ſecundo oſtendit qualis ſignificatio eſt illa. ſecunda ibi [Quemadmodum neq̄z littere.] Secūda in tria. nā primo ponit ⁊ oſtendit qualis ſignificatio eſt illa. ⁊ dicit ꝙ uoces nō ſūt eedem apud omnes. Secūdo dicit ꝙ ſimilitudines ⁊ res ſunt eedem apud omnes. Tertio remouet dubium. ſecunda ibi [Quoruz autem he.] tertia ibi [de his quidem.] Sequitur illa pars [eſt autez.] ⁊ habet duo. Primo ponit differentiam inter ſignificatiōes uocuz penes intellectum. ſecundo manifeſtat illā differentiam. ſecūda ibi [Circa compoſitionē.] Hec ſecūda in duo. Nam primo manifeſtat quod dixit de intellectu. ſecundo quātum ad hoc qđ dixit de uoce. ſecunda ibi [Nomina ergo.] Hec ſecūda in duo. Nā primo manifeſtat de uoce. ſecundo declarat hoc per ſignū. ſecunda ibi [Huiuſmodi autem ſignuz.] Hec eſt diuiſio lectionis ⁊c̄. ¶ In prima parte ponit auctor prohemium. Item nota: ꝙ primū dicitur dupliciter. vnomodo primū dicitur illud ante quod nihil eſt: ⁊ ſic ſolus deus eſt primus. Aliomodo primū in quo genere: ſcilicet poſt quod eſt aliquid: ⁊ ſic capitur hic. ꝓponit ergo auctor in prohemio illa de quibus intendit poſtea determinare. ſ. ſubiectum ⁊ partes ſubiecti. Et ideo primo dicit auctor ponēdo prohemium quantū ad partes materiales dicens: ꝙ oportet: ideſt conuenit primuz conſtituere: ideſt diffinire quid nomen quid uerbū. Et poſtea quantum ad partes ſubiectiuas quid eſt affirmatio ⁊ negatio. Nam hec ſunt ſpecies enunciationis. Ideo dicuntur partes ſubiectiue: poſtea quid enunciatio que eſt ſubiectum. poſtea quid oratio que eſt genus ſubiecti.

Primū bifariam dicitur

**¶ Sunt ergo ea que ſunt in uoce earū que ſunt in anima paſſionum note.**

¶ Notādū dicit expoſitor: ſi animal eſſet ſolitarium ſuffeciſſent ſibi paſſiones animi: ſed quia eſt animal ſociale per naturā indiguit uocibus: ut alijs exprimeret mētis cōceptū. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ ſi homo uteretur ſola cognitione ſenſitiua que eſt hic ⁊ nunc: ſuffeciſſent ſibi uoces. ſ3 q2 ipſe utit̄ cognitiōe ītellectiua que abſtrahit̄ ab hic ⁊ nunc. nā homo eſt ſolicitus non ſolū de preſentibus: ſed etiam de abſentibus ⁊ futuris: ideo indiguit uſu ſcripture: ut abſentibus ꝑ ſcripturam notificaret mentis conceptum. ¶ Ulterius nota ꝙ illa quatuor nomina: ſcilicet paſſio: ſimilitudo: intellectus: ⁊ conceptus idem penitus ſignificant: ſed a diuerſis proprietatibus imponūtur. nā ſimilitudo rei prout imprimitur per quandam impreſſionem in anima dicitur paſſio: non prout eſt rei abiectio: ſed ꝓut eſt rei perfectio: ⁊ ſimilitudo dicit̄ per comparationem ad rez cuius eſt ſimilitudo: ſed prout eſt in intellectu dicitur intellectus: prout ab eo apprehenditur dicitur conceptus. ¶ Ulterius nota ꝙ illa quatuor ſe habent per ordinem littere uoces: ſimilitudines: ⁊ res: littere ſunt note uocum: ⁊ uoces ſunt ſignificate a litteris: ⁊ ſunt ſigna paſſionum: paſſiōes ſunt ſignate a uocibus: ⁊ ſunt ſigna rerum ⁊ res ſunt ita ſignate: ꝙ non ſunt ſigna. Modo his notatis ecce ſententiam. Dixerat eſſe determinādum de nomine ⁊ uerbo: que ſūt uoces ſignificatiue. ergo debet exponere ſignificationem uocū: ⁊ ꝓpter hoc concludendo dicitur illatiue ex predictis: ꝙ ea que ſunt in uoce: ideſt quedam uoces ſunt note: ideſt ſigna paſſionū que ſunt in anima.

Cur uox hoi data ſit

Et cur hō ſcriptura indigeat

**¶ Et ea que ſcribuntur: earū que ſunt in uoce.**

¶ Illa littera legit̄ duobus modis. Unomodo ſic ad manifeſtandum per ſimile. Dictum eſt: ꝙ uoces ſunt note paſſionum. ita ponit ſimile ſicut ea que ſcribuntur: ideſt littere ſunt note uocum. Aliomodo ꝓprie in ſcripto dicitur elementata in prolatione: di

cimus ꝙ continuando orationem ſignificationis intendit ꝙ ſicut uoces: idest nomina ⁊ uerba: que ſunt in prolatione ſunt ſigna paſſionum: que ſunt in anima: ſicut ea que ſcribuntur: idest nomina ⁊ uerba que ſunt in ſcripto ſunt ſigna eorum que ſunt in uoce: idest uerborum ⁊ nominum que ſunt in prolatione. Et nota: quare dicit ea que ſunt in uoce: ⁊ nō dicit uoces. Quomodo dicitur ꝙ dicit ea que ſūt in uoce: ad denotandum concluſionem particularem: ſcilicet ꝙ quedam uoces ſignificant ⁊ non omnes. Aliomodo dicitur ex quo eſt uox in mēte in ſcripto in prolatione: ut appropriet dictū ſuū dicit ea que ſunt in uoce: idest uoces que ſunt in prolatione ſunt ſigna paſſionum. Aliomodo dicitur ea que ſunt in uoce: idest nomen ⁊ uerbum: que ſunt in ipſa uoce ſignificatiua: ſicut res artificialis eſt in re naturali: ſicut lectus in ligno: ita nomen ⁊ uerbum que ſunt in uoce ſicut res artificialis in naturali ſunt ſigna paſſionum que ſunt in anima ⁊c̄.

**Et quemadmodum nec littere omnibus eedem: ſic nec eedem uoces.**

Hic oſtendit qualis eſt ſignificatio uocis: ſcilicet ꝙ eſt ad placitum ⁊ non a natura: ⁊ intendit talem rationem. Illud quod eſt a natura eſt idem apud omnes ſed uoces non ſunt eedem apud omnes: ſicut neqꝫ littere: ergo uoces non ſignificant naturaliter: ſed ad placitum. Et dicit expoſitor ꝙ probat de uocibus ꝙ non ſint eedem per ipſas litteras. nam de litteris nullus dubitauit ꝙ eſſent eedem apud omnes. nam eorum formatio eſt per artem: ſed de uoce cum naturaliter formata ſit dubitauerunt: utrum naturaliter ſignificaret. Et hoc probat per ſimilitudinem litterarum ꝙ non ſint eedem apud omnes: quia ſicut littere non ſunt eedem omnibus: ſic neqꝫ uoces eedem. Quedam uoces ut ille que naturaliter ſignificantur ſunt eedem.

Uocum quedam ſūt eedeꝫ apd oēs: quedam non.

**Quorum autem he primorum ſunt note: eedem omnibus anime paſſiones ſunt: ⁊ quorū he ſimilitudines: res etiam eedem.**

Poſtꝗ̄ dixit ꝙ uoces non ſunt eedem: modo dicit ꝙ paſſiones in anima ſunt eedem apud omnes. Naꝫ idem eſt aſinus apud nos ⁊ apud grecos: ſimiliter ⁊ ſimilitudo aſini eſt eadem. Conſtrue ſic: aut pro ſed: paſſiones anime ſunt eedem omnibus quorum: id eſt quarum primarum paſſionum he: ſcilicet uoces ſunt note: ⁊ res etiam ſunt eedem omnibus: quoruꝫ idest quarum rerum he: ſcilicet paſſiones ſunt ſimilitudines. Contra hoc arguitur: ꝙ paſſiones non ſunt eedem omnibus. nam per vnam orationem diuerſi poſſunt habere diuerſas ſententias: hoc ſoluit Boetius. Et dicit ꝙ Ariſtoteles uocat paſſionem ſimplicem conceptum qui habetur per dictionem vnā: ⁊ non per orationem. Sed ulterius contra hoc arguitur. Nam vna dictio ſicut canis poteſt conſtituere intellectum pro diuerſis paſſionibus: ⁊ ſic non erit paſſio eadem apud omnes. Et ad hoc dicit expoſitor ꝙ philoſophus non intelligit ponere idētitatem ſimilitudinis ex parte uocis: ſed ex parte ipſius rei. Unde non intelligit auctor quin ex vna uoce poſſint diuerſa concipi: ſed intelligit ꝙ ſicut eſt eadem res apud omnes: ſic ſimilitudo ipſius rei eſt eadeꝫ apud omnes: nam ſicut aſinus eſt idem apud omnes: ita ⁊ ſimilitudo aſini eſt eadem apud omnes.

Dubiū

Solutio Boetij.

Solutio B. Tho.

**De his quidem igitur dictuꝫ eſt in his que dicta ſunt de anima: alterius enim eſt negocij.**

Hic remouet dubium. Crederet aliquis ꝙ ipſe uellet determinare de iſtis paſſionibus. Et dicit ꝙ in libro de anima determinatum eſt de iſtis bene: alterius eſt negocij ꝗ̄ preſentis.

**Eſt autem quemadmodum in anima aliquoties quidem intellectus ſine uero uel falſo. aliquoties autem cui iam neceſſe eſt horum alterum ineſſe: ſic etiam in uoce.**

Hic philoſophus ponit differentiam ſignificationis uocum: ⁊ quia ſimilitudines ſunt preambula ad uoces ex diuerſitate ſimilitudinum dat diuerſitatem ipſarum uocum ⁊c̄. Notandum (ut primo dictuꝫ eſt) duplex eſt operatio intellectus ſimplicium quiditatum apprehenſio: ⁊ illa eſt ſine uero ⁊ falſo: ut cum aliquis intelligit hoīeꝫ. Alia operatio eſt ſimplicium quiditatum compoſitio: ⁊ tunc neceſſe eſt alterum eſſe ibi: ſcilicet ueritas uel falſitas: ut ſignum reſpondeat ſignato: oportet ſic eſſe in uoce: ut quidam ſint ſine uero ⁊ falſo: ⁊ quedam cum uero ⁊ falſo.

**Circa compoſitionem enim ⁊ diuiſionem eſt falſitas ueritaſqꝫ.**

Hic manifeſtat quantum ad hoc quod dixit de intellectu: ſcilicet ꝙ intellectus aliquando eſt ſine uero ⁊ falſo: aliquando cum uero ⁊ falſo. Et uidendū (ut dictū) ꝙ duplex eſt operatio intellectus. Una eſt ſimplicium apprehenſio. Alia eſt apprehenſarum compoſitio. Unde dicit philoſophus circa iſtam ſecūdā operationem: ſcilicet circa compoſitionem uel diuiſionem conſiſtit ueritas uel falſitas: relinquendo ꝙ circa primam operationem non conſiſtit ueritas uel falſitas. Et eſt compoſitio quando intellectus comparat vnum conceptum alteri apprehendens idētitatē rerum quarum ſunt conceptus. Et hoc poteſt eē uere ut homo eſt animal: uel falſe: ut homo eſt aſinus. Diuiſio poſtꝗ̄ intellectus comparauit vnum conceptum alteri apprehendens diuerſitatem rerum quarum ſunt conceptus: ⁊ hoc uel falſe uel uere: ut homo non eſt aſinus. falſe: ut homo non eſt animal. ⁊ ſic circa diuiſionem ⁊ compoſitionem conſiſtit ueritas uel falſitas: ſicut declaratū eſt in utraqꝫ ut patuit.

**Nomina igitur ipſa: ⁊ uerba conſimilia ſunt ſine compoſitione uel diuiſione intellectui: ut homo: uel album: quando non additur aliqd. Neqꝫ enim adhuc uerum uel falſum eſt.**

Hic declarat illud quod dixit ex parte uocis. Unde concludit ex predictis ꝙ ſolum circa compoſitioneꝫ uel diuiſionem conſiſtat ueritas uel falſitas in intellectu: ex hoc ſequitur ꝙ nomina ⁊ uerba diuiſim accepta que aſſimilantur ipſi intellectui qui eſt ſine compoſitione ⁊ diuiſione non ſignificant uerum ⁊ falſuꝫ ut homo: uel legit: niſi addatur eſſe uel non eſſe: nam tunc ſignificant uerum uel falſum. neqꝫ eſt obiectio ſi dicam: quis natat in equore? piſcis: qꝛ piſcis non facit pfectaꝫ orationem niſi per reſpectum ad uerbum primo poſitum: neqꝫ de uerbis prime uel ſecunde perſone: quia ibi intelligitur determinatum ſuppoſitum: ut ego: tu.

Solutio obiectionis tacite

**Huius autem ſignuꝫ eſt: hircoceruus enim ſignificat aliquid: ſed quod nondum uerum uel falſum ſit: ſi eſſe uel non eſſe non addatur: uel ſimpliciter: uel ſcḋm tempus.**

Hic auctor ꝓbat per ſignuꝫ ꝙ noīa ⁊ vba diuiſim ſumpta nō ſignificent uerū uel falſum. Et pōt formari talis rō. Si illud qḋ magis videt̄ ineſſe ⁊ nō ineſt: neqꝫ illud quod minus: ſed magis videretur ꝙ ſi aliquod

nomen ſignificaret uerum uel falſum: hoc eſſet nomē compoſitum: ſed tamen nomen compoſitum ut hircoceruus bene ſignificat aliquid: ſed non uerum uel falſum: niſi addatur eſſe uel non eſſe: uel ſimpliciter ſm preſens tempus: qđ eſt eſſe actu uel non actu. Et hoc dicit eſſe ſimpliciter uel ſm tempus preteritum uel futurum: quod non eſt tempus ſimpliciter: ⁊ in actu: ſed ſm quid ⁊ in potentia ⁊ in ſucceſſione ut aliquid fuiſſe uel fore: ideo dicit ſimpliciter uel ſm tempus.

**Circa** principium huius libri videtur ꝙ male faciat auctor: nam vult philoſophus in libro poſteriorum. de ſubiecto oportet preſupponere quid eſt: ⁊ quia eſt: ⁊ de partibus eius. Et ipſe dicit in principio: ꝙ oportet cōſtituere quid ſit nomē. ¶ Secundo arguitur: a grāmatico determinatur de nomine ⁊ uerbo: ergo videtur ꝙ a logico non debeat determinari. ¶ Tertio arguitur. in libro predicamentorum determinatur de nomine ⁊ uerbo: que ſignificant ſimplices quiditates: quare videtur ꝙ hic non debeat de eis determinari. ¶ Quarto arguitur naꝫ ipſe non determinat de alijs partibus orationis: quare videtur ꝙ nec de nomine debeat determinare ¶ Preterea videtur ꝙ male faciat: qꝛ plus dicit qđ ſit negatio. ꝙ̃ dicat quid ſit affirmatio. nam habitus deberet priuationem precedere: ſed affirmatio eſt habitus: negatio priuatio: ergo ⁊c̄. ¶ Preterea oratio eſt prior enunciatione cum ſit genus eius: quare videtur ꝙ prius debeat determinare quid ſit oratio: poſtea quid enunciatio cum a cōmunioribus ſit incipiendum. ¶ Oppoſitum autem facit: quare videtur ꝙ male faciat. ¶ Item ſicut dicit quid ſit oratio: ſic debet dicere quid ſit uox. Nam ſicut oratio eſt genus ad enunciationem: ita uox ad orationeꝫ. ¶ Preterea ſicut enunciatio diuiditur per affirmatiuaꝫ ⁊ negatiuam: ita per cathegoricam ⁊ ypotheticam. quare videtur ꝙ debeat dicere quid cathegorica ⁊ quid ypothetica. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ auctor bene facit. Unde notandum ꝙ aliquid dicitur conſtitui dupliciter: ſcilicet aut quantum ad cognitionē: aut quātum ad eſſe. quando ipſe philoſophus dicit ꝙ oportet de ſubiecto preſupponere quid eſt: ⁊ quia eſt: uerum eſt quantum ad eſſe: non tamen quantuꝫ ad cognitionem. immo ſcientia debet tradere cognitioneꝫ ſubiecti ⁊ partium ⁊ paſſionum. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ aliomodo determinat grammaticus de nomine ⁊ uerbo: ⁊ aliomodo determinatur hic. grāmaticus determinat de nomine ⁊ uerbo quantuꝫ ad ſignificationes: inquantum faciunt congruam uel incongruam ſententiam. logicus vō quantum ad ſignificata: ex qbus cauſatur ueritas ul' falſitas. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ aliter determinatur hic de nomine ⁊ uerbo: ⁊ aliter in libro predicamentorū: ⁊ aliter in libro priorum. in libro predicamentoru determinatur de ipſis abſolute prout ſignificāt ſimplices quiditates: ut ſubſtantie: quantitas: ſed hic determinatur de eis prout ſunt partes enunciationis. ſed in libro priorum determinatur de eis ut ſunt partes ſillogiſmi: quia poteſt ſillogiſmus terminari in nomen ⁊ uerbum: in ſubiectum ⁊ predicatum. ⁊ ita determinatur ibi ſub ratione termini de nomine ⁊ uerbo. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ ipſe non debuit hic de alijs partibus minus principalibus determinare: cum ex ipſis non cauſetur ueritas uel falſitas: ſed tamen ſub uerbo comprehendit participium: quia cōſignificat tempus: ſicut uerbuꝫ: ⁊ ſub nomine comprehēdit pronomen quia multotiens ponitur loco proprij nominis ⁊ tantūdem pene ſignificat. ¶ Ad aliud de negatione ⁊ affirmatione. Soluitur vnomodo ꝙ in iſtis que habent eſſe ⁊ non eſſe prius eſt non eſſe ꝙ̃ eſſe: ideo prius dixit quid negatio. Alij dicunt ꝙ hic incipit de partibus: ⁊ quia negatio magis accedit ad naturam partis ꝙ̃ affirmatio. nam negatio dicit diuiſionem ⁊ affirmatio compoſitionem: ideo dixit pmo quid negatio. Aliter dicitur ꝙ affirmatio ⁊ negatio ſunt ſpecies enunciationis: ideo poteſt ita vna bene preponi ſicut ⁊ alia. ¶ Ad aliud quādo primo dicit quid ſit enunciatio ꝙ̃ oratio: quia incipit hic ponendo prohemium a partibus: ⁊ enunciatio eſt pars orationis: ⁊ cum oratio ſit genus idem eſt. ¶ Ad aliud cum dicis: quare non dicit quid ſit uox? Certe dicit expoſitor: quia conſideratio de uoce pertinet ad naturalem philoſophuꝫ: ut patet ſecundo de anima. ideo ipſe non poſuit hic quid ſit uox. ¶ Ad aliud: quare non dicit quid ſit cathegorica: ⁊ quid ypothetica. Ad hoc dicendum eſt ut dicit expoſitor ꝙ iſte liber immediate ordinatur ad libros ſcientie demonſtratiue: in quibus requiritur ueritas abſoluta ⁊ non conditionata: ſed propoſitio ypothetica non dicit ueritatem abſolutam ſed conditionatam: ut ſi dicaꝫ: ſi ueneris ad me dabo tibi equum: ideo in iſto libro non determinat quid ypothetica. Alij dicunt nihil aliud eſt ypothetica ꝙ̃ due cathegorice: vnde non differūt in ſpecie: ergo qui tractat de partibus: tractat ⁊ de toto. ergo.

Grāmaticꝰ ⁊ logicꝰ diuerſa rōne ꝺ noie cōſiderant.

**Nomen ergo eſt uox ſignificatiua ſm placitum: ſine tempore: cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata.**

**Superius** philoſophus dixit de ſignificatione uocum. hic proſequitur de uoce ſignificatiua: ⁊ habet duas. Primo determinat de partibus enūciationis. Secundo determinat de ipſa enunciatione. Secūda ibi [Enunciatiua.] Prima in duas. Primo determiat de principijs materialibus ipſius enunciationis. Secundo de principio formali. Secunda ibi [Oratio.] Prima in duas. Primo determinat de nomine. Secundo de uerbo. Secunda ibi [Uerbum.] Prima in duas. Primo diffinit nomen ⁊ declarat diffinitioneꝫ Secundo remouet quedam a natura nominis. Secunda ibi [Non homo.] Prima in duas. Primo diffinit. Secundo declarat. Secūda ibi [In nomine.] Hec ſecunda in duas. Primo declarat hanc parteꝫ [cuius nulla pars.] Secundo hanc partem [ad placitū.] Secunda ibi [Secundum vō placitum.] Prima in duas. Nam primo declarat ꝙ partes nominis nō ſignificant ſeparate. Secundo comparat partes nominis compoſiti ad partes nominis ſimplicis. Secūda ibi [At vō quemadmodum.] Illa pars [nō homo.] habet duas. Primo remouet nomen infinitum. Secundo nomen obliquum. Secunda ibi [catonis.] Hec ſecunda in duas. Primo remouet nomen obliquum. Secundo comparat ipſum ad nomen ſuperius diffinitum. Secunda ibi [Ratio autem.] Hec in duas. Primo comparat penes conuenientiam. Secūdo penes differentiaꝫ. Secunda ibi [Sed differūt.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primam partem ſic procedit Notat hic expoſitor ꝙ diffō uocat terminꝰ: ſm phꝫ in libro poſterioꝝ. nā ſicut terminꝰ ꝯtinet illō qđ eſt de pprio: ⁊ dimittit illō qđ eſt de alieno: ita diffinitio

debet continere illud quod eſt de eſſentia diffiniti: ⁊ dimittere illud quod eſt extra eſſentiam diffiniti: ⁊ ideo philoſophus in diffinitiõe nois quinque ptes poſuit: ut per illas differret nomen ab omnibus aliis: ⁊ ideo ponitur ibi uox pro genere: ⁊ per hoc remouentur ſoni qui non ſunt uoces: ⁊ addit ſignificatiua: ut per hoc remoueantur uoces non ſignificatiue: ſiue ſint illitterate ⁊ iarticulate: ut ſibilus pro nihilo factus: ſiue litterate ⁊ inarticulate ut buff. ſed additur ad placitũ per quod differt a uocibus ſignificatiuis naturaliter: ſed additur ſine tempore ad differẽtiam uerbi: ⁊ cuius nulla pars ⁊c. ponitur ut per hoc remoueatur nomẽ ab oratione. ⁊ ſic eſt declarata diffinitio nominis.

**¶ In nomine enĩ quod eſt equiferus: ferus nihil per ſe ſignificat: quemadmodum in oratione que eſt equus ferus.**

¶ Hic declarat diffinitionem quantum ad ultimã partem: ſed nec primam nec ſecundam declarat: ſcilicet uox: ⁊ ſignificatiua: quia ſuperius declarauit nec declarat illam partem ſine tempore: nam illam partem declarabit in capitulo de uerbo: ⁊ ita hic ſolũ declarat duas partes: ſcilicet cuius nulla pars: ⁊ poſtea ad placitum: declarat ergo primo ꝙ partes nominis ſeparate nihil ſignificant: ⁊ intendit hoc probare per locum a maiori ſic. Si illud quod magis videtur ineſſe ⁊ non ineſt: nec illud quod minus: ſed magis videretur ꝙ partes nominis ſignificarent: ſcilicet compoſiti q̃ alterius: ſed tales partes ſeparate nihil ſignificant: ergo partes nominis ſeparate nihil ſignificant ⁊ declarat hoc in hoc nomine equiferus: quia ferus ſm ꝙ eſt pars huius nominis non ſignificat: ſicut ⁊ in iſta oratione equus ferus: ⁊ eſt cõpoſitũ ex equo ⁊ ferus. ⁊ dicitur in greco tragelaphꝰ: a trochos qđ eſt hircus: ⁊ laphus ceruus: unde hircoceruus. ¶ Et
Q̃re ꝙ ptes nois ſepate nõ ſignificẽt
nota ut dicit expoſitor: quare partes nominis ſeparate nihil ſignificant: quia ſicut forma non poteſt ſaluari in qualibet parte illius cuius eſt forma: ut anima hominis non ſaluatur in manu uel in pede: ita ſignificatum non poteſt ſaluari in vna parte ipſius nominis: niſi in omnibus ſimul ſumptis: nec tamen intelligas ꝙ ſignificatum ſit forma: ſed ſe habet ſuo modo ſimiliter.

**¶ At vº non quemadmodum in ſimplicibꝰ nominibus: ſic ſe habet ⁊ in compoſitis. In illis enim nullomodo pars ſignificatiua eſt. In his autem vult quidem: ſed nullius eſt ſeparata: ut in eo quod eſt equiferus: hoc qđ eſt ferus.**

¶ Hic comparat partes nominis compoſiti ad ptes nominis ſimplicis penes differentiam. ⁊ dicit ꝙ ſicut eſt in ſimplicibus nominibus: ita non eſt in compoſitis. nam in ſimplicibus partes nullomodo ſignificãt neqꝫ ſm virtutem neqꝫ ſm apparentiam: ſed in compoſitis multum quidem: idest multum .ſ. habent apparentiam ꝙ ſignificent: ⁊ tamen non ſignificant. Et notat hic expoſitor: ꝙ nomen compoſitum non eſt oppoſituꝫ a conceptione ſimplicis: ſed eſt impoſitũ a conceptione compoſita: ſicut hoc nomen lapis impoſitum eſt a leſione pedis: tamen ſimplicem conceptum ſignificat. Et ideo quia nomen compoſitũ imponitur a conceptione compoſita: videtur ꝙ eiꝰ partes ſignificent: ſed non faciunt. ſed in ſimplicibꝰ non videtur. nam ſicut nomina ſimplicia imponũtur ad conceptionem ſimplicem: ⁊ ita a conceptione ſimplici: ⁊ ita non videretur eius partes ſignificare: ⁊ ita aliud eſt a quo imponitur nomen ad ſignificandum in nominibus compoſitis: aliud ad quod imponitur. naꝫ imponitur ad conceptum ſimplicem: tamen a conceptu compoſito: ut dictum eſt: ſicut eſt aliud a quo: ⁊ aliud ad quod.

**¶ Secundum vº placitum: quoniam naturaliter nominum nihil eſt: ſed quãdo fit nota. Nã deſignant ⁊ illitterati ſoni: ut ferarum: quorũ nihil eſt nomen.**

¶ Hic declarat hanc partem: ꝙ nomen ſignificat ad placitum. Unde dicit: ꝙ ideo dictum eſt: ꝙ nomen ſignificat ſm placitũ: quia nomen nihil naturaliter ſignificat: idest nullũ nomen ſignificat naturaliter: ſed quando fit nota uel ſignum: idest ſignificat ab impoſitione: ſcilicet ad placitum: vnde ſic poſſemus formare rationem. omne illud quod ſignificat: aut ſignificat a natura: aut ad placitũ: ſed nullũ nomen ſignificat naturaliter: ergo patet ꝙ nomẽ ſignificat ad placitum. Et declarat ꝙ nomen non ſignificet naturaliter: nam ſoni illitterati ſignificant aliqđ: qui ſoni ſunt ipſarũ ferarũ: ⁊ nullus iſtorũ ſonoꝝ eſt nomẽ: lupus enim bene poteſt alijs lupis exprimere aliquod fugibile uel delectabile. Et dicit notanter ſoni ⁊ non uoces: quia quedam animalia pulmone carentia non habent uoces: ſed exprimunt ſuos conceptus mediãtibus quibuſdam ſonis. Et nota ꝙ ſoni iſtarum ferarum non ſunt nomina prout proferuntur ab illis animalibus: ſed bene poſſunt illis ſonis eſſe nomina impoſita: ut rugitus reſpectu leonum: ⁊ mugitus bouũ.

**¶ Non homo vº non eſt nomen. At vº nec poſitum nomen eſt ei: quo illud oporteat appellare. Neqꝫ enĩ oratio: neqꝫ negatio eſt. ſed ſit nomen infinitum: quoniam ſimiliter in quolibet eſt: ⁊ quod eſt: ⁊ quod non eſt.**

¶ Hic excludit quedam a ratione nominis: ⁊ dicit ꝙ non homo non eſt nomen: ⁊ ſtatim remouet dubiũ. Nam dubitaret aliquis quomodo debeat appellari poſtq̃ non eſt nomen? Dicit ꝙ ei non eſt nomen impoſitũ: uerum eſt tempore ſuo non erat nomen impoſitum. neqꝫ poteſt dici negatio: idest oratio negatiua. nam dicit expoſitor ꝙ partes eius ſeparate nihil ſignificant: ⁊ non eſt nomen: ſed dicit philoſophus ꝙ eſt nomen infinitum: ⁊ ſic uocari debet. Et expoſitor reddit cauſam: quare non eſt nomen. nã omne nomen aliquã naturam determinatam ſignificat ut homo uel aſinus: ſed tale nomen infinitum non ſignificat aliquam naturam determinatam: ut non homo: immo poteſt dici indifferenter de eo quod eſt: ⁊ de eo quod non eſt. nam poſſum dicere: chimera eſt non homo: ideo non eſt nomen accipiendo nomen in ſuo eſſe potiſſimo: ſed tamen eſt nomen: ſed uocatur nomen infinitum propter indeterminationem ſui ſignificati.

**¶ Catonis autem ⁊ catoni: ⁊ quecũqꝫ talia ſũt: non ſunt nomina: ſed caſus nominum. Ratio autem eius in alijs quidem: eadem eſt.**

¶ Hic excludit a ratione nominis caſus nominis: idest obliquos dicens: ꝙ catonis catoni non ſunt nomina: ſed tm̃ nominatiuus. dicitur principaliter nomen in quo fit impoſitio: ſed obliqui uocãtur caſus quia cadunt per quandam originem a nominatiuo: ſimiliter nominatiuus dicitur caſus: quia cadit ab interiori conceptu ipſius mentis: ⁊ nõ ab alio caſu. Et dicit ulterius rectus: quia recte cadit. Unde nihil ꝓhibet aliquod cadens recte ita dici rectus. Et dicit ꝙ ratio eſt eadem in iſtis caſibus ſicut in nomine: ⁊ ſtatim ponit differentiam.

¶ Sed differunt: quoniam cum eſt: uel fuit: uel
erit adiunctum: neqꝫ ueruꝫ neqꝫ falſum eſt: no
men v̄o ſemper: ut catonis eſt: uel non eſt. Nō
dum enim aliquis neqꝫ dicit uerū: neqꝫ falſuꝫ.
¶ Et dicit ꝙ nomen quando additum eſt cum hoc v̄
bo eſt: uel fuit: uel erit: ideſt cum uerbo preſentis pre
teriti uel futuri temporis ſignificabit uerum uel fal
ſum: ſed iſti caſus ſcilicet obliqui cum adiungunt̃ uer
bo preteriti uel futuri temporis neqꝫ uerum neqꝫ fal
¶ Hic remouet dubium excludẽdo nomẽ ⁊ uerbum ab vnitate enũciationis: qꝛ dictum est: ꝙ enunciatio vna est que significat vnuz de vno: posset aliquis intelligere ꝙ significaret vnum de vno sicut nomen ⁊ uerbum vnuz significãt. Et ad hoc remouẽdum dicit: ꝙ nomẽ ⁊ uerbũ per se sumpta sit sola dictio: ita ꝙ nõ enũciatio. Et declarat ꝙ nomẽ ⁊ uerbũ nõ sit enũciatio per duos modos utẽdi enunciatione. Aliqñ utunt̃ enũciatione respõdentes alicui iterrogationi: ut quis legit in scolis magister. hic enũciamus aliquo interrogãte. Aliqñ võ enũciamus nullo iterrogãte: ut cum quis pfert nõ per se: ut homo currit sed ille qui pfert nomẽ per se ⁊ uerbũ per se nõ enũciat aliquo istoꝝ modoꝝ: quare patet ꝙ nomen per se ⁊ uerbũ per se est tm̃ dictio: ita ꝙ nõ enũciatio: ordinari litteram sic nomẽ ergo ⁊ uerbũ sit sola dictio qm̃ non est. i. nõ cõtingit dicere: significãtem aliqđ sic uoce. i. simplici dictione enũciante. i. enũciare uoce: vnum nomẽ uel vnum uerbum: uel aliquo iterrogãte. i. sicut enũciamus respõdentes interrogationi: uel etiã nõ iterrogãte: sed ipso proferẽte. Quod nomẽ enim: uel uerbum: ad iterrogationẽ prolatã per se nõ facit enũciationẽ nisi in quantum retrahit ad nomẽ uel uerbum in iterrogatione positum: ut cuz que

rit quis natat in mari. Reſpõdetur piſcis ⁊ ſubintel-
ligitur natat.

¶ Harꝝ aũt hec qdẽ ſimplex eſt enũciatio: ut ali
qd de aliquo: uel aliqd ab aliquo. Hec autẽ ex
his cõiuncta uelut orõ quedã iã cõpoſita.

¶ Hic declarat primam diuiſionem ſm ꝓprias ratio-
nes partiũ. Dictum eſt enim: ꝙ eſt q̃dam enunciatio
vna ſimpliciter: ⁊ q̃dam vna ꝯiunctione que eſt vna
ſm quid dat rõnẽ iſtius diſtictionis partium. Unũ ſi-
cut dicit expoſitor: vnum põt diuidi per ſimplex ⁊
compoſitũ in arte ſicut in nã. Et ideo enũciatio que
eſt vna diuidit. Nam q̃dam eſt vna ſimpliciter que
vnũ ſignificat: ⁊ ut nõ intelligat ꝙ ſignificet vnũ ſi-
cut nomẽ uel uerbum. Ad hoc remouẽdum dicit ꝙ
aliquid de aliquo. i. per modũ compoſitionis: uł ali
qd ab aliquo. i. per modũ diuiſionis. Et poſtea dicit
ꝙ hec. i. alia enũciatio ꝯiuncta ex his. i. ut oratio cõ-
poſita que eſt vna ꝯiunctione.

¶ **Eſt aũt ſimplex enunciatio uox ſignificatiua de eo qđ eſt aliquid: uel nõ eſt: queãdmodum tẽpora diuiſa ſunt. Affirmatio v̄o eſt enunciatio alicuius de aliquo: negatio v̄o: enunciatio alicuius ab aliquo.**

¶ Hic ponit ſecundam diuiſionẽ que fuit: ꝙ enũciati-
onum alia affirmatiua alia negatiua. Et dicit expoſi-
tor ꝙ hec diuiſio cõpetit enũciationi ſimplici princi-
paliter. ⁊ per poſterius enũciationi cõpoſite. Et ideo
ad accipiẽdam rõnem iſtius diuiſionis dicit ꝙ ſim-
plex enunciatio eſt uox ſignificatiua de eo qđ eſt ali-
qd qđ pertinet ad affirmationẽ: uel non eſt aliquid:
qđ pertinet ad negationem: ⁊ ut hoc ſolum nõ ītelli
gat in p̄nti ipſe addit quemadmodũ tempora ſunt
diuiſa. i. in p̄terito ⁊ futuro: ſicut in p̄nti. Et ſtatim ip
ſe diffinit iſtas ſpẽs. ſ. affirmationem uel negationeꝫ
Quidam ꝯtrarium dicũt ꝙ hic phs ponit diffinitio
nem enũciationis. Et ideo uoluerũt ꝙ enũciatio nõ
eſſet genus ad affirmationẽ ⁊ negationeꝫ: qꝛ genus
per ſuas ſpẽs nõ diffinit: ſed hoc falſum eſt: nõ eniꝫ
diffinit enũciationem hic: qꝛ iam diffiniuit eã: ſed di
uidit ipſam enũciationem ſimpliceꝫ in plures drĩas
que differẽtie ſunt aliqd eſt uel nõ eſt: ⁊ ille drĩe ꝯſti-
tuunt has ſpecies. ſ. affirmationem ⁊ negationẽ. Et
ideo diffinit iſtas duas ſpẽs ꝯſtitutas per iſtas du-
as differẽtias immediate.

¶ **Quoniam aũt eſt enunciare. ⁊ quod eſt eſſe ⁊ quod eſt non eſſe: ⁊ quod non eſt eſſe. ⁊ qđ non eſt nõ eſt eſſe. ⁊ circa ea que ſunt extra preſens tempus. Similiter omne ꝯtingit: qđ quis affirmauerit negare: ⁊ qđ quis negauerit affirmare. Quare manifeſtum eſt. quoniam omni affirmationi: eſt oppoſita negatio: ⁊ omni negationi: affirmatio.**

¶ Hic phs intẽdit determinare de oppoſitione. Et ĩ-
tẽdit determinare ꝙ cuilibet affirmatiõi negatio eſt
oppoſita: ⁊ ecõuerſo. ⁊ hoc intẽdit ꝯcludere per du
as diuiſiones: quaꝝ prima daẽ per comparationem
ad formam ⁊ illa eſt data. Alia daẽ per comparatio-
nem ad rẽ: ⁊ ex hac poſtea ꝯcludit: ꝙ omni affirma
tioni negatio eſt oppoſita. Ponit ergo diuiſionẽ per
cõparationem ad rem. nam aliam poſuit: qñ diuiſit
enũciationem per affirmationẽ ⁊ negationem. Dicit
ergo ꝙ quatuor modis põt enũciatio uariari. nam
ꝯtingit aliquãdo enũciare eſſe de eo qđ eſt: ⁊ hoc ue
re: ut coruus eſt niger. Aliquãdo non eſſe: aliquãdo
nõ eſſe de eo qđ eſt: ut coruus nõ eſt albꝰ: ⁊ hoc duo
bus modis uere: aliquãdo ꝯtingit enunciare eſſe de
eo quod nõ eſt: ut coruus eſt albus: ⁊ nõ eſſe de eo
qđ eſt ut coruꝰ nõ eſt niger. Et his duobꝰ modis fal
ſe ꝯtingit enũciare: ⁊ nõ ſolum hoc in preſenti: imo
etiã in alijs: que ſunt circa preſens. i. p̄terito ⁊ futuro
Quare ex hoc ſeqtur: ꝙ oẽ quod qs affirmauerit cõ
tingit negare: ⁊ ꝙ quicqd quis negauerit cõtigit af-
firmare: ⁊ ſequitur poſtq̃ viſum eſt ꝙ ꝯtingit affir-
mare eſſe de eo qđ eſt. ⁊ ſilr de eo qđ non eſt: ⁊ hoc
idem ꝯtingit negare. ergo quicqd ꝯtigit negare cõ-
tingit affirmare: quare ſeqtur ulterius: ꝙ omni affir
mationi negatio ſit oppoſita: ⁊ negatiõi affirmatio
oppoſita eſt.

¶ **Et ſit hoc contradictio: affirmatio: ⁊ negatio oppoſite.**

¶ Hic poſtq̃ dictum eſt ꝙ omni affirmationi nega-
tio eſt oppoſita. Declarat hãc oppoſitionem. Et pri
mo quãtum ad nomẽ dicẽs: ꝙ oppoſitio que eſt in-
ter affirmationeꝫ ⁊ negationem dicit ꝯtradictio: ita
ꝙ ipſe (ut dicit expoſitor) p̄mo ipoſuit hoc nomẽ.

¶ **Dico aũt opponi eiuſdem de eodem: non autem equiuoce. ⁊ quecũq̃ cetera talium determinauimus contra ſophiſticas iportunitates.**

¶ Hic auctor diffinit oppoſitionem que eſt ꝯdictio.
⁊ dicit ꝙ opponi. i. ꝯtradictio eſt oppoſitio eiuſdem
de eodẽ. Ad hoc eniꝫ ꝙ ſit ꝯtradictio: opꝫ ꝙ ſit eiuſ-
dem ſubiecti. nã hec nõ eſt ꝯtradictio ſoꝛ. currit pla-
to nõ currit: ⁊ opꝫ etiã ꝙ ſit eiuſdem p̄dicati. nã hec
nõ eſſet ꝯtradictio ſoꝛ. currit ſoꝛ. nõ diſputat: ⁊ opꝫ
etiam ulterius ad hoc ꝙ ſit ꝯtradictio: ꝙ ſit nomen
vnum ⁊ res vna ⁊ nõ equiuocum. nã ſi ſic tunc non
eſſet ꝯtradictio ut canis currit ⁊ canis nõ currit. ⁊ eti-
am quecũq̃ determinauimus ꝯtra ſophiſtas impe-
diũt ꝯtradictionem: ⁊ illam reducit expoſitor ad q̄-
tuor. primo quidem dicit ipſe penes determinatio-
nem ad ſubiectum: impeditur: ut hic eſt albus ſm
dentes: ⁊ nõ albus ſm faciem. ergo eſt albus ⁊ nõ
albus nõ ſequit ꝯtradictio. 2° p determinationẽ ad
ditũ predicato: ut ouum in potẽtia eſt aĩal ⁊ nõ eſt in
actu. ergo eſt aĩal ⁊ nõ eſt aĩal: non ſequitur ꝯtradi-
ctio. 3° ipeditur ꝯtradictio ſi ſit diuerſitas loci uel tẽ-
poris ut pluit in germania ⁊ non pluit in gallia. 4°
impedit rõne alicuius extrĩſeci: ut cũ dicitur iſti ho-
mines ſunt multi in domo: ⁊ pauci in ciuitate: nõ ſe-
quitur contradictio in hoc.

Ad hoc ꝙ ſit ꝯdictio mlta exigũtur quemadmodũ docuit ariſt. p̄mo elẽcoꝝ

**Queritur** Circa ea que dicta ſunt de enũcia-
tione: qꝛ dicit ꝙ enũciationũ vna
affirmatio alia negatio. Querit utrum enũciatio ſit
genus ad affirmationẽ ⁊ negationẽ? Et videt ꝙ nõ.
nam ſpẽs dicunt eſſe coeque ſub ſuo gñe: ut vult
Boetius: ſed affirmatio ⁊ negatio nõ ſunt coeque
ue cũ ipſa affirmatio ſit prioꝛ: quare videt ꝙ enũcia-
tio nõ ſit genꝰ ad illa. ¶ 2° ſic: ſpẽs nunq̃ debet po-
ni in diffinitione gñis: ſed affirmatio ⁊ negatio po-
nunt in diffinitione enũciationis: quãdo dꝛ: eſt autẽ
ſimplex enunciatio uox ſignificatiua de eo qđ eſt ⁊
de eo qđ nõ eſt. Et per hoc qđ dicit de eo qđ eſt: uł
nõ eſt tãgit affirmationem uel negationẽ: qꝛ videt
ꝙ enũciatio nõ ſit genus ad illas ſpẽs. ſ. affirmatio-
nẽ ⁊ negationem.

**In oppoſitum** tñ ſic arguitur: illud qđ
p̄dicatur de aliqbus in
quid ⁊ in plus ⁊ vniuoce dꝛ eẽ genus: ſed enũciatio
predicaẽ in qd ⁊ in plus ⁊ vniuoce de affirmatiõe ⁊
negatione: quare patet ſeqtur ꝙ ſit genus: ⁊ hoc eſt
uerũ ꝙ eſt genus. ¶ Ad argumẽta. Ad primũ cũ di
cis ꝙ ſpẽs dicunẽ coequeue ⁊c̄. Dico ad hoc ꝙ ſpẽs

põt dupliciter ꝯſiderari. vno mõ quãtum ad participationem gñis: ⁊ ſic equaliter dicuntur participare: ⁊ ſic iſte ſunt coeque: ⁊ vna nõ eſt prior altera. Alio modo põt ſpecies ꝯſiderari comparãdo vnam ad aliã: ⁊ nihil ꝓhibet vnam eſſe priorẽ alia: ⁊ ſic affirmatio põt dici prior negatione. Eſt enim affirmatio prior negatione quo ad tria. ſ. quo ad uocẽ: quo ad itellectũ: ⁊ quo ad rem. quãtũ ad uocem: q2 negatio addit vnam partem: hõ currit: homo nõ currit. quãtum ad itellectum q2 affirmatio eſt compoſitio ⁊ negatio diuiſio: ⁊ compoſitio prior eſt ꝗ̃ diuiſio. quantum ad rem quia affirmatio eſt habitus ⁊ negatio priuatio: ſed habitus eſt ante priuationem. ¶ Ad 2m qñ dicit ꝙ ſpẽs non debet poni ⁊c. concedo. ⁊ cũ tu dicis ꝙ affirmatio ⁊ negatio ponuntur in diffinitione enũciationis. Dico ꝙ nõ. nam ibi (ut dictũ eſt) legẽdo litteram nõ diffinit enũciationẽ: ſed diuidit eam per iſtas dñas ꝯſtituentes iſtas ſpecies que ſunt affirmatio ⁊ negatio.

Affirmatio negõe prior ẽ q̃ ad tria

**Queritur** de hoc qd dicit auctor: ꝙ neceſſe eſt oẽm enũciationẽ eſſe ex uerbo uel ex caſu uerbi. Videt̃ ſibi ꝙ deberet facẽ mẽtionẽ de noĩe ſicut de uerbo. Hoc ſoluit̃ tripliciter. vno mõ ꝙ eſt q̃dã enũciatio ex uerbis tñ: ut currere ẽ moueri nulla tñ eſt ex noĩbus tñ: ideo dixit ex uerbo. Aliter dr̃ ꝙ uerbũ eſt pars formalis in orõne: nomẽ autem eſt pars mãlis. iõ q2 uerbum eſt pars formalis enũciationis fecit mẽtionem de uerbo ⁊ nõ de noĩe. 3o ſoluitur (ut dicebat) legẽdo litterã ꝙ q2 dixerat ꝙ eſt q̃dam enũciatio vna. crederet aliq̃s ꝙ ita eẽt vna ꝙ nõ eſſet vna ꝙ nõ eſſet aliqua cõpoſitio: ⁊ ad hoc remouendũ dixit ꝙ neceſſe eſt in enũciatione poni uerbũ uel caſum uerbi: ⁊ uerbũ importat cõpõnem ut viſuʒ eſt ſuperius. Quare patet ꝙ in enũciatiõe eſt cõpoſitio. Et dic̃ expoſitor ꝙ phs tacet hoc de uerbo infinito ꝙ non facit mẽtionẽ: ʒ de caſu uerbi faciat. Nã (ut dicit expoſitor) uerbũ ĩfinitũ in enũciatione habet eandem vim ſicut uerbum negatum: tamẽ utrum hoc habeat ueritatem videbitur in pricipio huius ſecundi libri.

**Quoniã autem ſunt hec quidem rerũ vniuerſalia: illa vo ſingularia. Dico autẽ vniuerſale qd in pluribꝰ natũ eſt predicari. Sigulare vo: qd non. ut hõ quidem vniuerſale eſt: plato vo eorum que ſingularia ſunt.**

**Iſta** Lectio multis modis ꝯtinuatur ad partem precedẽtem: ſed ꝯtinua ſicut dicit expoſitor. ſ. poſtꝗ̃ phs diffiniuit oppoſitionẽ que eſt affirmationis ⁊ negationis: in pte iſta intẽdit diſtiguere oppoſitiones diuerſas: ut poſſit cognoſcere que ſit ꝯtradictio: ⁊ hẽt duas. primo ꝑmittit quãdam diuiſionẽ. 2o ꝓſequit̃ ꝓpoſitum. 2a ibi [Si ergo vniulr.] Prima in duas. pmo enĩ diuidit ſubiectũ enũciationis: ⁊ ſubiectum enũciationis eſt nomẽ: uel aliq̃d loco noĩs. nomẽ aũt eſt uox mẽtis cõceptum. i. ſimilitudinẽ rei repreſentãs: ⁊ iõ ſubiectum enũciationis diuidit ſm diuiſionem rerũ. ⁊ iõ primo ponit diuiſionem rerũ. 2o ex diuiſione rerum ꝯcludit diuiſionẽ enũciationum. 2a ibi [neceſſe eſt aũt.] Prima in duas primo diuidit ſubiectũ per comparationẽ ad rem. 2o declarat mẽbra. 2a ibi [dico aũt vniulẽ.] Sequit̃ illa ps [ſi ergo vniulẽ.] in qua docet quõ enũciatiões diuerſimode opponũt: ſm diuerſitatem ſubiecti: ⁊ hẽt duas. ꝑ diſtiguit diuerſos modos enũciationis in ipſis enũciatioib2 2o ponit legẽ ⁊ nãm oppõnũ: oñdens q̃liter ſe hñt ad ueritateʒ ⁊ falſitatẽ. 2o ibi [idcirco qm videt̃.] Prima in tres. nã primo ponit oppoſitionem ꝯtrariaꝝ. 2o indefinitarũ. 3o cõtradictoriaꝝ. 2o ibi [qñ autem in vniulibus.] 3a ibi [opponi aũt.] Prima in duas. pmo oſtendit que ſunt ꝯtrarie. 2o declarat. 2a ibi [dico aũt.] Sequit̃ illa pars [Qñ aũt.] ⁊ hẽt tres. primo ponit opponeʒ in indefinitis. 2o declarat. 3o remouet dubiũ. 2a ib [dico aũt nõ vniulr.] 3a ibi [i eo vo ꝙ vniulẽ.] Sequit̃ illa ps [ꝯtrarie vo.] ⁊ diuidit in tres. Primo ponit legẽ ⁊ nãʒ ꝯtrariarũ. Secundo contradictoriarum. Tertio ipſarum indefinitarum. ſecun ibi [quecunq2 igitur ꝯtradictiones] tertia ibi [Quecunq2 autem vniuerſalibus.] Prima in duas: ſcilicet in principalem: ⁊ dubij remotiuam. Secũda ibi [his vo oppoſitas.] Sequitur illa pars [Quecunq2 autem vniuerſalibus.] In qua ponit legem ⁊ naturam indefinitarum: ⁊ habet tres. Primo oſtendit qualiter indefinite ſe habent ad ueritatem. Secundo declarat per exempla. Tertio remouet dubium. ſecunda ibi [ſimul enim uerum eſt.] tertia ibi [videbitur autem ſubito.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Superius poſuit philoſophꝰ vnã diuiſionẽ enũciationis per vnam ſimpliciter ⁊ vnam ꝯiunctione: que fuit diuiſio analogi in analogata. nam enunciatio per ꝓus dr̃ de enunciatione vna ſimplr̃: ⁊ per poſterius de ꝯiunctione vna: poſtea poſuit aliam diuiſionẽ: penes q̃litatem qñ diuiſit enũciationem in ſuas ſpẽs. ſ. in affirmationem ⁊ negationẽ: hic intendit ponere aliã diuiſionem penes quãtitatem: que dat penes ſubiectum enũciationis: ⁊ q2 ſubiectum enũciationis eſt nomẽ: ⁊ nomẽ ſignificat ꝯceptũ rei in aĩa ponit diuiſionem ſm ꝙ appꝛehẽdit̃ ab intellectu. Dicit ergo ꝙ rerũ q̃dam ſunt ſingulares ⁊ q̃daʒ vniulẽs: ⁊ ſtatim declarat mẽbra per diffinitione dicẽs: ꝙ vniulẽ eſt qd eſt aptum natuʒ ꝑdicari de pluribus. ⁊ ſingulare eſt qd eſt aptum natũ de vno ſolo ꝑdicari. ſ. de ſeipſo. exemplum ponit de primo: ut hõ de ſorte: ſed hoc poſtmodũ appebit in notãdis.

Diuiſio enũciationis i vnã ſimplicẽ ⁊ vna ꝯiunctione eſt analogi i analogata

**¶ Neceſſe eſt aũt enunciare: cum ineſt aliquid aut non: aliquoties quidem eorum alicui que ſunt vniuerſalia: aliquoties autem eorũ que ſunt ſingularia.**

¶ Hic cõcludit ex ꝑdictis diuiſioneʒ enũciationis: ⁊ hoc accipiẽs: quoniam ita eſt dictũ: ꝙ reruʒ alie ſunt vniulẽs alie ſingulares: ⁊ ſemper enũciatur aliquid de aliqua re. neceſſe eſt ꝙ aliquando enũcietur aliq̃d ineſſe uel non ineſſe alicui: aliqñ ſingulari ⁊ eſt tota conſtructio ſuſpẽſiua uſq2 huc.

**¶ Si ergo vniuerſaliter enunciet in vniuerſali: quoniam eſt: aut non eſt. erunt contrarie enũciationes. Dico autem in vniuerſali enunciatione: vniuerſaliter. ut omnis homo albus eſt nullus homo albus eſt.**

¶ Hic docet quomodo enunciationes diuerſimode opponũtur: ſm diuerſitatem ſubiecti: uerumtamen notãdũ: ſm ꝙ dicit Boetiꝰ ꝙ vniulẽ habet eſſe in aĩa: ⁊ etiã in re extra: ita ꝙ res que ſignificatur per hominẽ indeterminate: ſeſe habet ad hoc ꝙ ſit in aĩa ⁊ in re extra. iõ dicit Boetius: inuẽta ſunt ſigna: que ſũt quedã determinatiões: que faciũt ipm ſtare extra: ⁊ qñ attribuit ꝑdicatũ ipſi uli ꝑ totã multitudinẽ ſub ſe ꝯtentã: ⁊ iõ inuẽtũ eſt hoc ſignũ oĩs. aliqñ aũt ꝑdicatũ remouet̃ a tota illa multitudine: ⁊ ſic eſt iuẽtũ hoc ſignũ nullus. aliqñ attribuit̃ aliquod ꝑdicatũ ipſi vniuli ꝑ aliquo pticulari: ⁊ ſic iuẽtũ eſt hoc ſignũ q̃dã ſic ergo de uli. aliqñ poſſumꝰ enũciare cũ

Ule hẽt eẽ i aĩa ⁊ i re ext

signo vniuſ͛l:aliq̄n cū ſigno particulari: aliq̄n aūt ſi ne ſigno: ⁊ hec indeterminate: ⁊ indefinite: de tertio aūt ſingulari ſemꝑ enūciamus. vno mō rōne ſingula ritatis ⁊ nunq̄ꝫ addit̄ ſibi ſignū: ⁊ ſic ſunt q̄tuoꝛ modi enūciationis. ſ. vniuſ͛lis ꝑticularis indefinitus ⁊ ſingu laris: ⁊ ſm̄ iſtos diuerſos modos enūciādi diuerſifi cat hic ph̄us ꝓpōnes. ⸿ Dicit ergo ad ꝑmā partē ꝙ ſi aliqˢ enūciat in terminis vniuſ͛libus vniuſ͛r. i. cuꝫ ſi gno vniuſ͛l: ⁊ hoc q̄n eſt aut nō eſt. i. affirmatiue uel negatiue: tūc tales enūciationes erūt ꝯ̄rie: ut oīs hō ē albus: nullus hō eſt albus: ⁊ ſic de alijs cōſimilibus.

**⸿ Qn̄ aūt in vniuſ͛libus nō vniuſ͛liter: nō ſunt ꝯ̄ rie. Que aūt ſignificant̄: ꝯtingit eē ꝯ̄ria aliq̄n.**

⸿ Hic oſtēdit q̄lis ſit affirmationis ⁊ negationis op poſitio in indefinitis. Et dicit ꝙ q̄n de vniuſ͛libꝰ affir mat̄ uel negat̄ aliq̄d: nō tn̄ vniuſ͛r tūc nō ſunt ꝯtrarie ſed que ſignificant illa cōtingit eē cōtraria: illa littera multipl'r exponit̄. Quidā enim referūt ad ꝯtrarietatē ṽitatis uel falſitatis: que cōpetit his enūciationibus nam aliq̄n ꝯtingit iſtas eē ueras: ut hō eſt albus: hō nō eſt albus: ⁊ aliq̄n vnā iſtarū eē ueram: aliā falſam ita ꝙ pōt eē ꝙ iſta erit uera: hō eſt albus: ⁊ hec falſa: hō nō eſt albus: ⁊ etiā ecōuerſo: ⁊ rōne illius uariati onis tales vident̄ hēre quandā ꝯtrarietatē: ſed hec expoſitio nō videt̄ ualere. nam ph̄us hic adhuc non loq̄tur de ueritate ⁊ falſitate: ideo alij exponūt aliter ſic referētes hoc ad ꝯtrarietatē. Et dicūt que ſignifi cant̄ eſſe cōtraria. i. iſtas enūciationes. ſ. indefinitas cō tingit eas eſſe ꝯ̄rias reſpectu ꝑdicati: ut hō eſt albus hō non eſt albus: ꝯtingit ꝙ hoc qᷓ eſt nō albus: qᷓ ꝑdicet̄ ex hoc ꝙ eſt niger: tn̄ non eſt neceſſe: q꞉ pōt eſ ſe pallidus. ⁊ q꞉ albū ⁊ nigrū ſunt ꝯ̄ria: ideo ꝯtingit illas idefinitas eē ꝯ̄rias reſpectu ꝑdicati: ſed hoc nō eſt uerū qᷓ in fine huius libꝛi dicet̄: ꝙ ille enūciatio nes que ſunt de ꝯ̄rijs ꝑdicatis nō ſunt ꝯ̄rie. ⸿ Prete rea albū ⁊ nigrū ſunt ꝯ̄ria incōplexa: ⁊ hic loq̄tur de ꝯ̄rijs cōplexis: ideo nō ualet opinio illa: ꝓpter qᷓ ex poſitoꝛ dicit aliter: ꝙ ille indefinite nō ſunt ꝯ̄rie quā tum ad modū: ⁊ lꝫ quātuꝫ ad modū nō ſint ꝯ̄rie: tn̄ ꝯuenit rōne ſignificati has eē ꝯ̄rias: ut ꝑdicatū ꝯue niat uel attribuat̄ ei rōne vniuſ͛lis forme uel nālis ma terie: ut hō eſt aīal: hō nō eſt aīal. nā rōne māe ualet tādem: hō eſt aīal: ſicut iſta: oīs hō eſt aīal: ⁊ hō non eſt aīal: ſicut iſta: nullus hō eſt aīal. Alij exponunt ſic: ꝙ illas indefinitas ꝯtingit eē ꝯ̄rias per additioneꝫ ſi gni: ut hō eſt albus: ſi addas ſignū vniuſ͛le. ſ. oīs ho mo eſt albus: nullus hō eſt albus: ⁊ ſic de alijs.

**⸿ Dico aūt nō vniuſ͛liter enūciare: ī his que ſūt vniuſ͛lia: ut eſt albus hō: nō eſt albus hō. Cum enim vniuſ͛le ſit hō: nō vniuſ͛r utit̄ enūciatione Oīs nāqꝫ nō vniuſ͛le ſignificat: ſed q̄m vniuſ͛r.**

⸿ Hic declarat dicēs ꝙ eſt enūciare in his que ſūt vni uerſalia nō vniuſ͛r. i. ſine ſigno vniuſ͛l: ut hō eſt albus hō nō eſt albus. Nam dicit ipſe: cū hō ſit terminꝰ vni uerſalis: nō utit̄ vniuſ͛l enūciatione: naꝫ nō ponit̄ ibi hoc ſignū qᷓ ſignificat: q̄m vniuſ͛r. i. modū vniuſ͛lita tis ⁊ nō rem vniuſ͛lem. vn̄ ſignificat terminū cui addi tur ſtare pꝛo quolibet ſuo ſuppoſito: ut omnis ho mo currit.

**⸿ In eo ṽo qᷓ vniuſ͛le ꝑdicat̄: id qᷓ eſt vniuſ͛le ꝑdicari vniuſ͛r nō eſt uerū. Nulla eni affirma tio erit uera: in qua de vniuſ͛l ꝑdicato: vniuſ͛r ꝑ dicet̄: ut oīs homo eſt omne animal.**

⸿ Hic remouet dubiū ⁊ dicit ſic: ꝙ ph̄us modo uaria re oſtēdit enūciationē ⁊ oppoſitionē penes ſignū ad ditum ſubō. Et q꞉ forſitan crederet aliqˢ ꝙ ſiſ͛r poſ ſet uariari penes ſignū additū ꝑdicato: hoc remouet dicēs ꝙ illud qᷓ eſt vniuſ͛le ꝑdicari vniuſ͛r: nō eſt ue rum: nam nulla eſt affirmatio que de vniuſ͛l ꝑdicato vniuſ͛r ꝑdicet: nō intelligas ꝙ aliq̄d ꝑdicet̄ de vniuſ͛l ꝑdicato: ſed ipſe intelligit ꝙ nulla. i. falſa eſt illa ꝓpo ſitio: in qua ꝓpōne que de vniuſ͛l ꝑdicato eſt ꝑdicat̄ aliq̄d vniuſ͛r: ut oīs hō omne aīal eſt.

**Et ideo** Primo queramus hoc ſtatim: Utruꝫ ſignū poſſit poni in ꝑdicato? Et vide tur ꝙ nō per duas rōnes q̄s facit expoſitoꝛ. Nam ꝑ dicatū hēt rōnem forme: nūc autē diuiſio ꝯtingit ma terie per quātitatē ⁊ nō forme: ideo cū ſignū impoꝛ tet diuiſionē: nō poterit addi pꝛedicato: poſtea ſi ad deret̄ eēt ꝓpō falſa: ut oīs hō eſt oē aīal: q꞉ ſequeret̄ ꝙ homo eēt aſinus.

**In oppoſitum** hoc ſignū oīs: eſt diſpō termini vniuſ͛lis: inquan tum terminus vniuſ͛lis eſt. cum ergo aliq̄n vniuſ͛le po nat̄ in ꝑdicato: ⁊ ſignū poni poterit. ⸿ Itē bn̄ dicit̄: oīs hō eſt ſuſceptibilis oīs diſcipline: ⁊ ibi in ꝑdica to ponit̄ hoc ſignū oīs: ergo ⁊c̄. ⸿ Ad hoc dicēduꝫ: ꝙ ſignū vniuſ͛le negatiuum bn̄ pōt addi ꝑdicato: ut oīs hō eſt nullus lapis: ⁊ ſignum ꝑticulare ſiſ͛r: ut hō eſt quoddā aīal. Sed utrū ſignū vniuſ͛le affirmatiuuꝫ poſſit addi? Dico ꝙ ſic copulatiue. ſꝫ utrū uere: ſic eſt diſtinguēdū de ꝑdicato. nā ſi ꝑdicatū ſit ſupius ad ſubiectū: nunq̄ꝫ ſignū pōt addi uere ꝑdicato. ſed ſi ꝑ dicatū ſit eq̄le uel ēt in minus: tūc uere pōt addi ſi nō ſit ſignū poſitū in ſubiecto. nam hec uera eſt: aīal eſt oīs hō: hō eſt oīs hō. ſed ſi ſignū eēt in ſubiecto: tūc eēt falſa dicēdo: oīs hō eſt oīs hō. Auctoꝛ ergo intel ligit ꝙ falſa ſit in qua ponit̄ li oīs in ſbiecto: ut patet per eius exēplum: oīs hō eſt oē aīal. ⸿ Argumēta er go que ꝓbāt ꝙ poſſit addi: uerū eſt copulatiue. Sed cum tu dicis ꝙ hec eſt uera: oīs hō eſt ſuſceptibilis oīs diſcipline. uerū eſt ſi nō ꝑdicabit̄ ibi li oīs: ſed li ſuſceptibile. Un̄ ſi dicas: oīs hō eſt oē ſuſceptibile: falſa eſt. Et cum ꝓbat̄ ꝙ nō poſſit addi q꞉ ꝑdicatum eſt forma. Dico ꝙ nō eſt forma: hēt tn̄ modū forme. aliud concludit ꝙ nō poſſit addi uere: tamen copula tiue bene poteſt.

**⸿ Opponi aūt affirmationē negationi dico ꝯ̄di ctorie que vniuſ͛r ſignificat ⁊ idē q̄m nō vniuſ͛r ut oīs hō albus eſt: nō oīs hō albus eſt: nullus hō albus eſt: quidā homo albus eſt.**

⸿ Hic determinat de oppoſitione contradictoriaruꝫ. Et dicit ꝙ enunciatio que ſignificat vniuerſale. ſ. vni uerſaliter: ſic ponitur contradictorie: ⁊ que ſignificāt particulariter ⁊ non vniuerſaliter: ſi vna earum ſit af firmatiua ⁊ alia negatiua: ut omnis homo eſt albus: quidam homo non eſt albus: nihil aliud vult dicere niſi vniuerſalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua ſunt contradictorie. ſimiliter particularis affirmatiua ⁊ vniuerſalis negatiua: ut quidam homo eſt iuſtus: nullus homo eſt iuſtus: ⁊ ſic de alijs.

**⸿ Cōtrarie ṽo vniuſ͛lem affirmationē ⁊ vniuſ͛leꝫ negationē: ut oīs hō iuſtus eſt: nullus hō iuſtꝰ eſt. Quocirca has q̄dē īpoſſibile eſt ſiſ͛l ueras eſ ſe. His ṽo oppoſitas ꝯtingit aliq̄n in eodē eē ſi mul ueras. ut nō omnis homo albus eſt: ⁊ qui dam homo albus eſt.**

⸿ Hic ph̄us intēdit ponere legem ⁊ nām cōtrariaruꝫ: ⁊ ꝑ oſtendēdo q̄liter ſe habēt ad ueritatē ⁊ falſitatē. Et ꝑ mo repetit que ſint ꝯ̄rie: dicēs ꝙ ꝯtrarie ſunt vniuer ſalis affirmatiua: ⁊ vniuſ͛lis negatiua: ut oīs hō eſt al bus: nullus hō eſt albus. Poſtea ponit legē dicēs ꝙ

Multipl'r expō huiꝰ litere.

has ꝯrias impoſſibile eſt eē ueras: ut qdā hō currit: que opponit huic: nullus hō currit: ⁊ nō oīs hō currit. que opponit huic: oīs hō currit: illas ſubcōtrarias. ſ. qdam hō currit: ⁊ nō oīs homo currit. cōtingit ſimul eē ueras. Et dat expoſitor ſimile q̄re ꝯrie non pn̄t ſimul eſſe uere ⁊ ſubcōtrarie pn̄t. ⁊ dicit ꝙ ſimile eſt ſicut in ꝯrijs rei: ut albedo ⁊ nigredo nunqȝ pn̄t ſimul eē in eodē: ſed remotiōe albi ⁊ nigri ſimul pn̄t eē. nam pōt aliqs eſſe nec albus nec niger: utputa in pallido. Sil'r cōtrarie non pn̄t ſimul eſſe uere: ſed remote. i. cōtradictorie harū que ſunt ſubcōtrarie: ille poſſunt ſimul eſſe uere.

Cur ſit ꝙ ꝯrie ñ poſſint ſil̄ eſſe uere,

**¶ Quecūqȝ igit̄ ꝯdictiones vniuſliū ſūt vniuſlr: neceſſe ē alterā eē uerā uľ falſaȝ: ⁊ q̄cūqȝ i ſingularib⁹ ſūt: ut ſocrates ē alb⁹: nō ē ſocrates alb⁹.**

¶ hic oſtēdit q̄liter ſe habet v̓itas ⁊ falſitas in ꝯtradictorijs. Et nota hic ꝙ ꝯdictio cōſiſtit in ſola remotione affirmationis per negationē: ut vniuſlis affirmatiua remouet̄ per ſolam negationē. ſimil'r vniuſlis affirmatiua remouet̄ per vniuſlem negatiuā: ſil'r quando utraqȝ eſt ſinglaris: q: tūc de neceſſitate refert ad idē: ut ſortes currit: ſortes nō currit. Dicit ergo ph̄us ꝙ ſi uc accipiant̄ ꝯdictiones vniuſlium enūciationuȝ ſiue ſingulariū: neceſſe eſt ꝙ vna ſit uera ⁊ altera falſa: ita ꝙ nunqȝ ſimul ſunt uere uel ſimul falſe.

**¶ Quecūqȝ aūt in vniuerſalibus non vniuerſaliter non ſemꝑ hec uera eſt: illa v̓o falſa. Simul enim eſt uerū dicere: quoniā eſt homo albus: ⁊ quoniā nō eſt homo albus: ⁊ eſt hō pulcher ⁊ nō eſt homo pulcher. ſi enim fedus eſt nō eſt pulcher: ⁊ ſi fit aliquid nōdum eſt.**

¶ Dicit expoſitor ꝙ in ꝓpōnibus indefinitis affirmatio ⁊ negatio vident̄ ꝯdictorie opponi: ita ꝙ videt̄ ibi affirmatio ⁊ negatio eē de eodē. Et ad hoc remouēdum dicit ph̄us ꝙ quecūqȝ dicunt̄ de vniuſlib⁹ nō vniuſlr: ⁊ hoc affirmatiue ⁊ negatiue: nō opȝ ꝙ ſemper vnū ſit uerū ⁊ reliquum falſum. Nam bn̄ poſſūt ſimul eē uere. Et declarat per plura exēpla: ut hō eſt albus: hō non eſt albus. ſimil'r hō eſt ꝓbus: hō non eſt ꝓbus. he aūt ſunt uere: ⁊ ꝓbat ꝙ iſte ſunt uere: hō eſt ꝓbus: hō nō eſt ꝓbus: ⁊ ſupponit illam pro uera: homo eſt ꝓbus. i. honeſtus. ⁊ illam ꝓbat: hō nō eſt ꝓbus: nam hō eſt turpis in moribus: intellige ꝙ ſi eſt turpis nō eſt ꝓbus: ⁊ ſic ſunt iſte uere: hō eſt ꝓbus: hō non eſt ꝓbus. Simil'r ille homo eſt pulcher: hō nō eſt pulcher: ⁊ ſupponit illā ꝓ uera: homo eſt pulcher. hāc v̓o ꝓbat: hō non eſt pulcher. naȝ aliqs homo fedus eſt: ⁊ ſi eſt fedus nō eſt pulcher. Simil'r iſte ſunt uere: aliqd eſt: aliqd nō eſt: illam ſupponit ꝓ uera: aliqd eſt. hāc ꝓbat aliqd nō eſt: q: aliqd fit: ⁊ illud qd̓ fit nō eſt in rebus ꝑmanētib⁹ ut domus.

**¶ Uidebit̄ aūt ſubito icōueniēs eē: idcirco qm̄ videt̄ ſignificare nō eſt hō alb⁹ ſil' idē: ⁊ hec nl'lus hō eſt albus: hec autem neqȝ idem ſignificat neqȝ ſimul neceſſario.**

¶ hic remouet dubium. Dictū eſt ꝙ ille pn̄t ſimul eē uere: hō eſt albus: hō nō eſt albus: dicit ꝙ forte hoc videbit̄ inconueniēs alicui. nam videt̄ ꝙ iſte ꝓpoſitiones hō eſt albus: ⁊ nemo eſt albus: tātum ualēt: ⁊ ille nō pn̄t ſimul eē uere: ergo nec iſte: hō eſt alb⁹: ⁊ hō non eſt albus. Soluit ph̄us ⁊ dicit ꝙ ille nemo eſt albus: ⁊ hō non eſt albus: non ſignificāt idē: neqȝ ſūt idem: qa nemo eſt albus: eadē eſt cuȝ hac: nullus homo eſt albus: ⁊ illa: hō non eſt albus: non eſt eadem quare non ualet.

**Queritur** Circa illam partē: quoniam autem

ſunt hec qdem rerū ⁊c̄. Nam cum philoſophus diuidit rem per vniuſlem ⁊ particularē: videt̄ ꝙ male faciat. Nam dicit ph̄us 7° meta^{cc}. ꝙ vniuſle nō eſt aliqd extra exiſtēs in rebus: ⁊ ſic videt̄ ꝙ nulla res ſit vniuerſalis. ¶ Preterea in p̄dicamētis dicitur ꝙ oīa alia aut de primis ſubſtātijs dicunt̄: aut ſunt in p̄mis ſubſtātijs: ſed omne qd̓ eſt in p̄ma ſubſtātia eſt ſingulare: q̄re patet ꝙ oīs res ſit ſingularis. ¶ Ad hoc dicēduȝ breuiter ꝙ diuiſio eſt bona. Tamē nota ut in p̄ncipio dictum eſt ꝙ hic diuidunt̄ res ſm̄ ꝙ ſignificantur per noīa que noīa ſubiciunt̄ in enūciationib⁹. nūc autē dictum eſt ꝙ noīa non ſignificāt res niſi mediāte intellectu. Et ideo opȝ ꝙ illa diuiſio rerum accipiat̄ ſm̄ ꝙ res cadūt in intellectu: nūc aūt illa que habent eē ꝯiūctum in rebus intellectus pōt diſtinguē: ut patet in lacte idem faciūt albedo ⁊ dulcedo: ⁊ intellect⁹ pōt app̄hēdere lac album non app̄hēdendo ipſum dulce. ſimil'r rem ſignificatā per hoīem pōt intellect⁹ app̄hēdere ſm̄ eſſe ꝓprium qd̓ habet in ſorte: ⁊ ſic dicit̄ ſingularis. Aliomō poſſumus intelligere rem ſignificatā per hoīem inquātum eſt coīs pluribus: ⁊ ſignificat̄ p̄ter ſortem ⁊ platonē: ⁊ ut ſic intelligit̄ dicit̄ vniuſlis res ⁊ eſt obiectū intellectus: ⁊ ita lȝ in reb⁹ extra omnis res ſit ſingularis: tn̄ ex parte intellect⁹ pōt dici res vniuſlis: ⁊ hec dicit̄ res ꝓut cadit ſub oꝑatione intellectus: ⁊ nō ꝓut habet eē abſolutū in re: ⁊ tu arguebas ac ſi res abſolute diuideret̄. Unde dicit expoſitor ꝙ bn̄ patet ꝙ hic diuidit̄ res prout cadit in intellectu. nam ſtatim diffinit vniuſle per oꝑationē intellectus cum dicit: vniuſle eſt qd̓ eſt aptū natum de pluribus p̄dicari: p̄dicari eſt qdam actus rōnis. Et dicit expoſitor ꝙ bn̄ dicit: qd̓ eſt aptum natuȝ de plurib⁹ dici: ⁊ nō dicit ꝙ actu predicet̄. nam pōt eē ꝙ vniuerſale actu non p̄dicabit̄ de pluribus: exiſtēte ſoluȝ ſorte in mūdo: hō erit vniuſle ⁊ tn̄ nō p̄dicabit̄ de pluribus. Aliomodo impedit̄ ꝙ nō p̄dicabit̄ de pluribus actu ꝓpter cōditionē nature: ut patet in ſole. forma enim ſolis de ſe eſt multiplicabilis: ſed q: alia mā̄ nō eſt ſuſceptibilis talis forme: ideo impedit̄ ꝙ actu nō p̄dicet̄ de pluribus ſed aptitudine. ¶ Notat̄ ſm̄ expoſitorē ꝙ de vniuſli ꝯtingit enūciare q̄tuor modis. Duobus ꝓut app̄hendit̄ ab aīa: ⁊ duobus ꝓut hēt eē in re extra. Unomō enunciat̄ de vniuſli ꝓut apprehendit̄ ab intellectu: ⁊ ꝓut hēt eē in intellectu: ut hō eſt ſpēs. Aliomō enūciat̄ de eo ꝓut app̄hēdit̄ ab aīa pro eſſe tamē qd̓ habet in re extra: ut hō eſt digniſſima creaturarum. ſenſus eſt ꝙ non eſt aliqs hō qn̄ ſit dignior alijs creaturis ab hoīe. Aliomō enunciat̄ de vniuſli pro eſſe qd̓ hēt in ſingularibus. ¶ Et nota ꝙ qn̄qȝ enūciamus aliqd̓ p̄dicatum rōne nāe vniuſlis: ut qn̄ attribuit̄ ei aliqd̓ p̄dicatū eēntiale: ut homo eſt aīal: homo eſt ſuba. rōne aūt ſingulari attribuit̄ aliter p̄dicatum aliqd̓ accidētale: ut hō ambulat: hō eſt albus: ⁊ ſic de alijs. ¶ Nota etiam ꝙ de ſingulari enunciamus tripl'r. Unomō ꝓut accipit̄ ab aīa: ut ſortes eſt indiuiduū. uel de vno ſolo p̄dicat̄: aliqn̄ enunciamus de ſingulari rōne coīs nature: ut ſortes eſt aīal. qn̄qȝ aūt rōne ſuiipſius: ut ſortes ambulat.

Quō re ulēs dicitur hic in re extra.

De vñli ꝯtingit enūciare q̄tuor modis.

**Manifeſtū ē aūt qm̄ vna negatio vnius affirmationis eſt: hoc enim idem opȝ negare negationē qd̓ affirmatio affirmauerit: ⁊ de eodē uľ de aliquo ſingulariuȝ: uel de ali quo vniuerſalium: uel vniuerſaliter uel non vniuerſaliter.**

**Superius** dixit ph̄us diuerſos modos oppoſitionis in enūciationibus. Dic

intēdit dicere ꝙ vni affirmationi vna negatio eſt op
poſita. Et ſm hoc habet duas. Primo oſtēdit ꝙ vni
us affirmationis eſt vna negatio. Secundo oſtendit
que ſit uera affirmatio ꝛ que uera negatio. Scḋa ibi
[Una aūt affirmatio.] Prima in tres. Nam p̄mo pro
ponit qḋ intēdit. Secūdo manifeſtat. Tertio epilo
gat. 2ª ibi [Hoc enim idē oportet.] 3ª ibi [Q̄m igit vna
affirmatio.] Secūda iſtaruꝫ habet duas. Primo eniꝫ
manifeſtat per rōnem. Secūdo per exēpla. 2ª ibi [Di
co aūt ut ſocrates.] Seqtur illa pars [vna aūt.] ꝛ hēt
duas. Primo oſtendit que ſit affirmatio uel negatio
vna. Secūdo que plures. Primo oſtēdit ꝙ ꝓpt̄ mul
titudinē ſuppoſitā ſub aliquo vniuli nō impeditur
vnitas enūciationis. Secūdo oſtēdit ꝙ ꝓpter multi
tudinē ſignificatoꝝ impedit̄ vnitas enūciationis. 2ª
ibi [Si v̊o duobus.] Hec ſecūda pōt diuidi in q̄tuor.
Primo oſtēdit ꝙ vnitas uocis nō ſufficit ad vnitatē
enūciatiōis. Secūdo exēplificat. Tertio ꝓbat. Quar
to cōcludit correlariū. 2ª ibi [ut ſiqs ponat.] 3ª ibi [ni
hil enim.] 4ª ibi [quare nec in his.] Sequit̄ illa pars
[in his ergo que ſunt.] Et pōt ꝯtinuari ad p̄cedēteꝫ:
ſic. ſupius dictum eſt de oppōne ꝓpoſitionū ꝛ quo
modo uerū ꝛ falſum ex oppoſito diuidūt enūciatio
nem: modo īqrit de quodā qḋ poſſet eē dubium.
utrum illud qḋ dictū eſt ſimpl'r ſumat̄ in oībus enū
ciationibus uel non: ita ꝙ modo ſit ueritas in oībus
uel nō. Et diuidit̄ in duas. Primo enim ꝓponit diſſi
militudinē in enūciationibus. Secūdo ꝓbat eaꝫ. Se
cunda ibi [nam ſi oīs.] Prima in duas. Primo ponit
vnam partē diſſilitudinis. Secūdo aliaꝫ [Hoc eſt.] P̄
mo oſtēdit qualiter eſt ueritas in illis de p̄nti ꝛ de p̄
terito. Secūdo ꝙ nō eſt ſic penitus in illis de futuro.
2ª ibi [In ſingularibus v̊o.] Hec eſt diuiſio lectionis.

¶ Ad p̄mam partē ſic ꝓcedit: ꝛ dicit ꝙ manifeſtum
eſt ex p̄dictis: quoniā vna eſt negatio vnius affirma
tionis. Et dicit expoſitor ꝙ hoc habuit hic dicere.
nam videret̄ alicui ꝙ vna affirmatio plures haberet
negationes: ut iſtius: omnis homo eſt albus: ꝛ iſtius
ſimil'r nullus homo eſt albus. Et ideo ad hoc remo
uēdum habuit hoc hic dicere. Et ſtatim manifeſtat h̄
per rōnem ꝛ dicit hoc idē. ꝛ format expoſitor talem
rōnem: oportet negationē negare illud idem p̄dica
tum qḋ affirmatio affirmauerat: ꝛ de eodem ſubie
cto ſiue illud ſubiectū ſit vniule ſumptū vniuerſalit̄:
uel non: ſiue ſit etiam ſingulare: ꝛ hoc nō cōtingit ni
ſi vnomodo. ſ. ita ꝙ negatio neget illud qḋ affirma
tio poſuit: ꝛ nihil aliud: ergo vni affirmationi oppo
nit̄ vna ſola negatio. Alij formāt rōnem hic ſic: om
nis illa negatio que negat idem p̄dicatū de eodē ſub
iecto qḋ affirmatio affirmauerat eſt vna reſpectu illi
us affirmationis: ſed oīs negatio negat idem p̄dica
tum de eodē ſubiecto qḋ affirmabat affirmatio: er
go oīs negatio eſt vna reſpectu illius affirmationis.
maior videt̄ tenere poſtq̄ illud idem negat negatio:
qḋ affirmabat affirmatio: ꝛ de eodē ſubiecto ſilit̄er.

**¶ Dico aūt ut eſt ſoc. albꝰ: nō eſt ſoc. albꝰ. Si au
tē aliqd aliud: uel de eodē uel de alio idē: nō eſt
oppoſita: ſed ab ea diuerſa. Huic v̊o que ē: oīs
hō albꝰ eſt: ꝯdictio eſt illa que eſt nō oīs hō al
bus eſt. Illa v̊o que eſt: aliqs hō albus eſt: illa
que eſt: nullus hō albus eſt. illi aūt que eſt: hō
albus eſt: illa que eſt nō eſt homo albus.**

¶ Hic declarat per exēpla: ꝛ p̄mo in ſingularibus ꝛ di
cit ꝙ huic: ſocrates eſt albus: ſola opponit̄ hec. ſ. ſo
crates nō eſt albus: tanq̄ eius ꝓpria negatio. Et di
cit phꝰ ꝙ ſi eēt aliqḋ p̄dicatum uel aliud ſubiectuꝫ
nō eēt negatio oppoſita: ſed eēt ab ea diuerſa: ut iſta
ſocrates nō eſt muſicus. non eſt negatio iſtius: ſocra
tes eſt albus. declarat poſtea in terminis vniulibus:
ꝛ dicit ꝙ huic: oīs homo eſt albus. eſt negatio ꝓpria
nō oīs homo eſt albus: que eq̄pollet p̄ticulari nega
tiue: ꝛ huic: aliqs homo eſt albus: opponitur. nullus
homo eſt albus. Et dicit ſimil'r ꝙ huic: homo eſt al
bus. opponit̄ ut negatio: homo nō eſt albus. ¶ Sed Obiectio
videt̄ ꝙ hic male dicat. nam (ut viſum eſt ſupra) due
indefinite poſſunt eē ſimul uere: ſed ille que opponū
tur tanq̄ affirmatio ꝛ negatio. i. ꝯtradictorie nunq̄ Solutio.
poſſunt ſimul eē uere: q̄re videt̄ ꝙ male dicat. ¶ Ad
hoc dicēdum ꝙ ille due: homo eſt albus: ꝛ hō nō eſt
albus: de virtute locutionis non cōtradicūt: ſed dicē
dum ꝙ phꝰ intellexit ꝙ ſunt cōtradictorie referen
do ad idem ſuppoſitū: ut dicanus: hō eſt albus: pro
ſorte hō non eſt albus: pro eodē. ſ. pro ſorte. Et hoc
nō eſt de virtute locutionis: q2 de v̄tute ſermonis nō
ſtat hō magis pro ſorte q̄ pro platone. Unde de vir
tute ſermonis nō ſunt ꝯdictorie: ſed ſolum indefini
te ſubcontrarie.

**¶ Q̄m igit̄ vna affirmatio vni negationi oppo
nit̄ ꝯdictorie: ꝛ que ſūt he dictū eſt. Et q̄m alie
ſunt ꝯrie: alie ꝯdictorie. ꝛ que ſunt he dictū eſt
ꝛ q̄m non oīs uera uel falſa cōtradictio: ꝛ qua
re ꝛ quando uera uel falſa eſt.**

¶ Hic epilogat qḋ dictū eſt: ꝛ dicit ꝙ ex p̄dictis patet
ꝙ vni affirmationi vna eſt negatio oppoſita: ꝛ ꝙ op
poſitarū affirmationū ꝛ negationū alie ſunt ꝯtrarie:
alie ꝯdictorie. ꝛ dictū fuit que ſint utreque: ꝛ dictuꝫ
eſt ꝙ oīs ꝯdictio eſt uera uel falſa: ꝛ ſumit̄ hic large ꝯ
dictio pro q̄libet oppōne affirmationis ꝛ negatiōis
Nam in uera ꝯdictione ſemꝑ vna pars eſt uera alte
ra falſa: ꝛ in indefinitis ambe p̄nt eē uere: ꝛ in ꝯtrari
is ambe ſimul falſe (ut viſum eſt.)

**¶ Una aūt affirmatio eſt uel negatio: que vnuꝫ
de vno ſignificat. uel cū ſit vniule. vniul'r: ul' nō
ſil'r: ut oīs hō albꝰ eſt: nō oīs hō albꝰ eſt. Et iō al
bus nō eſt hō albꝰ: nullus hō albus eſt: q̄dam
homo albus eſt: ſi album vnum ſignificat.**

¶ Hic oſtēdit que ſit affirmatio ꝛ negatio vna. Et di
cit expoſitor ꝙ hoc ſupius dixerat ubi dixit: ꝙ vna
eſt enūciatio que vnum ſignificat: ꝛ ꝓpter hoc indu
cit iſtam partē ſic. Quia in iſta enūciatione in qua p̄e
dicat̄ aliqd de aliquo vniuli vniul'r ſub ſe multa ꝯti
net. hic intēdit oſtēdere ꝙ nō impediat vnitatē enun
ciationis. ſ. ꝙ ꝓpter multitudinē que ꝯtinet̄ ſub vni
uerſali non impediat̄ vnitas enūciationis. Dicit ergo
ꝙ affirmatio vna uel negatio eſt que ſignificat vnum
de vno: ſiue illud vnū qḋ ſubicit̄ ſit vniule vniuliter
ſumptū: ſiue nō vniul'r ſed p̄ticulariter uel indefinite:
aut etiam ſi ſubiectū ſit p̄ticulare uel ſingulare: ꝛ po
nit exēpla: p̄mo de vniuli: ut oīs hō eſt albus: nō oīs
hō eſt albus: nullus hō eſt albus: q̄dam hō eſt albꝰ.
ꝛ addit quādam ꝯditionē que eſt neceſſaria ad hoc
ꝙ affirmatio ſit vna. Et dicit ſi albū vnū ſignificet: ꝛ
p̄dicatū ſignificet plura non eſt affirmatio vna ul' ne
gatio: ſed plures. Et dicit ſi albū vnum ſignificet: q̄a
in libro topicoꝝ dicit phs ꝙ albū ſignificat albū in
uoce ꝛ albū in colore: ꝛ ita eſt equocum ad illa duo:
ꝛ ꝓpter hoc dicit: ſi album vnum ſignificet: aliter nō
eſſet vna affirmatio.

**¶ Si v̊o duobꝰ vnū nomē poſitū eſt: ex q̄bꝰ nō
eſt vnū: nō eſt vna affirmatio: nec vna negatio**

¶ Hic oſtēdit ꝙ ſola vnitas nōis non requirit̄ ad vni
tatem enūciationis: imo regrit̄ vnitas rei: dic̄ ꝙ ſi ali

quod nomē vnū imponat̄ diuerſis rebus ex qbus rebus non fiat vnum: nō erit affirmatio uel negatio vna. Et dicit expoſitor ꝙ hoc qđ dicit: ex qbus pluribus nō fit vnū. pōt dupl'r intelligi. Uno mō ad remouēdū multa ꝯtēta ſub vniuſ'li vno: ut hō ꝛ equus ſub aīali. Et hoc nomē aīal ſignificat utrūqꝫ: nō ſꝫ ꝙ ſunt multa ꝛ diuerſa: ſed ſꝫ ꝙ vniuocant̄ in nā generis. Alio mō dicit expoſitor: ꝛ melius dicit̄ ex quibus pluribus nō fit vnū: ſicut ex ptibus diffinitionis fit vnum. nam tūc bñ eſſet vna. uel ſicut ex partibus integralib⁹ fit vnū: ut ex tecto: fūdamēto: pariete fit vnū: ſic ergo patet ꝙ vnitas uocis non ſufficit dicere vnitatem enūciationis: ſed dicit expoſitor ad uocem tm̄ ſufficit vnitas uocis: ut canis eſt nomē: ꝛ ſimil'r de cōſimilibus aliis.

**℄ Ut ſi qs ponat hoc nomē tunica hoī ꝛ equo. ꝙ tunica alba eſt: hec non eſt vna negatio: nec vna affirmatio.**

℄ Hic exēplificat qđ dictum eſt. Dictū eſt enim ꝙ vnitas uocis non ſufficit ad vnitatem enūciationis. Hic dat exēplum: ut ſi hoc nomen tunica imponat̄ ad ſignificādum hoiem ꝛ equum: ꝛ tunc dicat̄ ſic: tunica eſt alba: uel ſic: tunica nō eſt alba: non eſt affirmatio uera: nec etiam negatio: immo erunt plures.

**℄ Nihil eniꝫ differt hic ꝙ̄ dicere: qm̄ eſt homo equus albus. Hoc aūt nihil differt ꝙ̄ dicere eſt homo albus: ꝛ eſt equus albus. Si ergo he mīta ſignificāt: ꝛ ſunt plures: manifeſtū eſt quoniaꝫ ꝛ prima uel multa: uel nihil ſignificat. neqꝫ enim eſt aliqs homo equus.**

℄ Modo ꝓbat hoc qđ dixit. ſ. ꝙ non ſit affirmatio uel negatio vna: ſi dicat̄ tunica eſt alba. per talē rationem: ſi tunica ſignificet hoiem ꝛ equum: ꝛ dicat̄ tunica eſt alba: nihil differt ac ſi diceret̄ homo ꝛ equus eſt albus: ergo ſi he due ſignificāt multa: ꝛ ſunt plures enūciationes: certum eſt ꝙ prima ſi͠liter erit plures. ſ. tunica eſt alba: ꝛ ſignificat plura aut nihil. Et dicit bene aut nihil: qꝛ non eſt aliqua res compoſita ex hoīe ꝛ equo: ꝛ ita iſta non pñt facere vnum ſignificatum. Quare patet: ꝙ tūc tunica aut ſignificabit plura: aut nihil: qꝛ vnum ſignificatū non poſſunt facere: ꝛ hoc dicit ipſe cum dicit [neqꝫ enim eſt aliqs homo ꝛ equus. Ji. ex iſtis non fit vnum.

**℄ Quare nec in his neceſſe eſt hanc qdē cōtradictionem ueram eſſe: illam v̄o falſam.**

℄ Hic cōcludit quoddā correlarium ꝛ dicit: ꝙ in iſtis affirmationibus ꝛ negationibus in qbus eſt nomē equocum non oportet ſemꝑ alterā ueram alterā falſam eſſe: ut canis currit: canis non currit: non cōtradicunt: qꝛ negatio pōt aliqd negare qđ affirmatio affirmat. ℄ Et nota ꝙ dicit ꝑhus nihil differt ſi dicerem: tunica eſt alba: ac ſi dicerem: homo eſt albus: ꝛ equ⁹ eſt albus. intellige ꝙ uerum eſt ꝙ nihil differt quātuꝫ ad pluralitatē: qꝛ ſicut iſte due ſunt plures: ita ſimiliter iſta eſt plures: ꝛ nō ītelligas ꝙ nihil differat quātum ad ueritatē: nam illa: homo eſt albus ꝛ equ⁹ eſt albus: cum ſit quedam copulatiua non pōt eſſe uera niſi utraqꝫ pars ſit uera: ſed illa tunica eſt alba: dato ꝙ ſignificet illa duo: tamē pōt eſſe uera altera exiſtente uera: aliter non oporteret tales ꝓpoſitiones multiplices diſtinguere: que tamē uident̄ diſtingui: ꝛ ſic bene pōt eſſe uera vna parte exiſtente uera: dato ꝙ alia ſit falſa.

**℄ In his ergo que ſunt: ꝛ que facta ſunt: neceſſe eſt affirmationē uel negationem ueram uel falſam eē. In vniu'libus quidē vniuerſaliter ſemper hāc ueram: illam v̄o falſam: ꝛ in his que ſūt ſingularia queadmodū dictum eſt. In his v̄o que in vniuerſalibus non vniuerſaliter dicuntur: non eſt neceſſe. Dictum eſt aūt ꝛ de his.**

℄ Hic ꝑhus: qꝛ oſtēdit ſupius quomodo ueruꝫ ꝛ falſum ex oppoſito diuidūt enunciationē: inqrit quoddam qđ poſſet eſſe dubiū. ſ. utrum illud qđ dictū eſt ſimil'r ſumat̄ in oībus enūciationibus uel non. i. utrū ueritas ſimil'r ſumat̄ in enūciationibus oībus. ℄ Et eſt notādum ꝙ ꝑhus poſuit ſupius tres diuiſiones enūciationis. Prima fuit penes vnitatē enūciationis: quādo diuiſit enunciationē in vnam ſimpl'r ꝛ coniūctione vnam. ℄ Secūda diuiſio fuit penes qualitatē quādo diuiſit eam per affirmationem ꝛ negationem Tertia diuiſio fuit penes quātitatē qn̄ dixit ꝙ enunciationum quedam eſt vniu'lis ꝛ quedā particularis alia indefinita: alia ſingularis. Hic tangit̄ quarta diuiſio enūciationis ſḿ tēpus. nam quedam eſt de ꝑſenti: quedam de ꝑterito: quedā de futuro. Et iſta diuiſio pōt accipi ex his que dicta ſunt ſupius: ubi fuit dictum ꝙ neceſſe eſt oēm contradictionē ex uerbo eſſe uel ex caſu uerbi: ꝛ caſus uerbi ſunt ꝑteritum ꝛ futurum. Pōt etiam accipi qnta diuiſio enūciationum penes materiā ipſarum: ꝛ materia ꝓpoſitionuꝫ nihil aliud eſt ꝙ̄ habitudo ꝑdicati ad ſubiectū: ꝛ illa habitudo pōt eſſe triplex. Uel ꝙ ꝑdicatum per ſe inſit ſubiecto: ꝛ ſic eſt in materia nāli: ut homo eſt aīal. Uel ꝙ ꝑdicatum repugnet ſubiecto: ꝛ ſic eſt in materia impoſſibili. uel remota: ut homo eſt aſinus. Si v̄o medio modo ſe habeat ꝑdicatum ad ſubiectū: ita ꝙ neqꝫ per ſe iſit neqꝫ repugnet ſic eſt in materia de poſſibili: uel etiam cōtingēti. Nūc aūt dicit expoſitor, his differētiis ita cōſideratis non eſt ſimile iudicium de ueritate ꝛ falſitate in oībus enūciationibus. vñ ꝑhus oſtēdit ex predictis concludēs ꝙ in enūciationibus que ſunt de ꝑſenti: ꝛ in illis que dicta ſunt. i. finita ſūt de illis de ꝑterito neceſſe eſt ꝙ affirmatio uel negatio determinate ſit uera uel falſa. declarat hoc in illis enūciationib⁹ in qbus de vniu'libus ſubiectis aliqd vniuerſal'r ꝑdicat̄: neceſſe eſt ꝙ ſemꝑ vna ſit uera ꝛ altera falſa: ꝛ vna affirmatiua ꝛ altera negatiua. ſ. que ei opponit̄ in quacūqꝫ materia. Et dicit ꝙ ſi͠liter eſt in enūciationibus ſingularibus: qꝛ eodē modo contradictorie opponunt̄: ſed dicit ꝙ in illis enūciationib⁹ in qbus aliqd ꝑdicat̄ de vniu'li nō vniu'lr: non eſt neceſſe ꝙ ſemꝑ vna ſit uera altera falſa: qꝛ ambe pñt eē uere: ut dictū eſt: ꝛ hoc ſe hēt ſil'r in illis de futuro: ſicut de ꝑterito uel pñti: ꝙ nō eſt neceſſe alterā partem eē ueram: alterā falſam: ꝛ in indefinitis ſil'r ſe hēt ſicut in vniu'libus vniu'liter ſumptis. i. ꝯtrariis futuro pñti ꝛ ꝑterito. nam in mā nāli affirmatiua eſt uera negatiua falſa: ut oīs homo eſt aīal: eſt uera: nullus hō eſt aīal falſa eſt. In remota mā eſt ecōuerſo. ſ. qꝛ negatiua eſt uera ꝛ affirmatiua falſa. ꝛ ſil'r ambe ꝑticulares uere ſunt in mā ꝯtingēti in quolibet tpe: ſed in ſingularibus futuris eſt quedā diſſilitudo. Nam in pñtib⁹ ꝛ ꝑteritis ſemꝑ opꝫ ꝙ altera oppoſitarū ſit uera: altera falſa: ꝛ hoc intelligas quātum ad mām ꝯtingētē: ꝛ nō quantū ad nālem ꝛ remotā. nam ibi ſi͠liter eſt ſicut in illis de pñti ꝛ de ꝑterito ꝛ futuro: ꝛ ſic ſoluꝫ eſt diuerſitas in illis de futuro in materia ꝯtingēti: i hoc ergo uerſat̄ tota intētio: utrum in ſingularib⁹ de futuro ꝯtingēti ſit neceſſe alterā ueram eē alterā falſaꝫ determinate uel nō. ꝛ Ariſtoteles nō facit mētioneꝫ de ꝯtingēti: ſed ſolum dicit in ſingularibus. ex hoc dicit expoſitor ꝙ ſingularia eueniunt contingenter. ꝛc.

la 2 ... d de Sevilla /F. Antiguo



**Queritur** Utrum vnius affirmationis ſit tm̄ vna negatio: uł poſſint plures eē? Et videt̄ ꝙ plures poſſint eē: nam videt̄ ꝙ iſtius: oīs homo eſt albus: ſit negatiua. hec: nullus homo eſt albus. cum in ea includat̄ hec: quidam homo non eſt albus. ⁊ ſic iſtius: omnis homo eſt albus: erunt iſte negationes: nullus homo eſt albus: ⁊ q̄dam homo non eſt albus. ¶ Preterea quicq̄d repugnat ↄſequēti repugnat antecedēti: ſed hec: q̄dam homo non eſt albus: que ſeq̄tur ad illam: nullus homo eſt albus: repugnat huic: omnis homo eſt albus: ergo omnis homo eſt albus: repugnabit huic antecedēti: nullus homo eſt albus: ⁊ ſic vnius affirmationis debēt eſſe plures negationes. ¶ Preterea dicit ph̄us: opponi autem dico eiuſdem de eodē non equoce: ⁊ ſic de aliis. ſed hec cum dico: nullus homo eſt albus: negat totum illud q̄ꝺ affirmat hec: omnis homo eſt albus: ergo videt̄ ꝙ ſit eius ꝯdictoria negatio. ¶ Cum hoc querit̄: Utrum plus neget negatio q̄ꝫ q̄ꝺ affirmet affirmatio? Et videt̄ ꝙ ſic. Nam ſi dicam: oīs homo eſt aīal. hic li aīal non affirmat̄ ſimplr̄ pro ſuis ſuppoſitis oībus. Sed ſi dicam: q̄dam homo nō eſt animal. iam negat̄ aīal ſimplr̄ pro quolibet ſuo ſuppoſito: q̄re videt̄ ꝙ plus neget negatio q̄ꝫ affirmet affirmatio

**Oppoſitum** patet per ph̄m in littera. Dicēdum ꝙ vnius affirmationis vna eſt tm̄ negatio: ita ꝙ huius: oīs homo eſt albus eſt negatio: q̄dam homo nō eſt albus: hoc dicit expoſitor ꝙ cōtradictio cōſiſtit in ſola remotione affirmationis per negationē. vniuſ'lis negatiua remouet per particularē affirmatiuaꝫ: ⁊ ſic de aliis. Sed dicit expoſitor ꝙ vniuſ'lis negatiua non ſolum remouet affirmationē vniuſ'lem: ſed etiā ultra hoc deſignat extremam diſtātiam ſm̄ quam negat totū quod affirmatio ponit: ⁊ hoc ꝑtinet ad rationē cōtrarietatis ⁊ non cōtradictionis. Et ideo particularis affirmatiua ⁊ ꝑticularis negatiua ſe habēt ſicut media inter cōtraria ſicut patet. ⁊ ſic patet ꝙ vniuſ'lis negatiua non eſt contradictoria vniuſ'lis affirmatiue. ¶ Ad argumēta dicendum. Ad primum dico ꝙ lꝫ vniuſ'lis negatiua includat particularē negatiuam: tamē ipſa vniuſ'lis negatiua ſup hoc addit aliq̄d inquātum importat non ſolum remotionē affirmationis: ſed ulterius remouet quālibet eius partē: ⁊ ideo nō eſt ſua cōtradictoria. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ lꝫ illa: omnis homo eſt albus: repugnet tanq̄ꝫ cōtradictoria huic: q̄dam homo nō eſt albus: tamē non eſt cōtradictoria hui' nullus homo eſt albus: ⁊ cauſa eſt viſa: q̄ꝛ vniuſ'lis negatiua dicit remotionē non ſolum affirmationis (ut viſum eſt) ſed ulterius remouet totū. ¶ Ad aliud argumētum patet ſolutio per idem. nam cum dictū ſit: ꝙ opponi eſt eiuſdē de eodē: uerum eſt. ⁊ ulterius req̄ritur ꝙ ſolum affirmatio remoueat̄: ⁊ non ſit extrema diſtantia: q̄a tunc erūt cōtrarie (ut dictum eſt.) ¶ Ad aliud quod queris poſtea utrum plus neget negatio q̄ꝫ affirmet affirmatio? Dico ꝙ non. naꝫ ſi plus negaret negatio q̄ꝫ affirmatio affirmet: tunc illud q̄ꝺ negarem eēt affirmatio: ⁊ ſic vna negatio hēret plures affirmationes: q̄ꝺ falſum eſt. ¶ Unde nota ꝙ negatio bn̄ pōt negare pro pluribus q̄ꝫ affirmatio affirmet: non tn̄ ꝙ plus neget: nam differt dicere negare plus ⁊ negare pro pluribus: ut patet cum dicit̄: hō eſt animal. hic affirmat animal ſimplr̄ non tamē affirmat̄ niſi pro hoīe: ſed cum dicit̄ homo non eſt aīal. hic negat̄ animal q̄ꝺ prius affirmabat̄ ⁊ nō plus: tamē bene negat̄ pro pluribus. naꝫ negat̄ ibi ſimplr̄ pro quolibet ſuppoſito. Per hoc patet ſolutio ad argumētū: cum dicis ꝙ cuꝫ dicit̄: oīs homo eſt albus: uel eſt animal. poſtea dicit̄: q̄dam homo non eſt aīal. ibi negat dico ꝙ non negat plus: immo idem: ſed tamen bene negat pro pluribus.

Negatio plurib' negare ſe q̄ꝫ affirmet affirmatio: ſed nō plus negat.

Nam ſi oīs affirmatio uel negatio uera uel falſa eſt: ⁊ oē neceſſe eſt eſſe uł nō eē. Quare ſi hic futurū q̄dē dicat futurū aliq̄d. ille vō nō dicat hoc ipſꝫ manifeſtū eſt: q̄m̄ neceſſe eſt uerū dicere alterū ipſoꝝ: ſi oīs affirmatio uł negatio uera uel falſa eſt: utraqꝫ enim nō erūt ſil' in talib'. Naꝫ ſi uerū eſt dicē: q̄m̄ albū uel nō albū: neceſſe eſt albū eē uel nō albū. Et ſi eſt albū uel non albū: uerū eſt uel affirmare uel negare: ⁊ ſi nō eſt: mētit̄: ⁊ ſi mētit̄: nō eſt: q̄re neceſſe eſt aut affirmationē: aut negationē uerā eē: uel falſā. Nihil igit̄ neqꝫ ē neqꝫ fit neqꝫ caſu neqꝫ utrūlibet nec erit nec nō erit aliq̄d ꝯtingēter ſed ex neceſſitate oīa: ⁊ nō ad utrūlibet: aut enī qui dicit uerus eſt: aut q̄ negat. Silr̄ fieret uel nō fiēt: utrūlibet enī nihil magis ſic uł nō ſic ſe hꝫ aut hēbit

**Superius** ph̄us poſuit diſſīlitudinem inter enūciationes de futuro contingēti ſingulares: ⁊ oēs alias. hic ꝓbat illam diſſimilitudinēꝫ: ⁊ habet duas. Primo oſtēdit ꝙ nō ſe habet ſimiliter ueritas in ſingularibus de futuro contingēti ſicut in aliis. Secūdo oſtēdit qualiter ſe habet vītas in illis. 2ª ibi [Igit̄ eſſe q̄ꝺ eſt.] Prima in tres. Nam p̄ma ducit ad impoſſibilia poſito ꝙ eodem modo ſit ueritas in ſingularibus de futuro contingēti. Secundo repetēdo illa impoſſibilia docet. Tertio oſtēdit illa impoſſibilia eſſe impoſſibilia. 2ª ibi [Que ergo contingūt.] 3ª ibi [Q̄ꝺ ſi hec non ſunt poſſibilia.] Prima in duas. Primo oſtēdit ꝙ in ſingularibus de futuro contingēti non ſit altera pars determinate uera. Secūdo oſtēdit ꝙ utraqꝫ potētia nō caret ueritate. ſ. ꝙ non pōt dici ꝙ utraqꝫ pars ſit falſa. 2ª ibi [At vō nec quoniam neutrum.] Prima in duas ſm̄ duas diuiſiones. 2ª ibi [Amplius ſi eſt album.] Prima in tres. nā primo ponit quādam conſequētiam. Secundo probat illam. Tertio ponit ultimam cōcluſionem. 2ª ibi [Quare ſi hic q̄dem dicat.] 3ª ibi [Nihil igit̄ neqꝫ eſt.] Seq̄tur illa pars [At vō.] ubi oſtēdit ꝙ utraqꝫ ꝑs non caret oīmode ueritatis. ⁊ habet duas. Primo ponit quod intendit. Secūdo ꝓbat. 2ª ibi [Primum enim cum ſit.] Hec ſecūda in duas ſm̄ duas rationes. 2ª ibi [Adhuc ſi ueruꝫ eſt.] Illa pars [Que ergo ꝯtingūt.] habet duas. Primo enim repetit inconueniētia ⁊ addit quedam alia. Secūdo docet ꝙ illa inconueniētia ſequant̄ ex poſitione. 2ª ibi [Nihil enim ꝓhibet.] Hec ſecūda in duas. Primo enim oſtēdit illa incōueniētia ſequi ex poſitione illa: ꝙ ſimilr̄ ſit ueritas in illis de futuro contingēti ſingularibus: ⁊ hoc facta quadaꝫ ypotheſi. Secūdo ſine illa ypotheſi. 2ª ibi [At vō nec hoc differt.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primam partem ſic ꝓcedit: intēdit ꝓbare ducēdo ad inconueniens: ꝙ in ſingularibus de futuro cōtingēti non ſit affirmatio uel negatio determinate uera uel falſa. Et ponit talem conſequētiam: ſi oīs affirmatio eſt determinate uera uel falſa in ſingularibus de futuro contingēti: omne q̄ꝺ eſt neceſſe eſt eſſe: ⁊ q̄ꝺ non eſt neceſſe eſt non eē: ⁊ ſic oīa eueniūt de neceſſitate: ⁊ nihil a caſu: ⁊ nihil ad utrūlibet. Et ſtatim probat iſtam conſequentiam ⁊ dicit [Quare ſi his quidem.] ⁊ probat ſic. Ponatur ꝙ ſint duo homines quorū vnus dicat

In ꝑpone h' ꝯtigēti b' nō determinate vā ē affirmatio uel negatio.

aliq̄đ futurū: ut ꝙ ſortes curret: alius negat dicendo ꝙ ſortes non curret: tūc poſito ꝙ in ſingularibus de futuro cōtingenti ꝯtingit alteram eē ueram .ſ. affirmatiuam uel negatiuā: ſeq̄tur de neceſſitate ꝙ alter eoꝝ dicat uerū. nam utraq; uera in ſingularibus non poteſt eſſe: ſed ſolū in indefinitis: ⁊ ſi alter eoꝝ dicat uerum: ſeq̄tur ꝙ neceſſe eſt determinare alterū eē uł nō eſſe. Et hoc ꝓbat: q̄a illa duo ꝯuertibiliter ſe habēt. .ſ. ꝙ ſit uerum: ⁊ ꝙ ita ſit in re: ⁊ hoc declarat dicēs ꝙ ſi uerum eſt dicere ꝙ albū ſit de neceſſitate: ſeq̄tur ꝙ ita ſit in re. ⁊ ſi uerū eſt negare: tunc de neceſſitate opꝫ ꝙ ita ſit in re ⁊ ecōuerſo. ſił ſi vna ſit in re de neceſſitate ſeq̄tur ꝙ ſit uerum affirmare uel negare. Eadem cōuertibilitas eſt in falſo. q̄a ſi aliq̄s mētitur dicens falſum: de neceſſitate ſeq̄tur ꝙ ita nō ſit in re ſicut ipſe affirmat uel negat. ſił ſi ita nō eſt in re: mentit̄ q̄a cōuertibiliter ſe habēt. Seq̄tur ergo breuiter ꝙ ſi oīs affirmatio uel negatio in ſingularibus de futuro cōtīgēti ſit uera uel falſa: oportet ꝙ negās uel affirmās determinate dicat uerū uel falſum: ⁊ ſic oportet oīa determinate eē uel nō eē. ¶ Et ex hoc cōcludit ulteriꝰ ꝙ oīa erūt uel eēnt de neceſſitate ⁊ nihil a caſu uł ad utrūlibet: ⁊ ſic ꝑibit nā ꝯtingentium.

Triplex genꝰ contingētiū

¶ Dicit expoſitoꝛ triplex eſt genus cōtingētium. Eſt quoddā cōtingens ut in paucioribus: ut inuētio theſauri in horto Aliud eſt cōtingēs ut in pluribus: ut hoīem caneſcere in ſenectute. Aliud eſt cōtingēs ad utrūlibet: ut ꝙ ſortes currat uel nō currat. ⁊ ſic dicit ꝙ oīa iſtoꝝ contingētium deperirēt. Et dicit nihil actū eſt quātū ad ipſam ꝯtingētiam que ꝑmanet nec ſit quātum ad introductionē earum in fieri: nec a tali quantum ad ea que ſunt in minori parte: ſiue in paucioribus: nec ad utrūlibet eē uel nō eſſe. Et ita ſi oīa de neceſſitate ſint nihil ad utrūlibet erit. Et ſtatim manifeſtat quomodo ex p̄dicta ypotheſi ſeq̄tur ꝙ nihil ſit ad utrūlibet nam ſi oīs affirmatio uel negatio determinate ſit uera: oportet ꝙ ille qui affirmat uel ille qui negat dicat uerum: ſed ſi eēt ad utrūlibet ſił fieret ⁊ nō fieret: naꝫ dicit ipſe: ad utrūlibet eſt qđ non magis ſic uel ſic ſe habet. Et ordina ſic lrām illaꝫ: ſed ex neceſſitate oīa: ⁊ nihil ad utrūlibet. naꝫ ſi ad utrūlibet ſił fieret ⁊ nō fieret: nam utrūlibet eſt. Poſtea iterū dicas: aut enim qui dicit .i. affirmat uerum eſt: aut qui negat. Et dicit expoſitoꝛ ꝙ phus non includit expſſe ꝯtingēs ut in pluribus duplici rōne. Primo ꝙ tale cōtingēs non includat q̄n altera oppoſitarū determinate ſit uera ⁊ altera falſa: q2 eſt dictū ꝙ in illo cōtingēti qđ ſe hēt ut in pluribus bene pōt dici altera uera altera falſa. Secūdo q2 remoto cōtingēti qđ eſt in paucioribꝰ remouet̄ per ꝯſequēs ꝯtingēs qđ eſt in pluribus ⁊ reſpectu illius qđ ſemꝑ eſt: ſe habet ut in paucioribus ⁊ in minori parte.

Inter caſus ⁊ fortuna.

¶ Et nota ꝙ differentia eſt inter caſum ⁊ fortunā. nam caſus eſt cum aliq̄d euenit alicui nō tn̄ cum intētione: ut ſiq̄s fodiat hortū ⁊ inueniat theſaurū caſus eſt: nam non intēdebat inuenire theſaurū. Sed fortuna eſt cum aduenit aliq̄d cum intētione: ut ſiq̄s uadat ad bellū ipſe uadit ut ſibi bene accidat: ⁊ ideo ſi bene accidit fortuna erit ⁊ nō caſus.

**¶ Amplius autem ſi eſt album nūc: uerum erat dicere prius quoniam erit album: quare ſemp uerum fuit dicere quodlibet eorum que facta ſunt: quoniam eſt uel erit: ꝙ ſi ſemp uerum eſt dicere: quoniā eſt uel erit: non pōt hoc non eſſe uel non futurū eſſe. qđ aūt nō potuit non fieri impoſſibile eſt nō fieri. ⁊ qđ impoſſibile eſt nō fieri: neceſſe eſt fieri. Oīa ergo que futura ſunt: neceſſe eſt fieri. Nihil igit̄ utrūlibet erit: neq; caſu: nam ſi a caſu: non ex neceſſitate.**

¶ Hic ponit ſcđam rōnem ad ꝓbādum ꝙ nō ſimilit̄ ſe habet ueritas in enūciationibꝰ de futuro cōtingenti: ſicut in alijs ducendo ad impoſſibile. Et hoc ſic. ſi aliq̄d eſt uerum modo de p̄nti: ut aliq̄d eſt albū. primo fuit uerū dicere q̄m erit albū: ⁊ hoc an̄ vnū diem: uel ante mille annos: ⁊ ſic uerum fuit dicere de quolibet q̄m eſt uel erit: nec pōt nō eē: uel nō futurum eſſe .i. nō fieri. Et ſi non pōt nō fieri: impoſſibile eſt nō fieri. ⁊ ſi impoſſibile eſt nō fieri: neceſſe eſt fieri: ut patebit inferius: ⁊ ſi neceſſe eſt fieri: tūc nihil ſit a caſu: nec ad utrūlibet: ſed omnia ex neceſſitate.

**¶ At vō nec quoniam neutrum uerum eſt contingit dicere: ut quoniam neq; erit neq; nō erit Primum enim cum ſit affirmatio falſa: erit negatio non uera. Et cum hec ſit falſa: contingit affirmationem non eſſe ueram.**

¶ Hic oſtēdit ꝙ ueritas non eſt negāda in ſingularibus de futuro contingēti ſimpłr .i. non eſt dicendum ꝙ neutra pars ſit uera. Et primo ꝓponit quod intēdit dicēs: ꝙ ſicut in iſtis ſingularibus de futuro contingēti non eſt uerum dicere ꝙ altera pars determinate ſit uera altera falſa: ſic non cōtingit uere dicere ꝙ neutra ſit uera .ſ. neq; erit neq; non erit .i. neq; affirmatiua neq; negatiua: dicit neq; erit .i. ꝙ affirmatio non ſit uera: neq; non erit quātuꝫ ad negationē. Primum aūt ꝓbat hoc .ſ. ꝙ utraq; pars nō careat ueritate duabus rōnibus. Prima eſt ſm̄ quam notat hic expoſitoꝛ ꝙ affirmatio ⁊ negatio diuidunt uerum ⁊ falſum: qđ patet ex diuiſione ueri ⁊ falſi: q2 nihil qđ eſt uerum eē ꝗ̄ qđ eſt: uel non eē qđ nō eſt: ſed nihil aliud eſt falſum ꝗ̄ enūciare eē qđ non eſt: uel non eē qđ eſt: ⁊ ſic oportet ꝙ ſemꝑ ſi affirmatio ſit falſa negatio ſit uera: ⁊ ecōuerſo. ſed ſm̄ p̄dictam poſitionē affirmatio erit falſa negatione exiſtēte non uera .i. falſa: q̄a non uerum ⁊ falſum idē ualēt. ⁊ ſimilit̄ falſa negatio affirmatione exiſtēte non uera .i. falſa. ergo impoſſibile eſt ꝙ utraq; pars careat ueritate: q2 ſequeretur: ꝙ due cōtradictorie eēnt falſe: qđ eſt contra illud principium de quolibet affirmatio uel negatio: ⁊ de nullo ſimul.

Affirmatio ⁊ negatio diuidūt uerū ⁊ falſū

**¶ Ad hec ſi uerum eſt dicere: quoniam albū eſt ⁊ magnum: oportet utrūq; eſſe. Si vō erit cras oportet eſſe cras. Si autem neq; erit: neq; non erit cras: non erit utrūlibet: ut eſt nauale belluꝫ oporteret enim neq; fieri nauale bellum: neq; non fieri.**

¶ Hic ꝓbat per ſecūdam rōnem que talis eſt. Intēdit phus ꝙ ſi uerum eſt dicere ꝙ aliq̄d ſit magnum ⁊ album: ſeq̄tur utrūq; eē .ſ. ꝙ ſit magnū ⁊ album: ⁊ ſimiliter in futuro ſicut in p̄ſenti. Nam ad hoc quod dico cras erit: ſeq̄tur cras eē: ⁊ ſi non eſt cras: falſum eſt dicere quoniā erit cras: ergo ſi p̄dicta poſitio ſit uera dicēs ꝙ neq; erit neq; nō erit: oportebit neq; fieri neq; non fieri: ⁊ ſic omnia de neceſſitate erunt: ⁊ nihil ad utrūlibet: quod falſum eſt.

**¶ Que ergo cōtingūt incōueniētia hec ſunt: ⁊ huiuſmodi in alia. Si oīs affirmationis ⁊ negationis uel in his que in vniuſlibꝰ dicunt̄ ut vniuerſalr̄: uel in his que ſūt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarū hanc ueram eē: illā vō falſaꝫ: nihil aūt utrūlibet eē in his que fiūt: ſed oīa eſſe: uel fieri ex neceſſitate. Quare nō oportebit neq; cōſiliari neq; negociari: quoniam ſi hoc facimus erit hoc. Si vō non hoc: non erit hoc.**

¶ Hic repetit phus illa inconueniētia: ut addat duo alia. Dicit ergo ꝙ ſi oīs affirmationis neceſſe eſt hāc eſſe uerā: illā falſam determinate: ⁊ hoc in vniuliꝰ vniulr̄ ſumptis: tūc in ſingularibꝰ incōueniētia que ſequunt̄ ſunt iſta que dicta ſunt: ⁊ hiꝰ alia. i. duo alia inconueniētia: que ſequunt̄ .i. que dicēda ſunt. ſ. ꝙ nihil a caſu: nihil ad utrūlibet: ſed oīa eueniēt de neceſſitate. Simılr̄ inducit alia duo incōuenientia: que ſequunt̄. primū eſt ꝙ non opꝫ ꝯſiliari de quolibet. naꝫ in 3ᵒ ethicoꝝ dicit̄. ꝙ ꝯſilium non eſt de illis que sūt a neceſſitate. ſ. de ſempiternis: ſed ſolū eſt conſilium de contingētibꝰ: que pñt eſſe ⁊ nō eſſe. Aliud inconueniēs eſt. ꝙ non oportebit negociari. nā nos negociamur ꝑpter diuitias acquirēdas: ⁊ ſi oīa euenient de neceſſitate: tunc nō oporteret negociari ꝑpt̄ diuitias. ⁊ dato ꝙ non negociemur habebimus. ⁊ ſi ſemines bladum habebis. ⁊ dato ꝙ non ſemines deniqꝫ habebis: ⁊ oīa talia ſunt impoſſibilia.

¶ Nihil enim prohibet in milleſimuꝫ annum. hunc quideꝫ dicere. hoc futurum eſſe. hūc vō nō dicere. Quare ex neceſſitate erit quodlibet eorum qd̄ uerum erat dicere tunc.

¶ Hic ꝓbat ꝙ dicta inconueniētia ſequūtur ex predicta poſitione. ſ. poſito ꝙ eodeꝫ modo ſit ueritas: in enunciationibꝰ ſingularibus de futuro ꝯtingenti: ſicut in alijs enunciationibꝰ ⁊ oſtendit illa īpoſſibilia ſequi ex p̄dicta poſitiōe facta quadam ypotheſi. Dicit ergo: ꝙ ante mille annos: qn̄ nihil erat excogitatum de illis que nunc agunt̄. potuit aliqs dicē aliquod futurū eſſe: ut ꝙ talis ciuitas ſubuertet̄ adhuc ꝙ non erit. ſ. ꝙ talis ciuitas non ſubuertetur. nūc aūt ſi oīs affirmatio ul' negatio determinate ſit uera: neceſſe eſt ꝙ alter eoꝝ determinate dicat uerū: ergo neceſſe fuit alteꝝ iſtoꝝ determinate euenire ⁊ de neceſſitate: ⁊ eadē rō eſt in alijs omnibus: q̄re pꝫ ꝙ ex predicta poſitione ſequunt̄ illa īpoſſibilia. ſ. poſito ꝙ ſimiliter ſit ueritas in enūciationibꝰ ſingularibꝰ de futuro contingenti ſicut in alijs.

¶ At vō nec hec differt ſi aliquis dixerit contradictionem: uel non dixerit. manifeſtum eſt enī qꝛ ſic ſe habēt res. ⁊ ſi hic quidē affirmauerit. ille vō negauerit. neqꝫ enī ꝑpter affirmare. uel negare erit uel non erit. nec in milleſimū annū magis: q̄ꝫ in quātolibet tēpore. quare ſi in omni tempore ſic ſe habebat: ut vnum uere diceretur: neceſſe erat hoc fieri. ⁊ vnūquodqꝫ eoruꝫ que fiunt ſic ſemper ſe habebat: ut ex neceſſitate fieret: quādo enim uere dicit quis: quoniam erit. non poteſt non fieri. ⁊ quod factuꝫ eſt: uerum erat dicere ſemper: quoniam erit.

¶ Oſtēdit ſuperius phus illa incōuenientia ſequi ex p̄dicta poſitione ⁊ hoc facta q̄dā ypotheſi. Hic vult oſtēdere ꝙ abſqꝫ ypotheſi ſequunt̄ talia icōueniētia ypotheſis erat talis ꝙ añ mille ānos: poterat aliqd̄ futurum aliqs affirmare. ⁊ alter negare: modo dicit ꝙ ideꝫ ſequit̄ ſine iſta ypotheſi. nam nihil diceret q̄ꝫ tum ad exiſtētiam ⁊ euētum ipſarū rerū: ſi aliqs dixerit negationē uel non dixerit. nā res eodē mō ſe habet: ſiue affirmauerit aliquis: ſiue negauerit. naꝫ propter noſtrū affirmare uel negare non mutabitur curſus rerum: ut ꝙ ſit uel nō ſit: nam ueritas enūciationis non eſt cauſa exiſtētie rerū: ſed potius ecōuerſo. ⁊ non diceret quātuꝫ ad euentū eius: qd̄ non agitur. utrū fuerit affirmatū uel negatū: ante milleſimū annum: uel ante quodcūqꝫ tēpus. ſi ergo vnoquoqꝫ tēpore poſito ꝙ ita ſe hēat ueritas enūciationū: neceſſe eſſet ꝙ alterū oppoſitoꝝ uere diceretur ad qd̄ neceſſe ſit aliquid uere dici: ſequit̄ ꝙ neceſſe ſit illud eē uel fieri. Et ita ulterius ſequit̄ ꝙ vnum quodqꝫ eoꝝ que fiunt eueniat de neceſſitate: ⁊ ratio huius eſt: qꝛ ſi ponat̄ aliquē uerum dicere ꝙ hoc erit: non poteſt non futurū eſſe: ſicut ſuppoſito ꝙ homo ſit aīal rationale mortale: homo nō pōt non eſſe animal rōnale mortale: hoc enim aſſignat̄ cum dicitur [ aliqd uere dici. ] i. ꝙ ita ſit ut dicit̄. eadem aūt habitudo eſt eoꝝ que uere dicunt̄ ad ea que futura ſunt: ut eoꝝ que ꝑus dicebant̄ ad ea que ſunt pñtia uel preterita. ⁊ oīa eueniūt de neceſſitate: ⁊ nihil a caſu uel a fortuna: uel ad utrumlibet.

Quod ſi hec non ſunt poſſibilia. videmus enī eē principiū futurorū ⁊ ab eo qd̄ ꝯſiliamur atqꝫ aginꝰ aliquid.

Superius phus oſtendit ꝙ nō eſt ſimiliter ueritas i enūciation bus de futuro cōtingēti: ⁊ ſingularibus ſicut in alijs ducēdo ad īpoſſibilia. Hic oſtēdit illa īpoſſibilia eſſe īpoſſibilia. ⁊ ſequit̄ illa ps in qua oſtēdit q̄liter ſit ueritas in iſtis enūciationibus que incipit ibi [ Igit̄ eē qd̄ eſt. ] Et ſic ſunt due ꝑtes principales in lectione. Prima habet duas. nam ꝑmo oſtēdit predicta eſſe impoſſibilia per rationē. 2ᵒ per exēpla. 2ᵃ ibi [ Et multa nobis manifeſta. ] Prima in duas diuiditur. ꝑmo ponit ſuū ꝓpoſitū in rebus humanis. 2ᵒ in rebus alijs a natura. 2ᵃ ibi [ ⁊ quoniā eſt orō. ] Sequitur illa ps [ Et multa nobis manifeſta. ] Diuidit̄ in duas. ꝑmo ponit vnū exemplū. 2ᵒ concludit idem eē in alijs cōſimilibus. 2ᵃ ibi [ Quare ⁊ in alijs. ] Illa pars [ Igit̄ eē qd̄ eſt. ] In qua ꝯcludit ueritatē in enūciationibꝰ hēt duas. nam qꝛ ſuperiꝰ arguēdo ad impoſſibilia ꝓcedebat ab enūciationibꝰ ad res. ⁊ remouet illa incōueniētia que circa res ſequebant̄. nūc oñdit q̄liter ſe hēt ueritas circa res. 2ᵒ q̄lit̄ circa enūciationes. 2ᵃ ibi [ Quare qm̄ ſimilr̄ orōnes. ] Pᵃ in duas. ꝑmo oſtēdit q̄liter ſe habeat v̄itas ⁊ neceſſitas circa res abſolute cōſideratas. 2ᵒ q̄liter ſe habet per cōparationē ad ſua cōpoſita. 2ᵃ ibi [ ⁊ in ꝯdictione. ] Sequit̄ illa pars [ Quare qm̄ ſimilr̄. ] In qua oſtēdit q̄liter ſe habeāt enūciationes ad ueritatē ⁊ habet duas. ꝑmo facit qd̄ dictū eſt. 2ᵒ ꝯcludit ueritatē totiꝰ diſputationis. 2ᵃ ibi [ Quare manifeſtum eſt. ] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primā partem ſic ꝓcedit. Et dicit ꝙ ſi hec nō ſunt poſſibilia que dicta ſunt: nec gloſatur. ſimilr̄ ueritas in enūciationibꝰ ſinglaribꝰ de futuro ꝯtingenti. ⁊ ſtatim oſtēdit predicta īpoſſibilia eſſe īpoſſibilia. Et hoc ꝑmo in rebꝰ humanis ⁊ intēdit talem rōnem. Illa quorū nos ſumꝰ cauſa per noſtra ꝯſilia non eueniunt de neceſſitate: ſed nos ſumꝰ cauſa multoꝝ per noſtra ꝯſilia. ergo multa ſunt que nō eueniūt de nec̄citate. minorē ponit eo ꝙ nos manifeſte videamur eē cauſa multoꝝ ⁊ principium futurorū. nam dñs poteſt precipere ſeruo ꝙ faciat aliqd: qd̄ tamen non fieret. niſi ꝑmo ꝯſuleret. ſimiliter per conſilium alicuius: aliqn̄ fiūt bella ⁊ interficiunt̄ gētes: que non fierent: niſi eſſet conſilium eiꝰ: ⁊ ſic ſimiliter in pluribus alijs.

¶ Et quoniam eſt omnino in his que non ſemper actu ſunt: eſſe poſſibile: ⁊ non eſſe ſimiliter in quibus utrunqꝫ contingit ⁊ eſſe ⁊ non eſſe. Quare ⁊ fieri ⁊ non fieri.

¶ Hic oſtēdit in alijs rebus q̄ꝫ in humanis. Et dicit ꝙ manifeſtum eſt in rebus nālibus ꝙ quedā non ſemper ſunt actu. ergo eis cōpetit eſſe ⁊ non eſſe: aliogn

Veritas enūciationis non ē cā exiſtē rez ſʒ ecōuerſo

ſemper eſſent uel ſemꝑ non eſſent. illud autē qđ non eſt incipit eē aliquid per hoc ꝙ fit. ſicut illud qđ non eſt album. incipit eſſe albū per hoc qđ fit album: τ ſi non fiat album: ꝑmanebit non eſſe album. τ ſic contingit aliqua eſſe τ non eſſe: ita fieri τ nō fieri: ſic talia nō ſunt ex neceſſitate uel fiunt: ſed in eis eſt cauſa poſſibilitatis per quā ſe habēt ad fieri τ non fieri.

⁋ Et multa nobis manifeſta ſunt ſic ſe hñtia: ut quoniā hāc ueſtē poſſibile eſt incidi. τ nō incidi tur: ſed prius exteritur. Silr̄ autē τ nō incidi poſſibile eſt. nō eni eſſet poſſibile ꝑus eam exteri niſi eſſet poſſibile nō īcidi. Quare τ in aliis futuris que ſm̄ potentiā dicunt̄ huiuſmodi

⁋ hic ponit ꝓpoſitū τ exempla. ponat̄ ꝙ ſit hic vna ueſtis noua. illā ueſtē poſſibile eſt incidi: q̄ non obſtat ſciſſioni. neqʒ ex parte agentis. neqʒ ex parte patientis: q̄ cum ſit de lana: poteſt īcindi. τ ſimilr̄ poſſibile eſt eam nō ſcindi. τ hāc partem ꝓbat ſic: ſicut eſt poſ̄e hāc ueſtē ſcindi ita eſt poſ̄e illā ueſtē exteri. i. uetuſtate conſumi. at ſi exterat non ſcindit̄. ergo eſt poſſibile hanc non ſcindi. τ concludit vniūlr ꝙ in omnibus futuris. quecūqʒ ſm̄ huius poſitionē ſe habent i. ꝙ ſint in tali potentia τ non in actu.

⁋ Manifeſtū igit̄ eſt qm̄ non oīa ex neceſſitate uel ſunt: uel fiunt. ſed alia quidē ad utrūlibet: τ nō magis uel affirmatio uel negatio uera eſt alia v̓o magis quidem τ in pluribus alterum. Sed ꝯtingit fieri τ alterū. alterū v̓o minime.

⁋ Et quid eſt manifeſtuʒ. certe ꝙ non omnia ſunt de neceſſitate uel fiunt: ſed quedam eoꝝ fiunt ad utrūlibet qđ non habet ſe magis ad affirmationeʒ q̄ʒ ad negationem: ut ſortē currere τ non currere. Alia ſunt in quib⁹ alterū eoꝝ ꝯtingit ut in pluribus: ut ꝙ roſa floreat in uere. Et dic̄ ꝙ alterū ꝯtigit. ſ. ꝙ nō floreat.

⁋ Igitur eſſe qđ eſt: quādo eſt. τ non eē qđ nō eſt: quādo non eſt: neceſſe eſt. Sed non omne quod eſt: neceſſe eſt eſſe: nec qđ non eſt: neceſſe eſt non eſſe. non eniʒ idem eſt: omne qđ eſt: eſſe neceſſario quādo eſt: τ ſimplr̄ eſſe ex neceſſitate. ſimiliter autē τ in eo quod non eſt.

⁋ hic ponit ꝑhus qualiter ſe habet ueritas in rebus ut inde concludat ueritatē in enūciationibus. Dicit ergo primo ex premiſſis cōcludens. Poſtq̄ʒ ſupradicta ſunt inconuenientia. ſ. ꝙ omnia eueniāt de neceſſitate concludit q̄liter eſt ueritas circa res: ita ꝙ opʒ dicere ita ſe habere circa res ꝙ omne qđ eſt neceſſarium eſt eē: quādo eſt: cum illa reduplicatione: τ omne qđ non eſt neceſſe eſt nō eſſe: quādo nō eſt. Et dicit expoſitoꝛ ꝙ illud tenet per illud principiū īpoſſibile eſt aliquid eſſe τ non eſſe ſimul. nā quādo aliq̄d eſt tunc quādo eſt īpoſſibile eſt non eſſe: τ ſi īpoſſibile eſt non eſſe neceſſe eſt eſſe: q̄ iſte eq̄pollent adinuicem. Similr̄ quando aliq̄d non eſt tunc īpoſſibile eſt eſſe. ergo neceſſe eſt nō eſſe. nam ſimilr̄ equipollēt. Et ſic pʒ q̄liter omne qđ eſt neceſſe eſt eſſe quādo eſt: τ omne qđ nō eſt: neceſſe eſt nō eſſe: qn̄ non eſt: ſʒ iſtđ non eſt neceſſarium abſolutum: ſed ex ſuppoſitione. Nam omne qđ eſt nō eſt neceſſariū eē. neqʒ oē qđ nō eſt: nō eſt neceſſarium non eſſe. Unde dicit ꝑhs ꝙ nō eſt idem dicere: omne qđ eſt neceſſe eſt eē quādo eſt. τ omne qđ eſt: ſimulr̄ neceſſe eſt eſſe. ſimiliter non eſt ideʒ. omne qđ nō eſt neceſſe eſt nō eſſe: quādo nō eſt ergo qđ non eſt: ſimulr̄ neceſſe eſt nō eſſe. Et ideo eſſet fallacia ſʒ quid τ ſimplr̄: ſi diceres ſic ſoꝛ. erit qn̄ erit. ergo ſoꝛ. erit. vn̄ omne qđ eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe quātum ad neceſſitatē ex ſuppoſitiōe τ nō de

De q̄ ē neceſſe ē eſſe τc̄

neceſſitate abſoluta: vnde nō eſt neceſſitas abſoluta: ſi quando eſt neceſſe eſt eſſe.

⁋ Et in cōtradictione eadē ratio eſt: eſſe quideʒ uel non eſſe. omne neceſſe eſt: τ futurū eſſe uel non eſſe. non tn̄ diuidentem dicere: alterū neceſſario. Dico autem ut neceſſe eſt futurum eſſe bellū nauale cras. uel nō eſſe futurū. Sed non futurū eē cras nauale bellū neceſſe eſt: uel non futurū eē: futurū autē eſſe: uel nō eē: neceſſe eſt

⁋ hic oſtendit quomodo ſe habet ueritas circa res. per cōparationē ad ſua ſuppoſita. Et dicit ꝙ eadem ratio eſt in ꝯtradictione que eſt in ſuppoſitione: q̄ ſicut illud qđ nō eſt abſolute. neceſſariū eſt neceſſariū ex ſuppoſitiōe: ut viſum eſt. ſimilr̄ in propoſito. ſ. in ꝯtradictione. quādo nō eſt neceſſariū abſolute: tunc eſt neceſſariū per diſiunctiuas oppoſitas: q̄ neceſſe eſt de quolibet: ꝙ ſit uel non ſit ſub diſiūctione: τ ſimilr̄ neceſſitas fundat̄ ſupra hoc ꝑncipiū qđ īpoſſibile eſt ꝯdictoria ſimul eſſe uera: uel falſa. Unde impoſſibile eſt eſſe τ nō eſſe. vnde ſub diſiūctiōe neceſſe eſt eſſe: uel nō eē: tamē diuiſim eſſe nō eſt neceſſe eē uel etiā nō eſſe: q̄ eſſet neceſſitas abſoluta τ nō ſub diſiunctione. τ declarat per exemplum: q̄ neceſſe eſt nauale bellum eſſe futurū cras: uel nō eſſe futurū: ſed nō eſt neceſſe nauale bellum eē futurum cras uel nō eſſe futurū: τ ſimiliter non eſt neceſſe non eē futuruʒ cras: q̄ hec pertinet ad neceſſariū abſolutū: ſed hoc eſt bene neceſſe uel ꝙ ſit futurū: uel ꝙ non ſit futurū. nam hoc ꝑtinet ad neceſſitatē que eſt ex ſuppoſitione ſiue ſub diſiunctione.

⁋ Quare qm̄ orationes ſimilr̄ uere ſunt: quemadmodū τ res. manifeſtū eſt: quoniā quecunqʒ ſic ſe habeut: ut ad utrūlibet ſint: τ cōtraria ipſoꝝ contingant neceſſe eſt ſimiliter ſe habere ꝯtradictionē: qđ contingit in his: que non ſemper ſunt: τ non ſemꝑ non ſunt. hoꝝ eniʒ neceſſe eſt alterā partē ꝯtradictionis uerā eē: uel falſaʒ: nō tn̄ hoc aut illud: ſed utrūlibet: τ magis quidē alterā uerā: nō tn̄ iam uerā uel falſam.

⁋ Oſtēdit q̄liter ſe habet ueritas circa res. poſtea q̄liter ſe habet circa enūciationes. Dicit ergo primo ꝙ ita ſe habēt enūciationes ad ueritatem ſicut res ad eſſe: τ nō eſſe: q̄ ab eo ꝙ res eſt uel non eſt oratio uera uel falſa dicitur. τ ideo ſequitur ꝙ in omnibus rebus que ita ſe habēt ut ad utrūlibet τ quecūqʒ ita ſe habēt ꝙ ꝯtrarioꝝ cōtingere poſſunt: q̄litercūqʒ. i. eq̄liter: uel alterutrū ut in pluribus: ſequit̄ ꝙ ſimiliter ſe habeat circa ꝯtradictioneʒ enūciationum. Et declarat que ſunt iſte res q̄rum ꝯtraria cōtingent euenīūt Et dicit ꝙ illa que nec ſemper ſunt: ut neceſſaria: nec non ſunt: ut poſſibilia: ſed quādoqʒ ſunt τ quādoqʒ non ſunt. Et ulterius manifeſtat ſimilr̄ quomodo ſe habeat in ꝯtradictorijs enūciationib⁹. τ dicit ꝙ iſtarum enūciationū que ſunt de contingētibus neceſſe eſt ꝙ ſub diſiūctione altera pars ꝯtradictiōis ſit uera: uel falſa: nō tamē hec uel illa determinate: ſed ad utrūlibet. τ ſi contingat ꝙ altera ꝑs contradictionis ſit uera magis ut in illo ꝯtingenti qđ ſe habet ut in pluribus: non tamē hoc eſt de neceſſitate. q̄ poſſet altera eſſe uera: ſed ex neceſſitate eſt altera pars uera τ altera falſa: ſed non determinate ut viſum eſt.

In ꝓpōne h⁹ de cōtingēti ex neceſſitate altera pars eſt uera: ſʒ non determinate.

⁋ Quare manifeſtū eſt: quoniam nō eſt neceſſe: omnes affirmationes uel negationes oppoſitarum: hanc quidē uerā: illam aūt falſam eē neqʒ eni queādmodū in his que ſunt: de ſe habet etiā in his que non ſunt: poſſibilibus tn̄ eē

aut non eſſe: ſed quemadmodum dictum eſt.
¶ Hic ↄcludit ꝑncipalē intētum. Et dicit ꝙ manife-
ſtum eſt ex predictis ꝙ nō eſt neceſſe in omni genere
affirmationū ꝛ negationum oppoſitarū alterā deter
minate dicere uerā: alteram falſam: qꝛ nō eſt eodem
modo ueritas ꝛ falſitas: in illis que ſunt de preſenti
ꝛ in illis que nō ſunt: ſed poſſūt eſſe ꝛ nō eē: ſed hoc
modo ſe hēt in utraqꝫ: ſicut viſuꝫ eſt ſuperius. ſ. ꝙ in
iſtis que ſunt neceſſe eſt ſemꝑ alterā determinate eē
uerā alterā falſam: ſed in ſingularibus de futuro cō-
tingenti eſt neceſſe alterā uerā alterā falſam eſſe ſub
diſiunctione: ſed nō determinate alterā tm̄ eē ueram.

**Queritur** Utrū omnia eueniāt de neceſſita
te: Et videt̄ ꝙ ſic. Nam poſita cau
ſa ſufficiēti ponit̄ de neceſſitate eius effectus: ſed om
nis effectus in iſtis inferioribus: habet cāꝫ ſufficien-
teꝫ qꝛ alter non duceretur in eſſe. ergo omnia iſta iſe
riora educant̄ de neceſſitate ex ſuis cauſis. ¶ 2° argu
itur. vt° corpoꝝ ſuꝑceleſtium eſt cauſa iſtorū inferio
rum: ꝛ ita videtur ꝙ omnis effectus hic ſit de neceſ
ſitate ꝑpter influentiam corporū ſuperceleſtiū. ꝛ ni-
hil eueniat cōtingēter. ¶ 3° arguitur. deus eſt cauſa
omniū ꝛ habet ſcientiam infallibilem omnium que
ſunt: ꝛ ita cum ſit ſcientia eius infallibilis certe opoꝛ
tet ꝙ omnia eueniant de neceſſitate: ꝛ nihil eueniat
contingenter. ¶ 4° arguitur ſic. videt̄ ꝙ illa que fiūt
de noſtro conſilio fiant de neceſſitate. ꝛ que fiunt ab
operatione noſtra. Nam uolūtas noſtra de neceſſita
te mouet̄ ab aliquo appetibili. cum bonū ſit ꝓpriuꝫ
obiectū uoluntatis no poteſt moueri uolūtas niſi ex
bono: nec poteſt diuertere quin eligat ꝛ appetat illō
qō videtur ſibi bonū: ſic videt̄ ꝙ omnia que ſunt ex
noſtro cōſilio ꝛ a noſtra uolūtate fiāt de neceſſitate.

**Oppoſitum** docet ꝑhus per plures ratio-
nes ducendo ad ipoſibile: ꝙ
nō omnia eueniāt de neceſſitate. ¶ Ad hāc queſtio-
nem videndum eſt primo quid ſit neceſſarium ꝛ qd
ipoſſibile. Un̄ nota qō dicit expoſitoꝛ ꝙ de hoc mľ

Quō neceſſ impoſſe ꝛ poſſe pe neo 3rias ſentētias.

tis modis dixerūt antiqui: qdam enim dixerūt ꝙ ne
ceſſariuꝫ eſt qō ſemꝑ eſt ipoſſibile qō nunqꝫ erit: nec
eſt ſꝫ poſſibile eſt qō qn̄qꝫ eſt quādoqꝫ nō eſt: ſed di-
cit ꝙ iſte diffinitiōes nō ſunt recte: quoniā ꝓcedūt a
poſteriori. naꝫ nō eſt neceſſe ex hoc qō ſemꝑ eſt: ſed
ecōuerſo ex hoc qō neceſſe eſt. ſimiľr nō eſt ipoſſibi-
le ex hoc qō nunqꝫ eſt: ſed nunqꝫ eſt ex hoc qō eſt i-
poſſibile. ꝑpter qō aliqui aliter dicūt ꝙ neceſſarium
eſt qō non poteſt prohiberi qm̄ ſit uerum: impoſſi-
bile qō ſemper prohibet̄ a ueritate: poſſibile v° qō
poteſt ꝓhiberi: uel nō: ſed iſti dicunt a poſteriori ꝛ
per accidēs. Nam illud nō eſt neceſſariuꝫ ex quo nō
poteſt impediri: ſed ex hoc qō eſt neceſſariuꝫ nō po
teſt habere īpedimentum. ꝛ ꝑpter hoc dicit̄ melius
ꝙ diſtinguātur per naturā rerum. ꝛ dicitur ꝙ illud
eſt neceſſariū: qō in natura determiatū eſt ad eē ſolū
ipoſſibile v° qō eſt determinatū ſolū ad nō eſſe. poſ
ſibile qō ad neutrū eſt determinatū oīno. Et debes
notare ꝙ qcquid habet eē in ſeipſo cum habet eē in
ꝑſenti ꝛ de illo pōt dici ꝙ eſt: ſed quādo aliquid eſt
futurū nō habet eſſe in ſeipſo: ſed habet eſſe quodā-

Aliqd' ħz eē in ſuis cauſ tripliꝛ

modo in ſuis cauſis. Et hoc poteſt eē tripliciter. vno
modo ꝙ ita ſit in ſua cauſa ꝙ de neceſſitate ex illa ꝓ
ueniat: ꝛ tunc de neceſſitate habet eē in ſua cauſa: ut
ꝙ ſol cras oriat̄. aliomō eſt aliqd in ſua cauſa: ita ꝙ
hēt inclinationē ad ſuū effectū qui tn̄ impediri pōt
ut ꝙ roſa floreat in uere. aliomō eſt aliquid in ſua cā
pure in potētia: qō nō magis eſt determiare ad vnū
qꝫ ad alteꝝ: ut ꝙ ſortes currat. ꝛ ita ex his dico ꝙ nō
oīa eueniēt de neceſſitate: ſed quedā poſſunt impe-
diri: ita ꝙ nō erant: ut ſtatim viſum eſt. ¶ Ad argu-
mēta dicēdum. Ad primum cum dicis: poſita cauſa
ſufficiēti de neceſſitate ponit̄ eius effectus. ꝛ cum di
cis ꝙ omne qō eſt hic inferi° habet cauſam ſufficiē-
tē. Dicit expoſitoꝛ hic ꝙ utraqꝫ iſtaꝝ. ſ. maioꝛ ꝛ mioꝛ
ſunt falſe. nam ignis cū additur lignis eſt cauſa ſuf-
ficiens cōbuſtionis. ꝛ tn̄ poteſt ipediri per ifuſionē
aque. Simiľr hec eſt falſa. oīs effect° hic iferius hēt
cām ſufficiēteꝫ. Nam illius effect° qui eſt per accidēs
ꝛ nō eſt cauſa ſufficiens nec per ſe. Et ſi tu arguas ꝙ
oē per accn̄s reducit̄ ad per ſe. certe uerū eſt reducit̄
ad per ſe. i. ad aliqō ſubiectū qō hēt eē per ſe: ſed nō
itelligit̄ ꝙ reducat ad cām per ſe. ¶ Ad 2m qn̄ dicitur
ꝙ iter corpoꝝ ſuꝑceleſtiū eſt cauſa oium iſtorum in
ferioꝝ. Quare videtur ꝙ hec oīa ſint de neceſſitate
ex iſluētia corpoꝝ ſuꝑceleſtiū. Dicēdū ꝙ multa fiūt
hic iferi° que nō ſūt ꝑpter virtutē corpoꝝ ſupraceleſ-
ſtium: ut illa que ab itellectu ꝛ a uolūtate noſtra fiūt.
nā virtus corpoꝝ ſupraceleſtiū nō agit ꝓprie in itel-
lectū: nec in uolūtatē. Et hoc ꝓbat expoſitoꝛ tali rō-
ne. nullū corporale agit in nō corporale: ſed itellect°
icorporalis eſt. ergo virt° ſuꝑceleſtiū nō poterit age-
re in itellectū. ꝛ ſic in iſtis que fiūt per rōnem ꝛ per in
tellectū nō pōt agere virtus corpoꝝ ſupraceleſtium.
Un̄ ēt dr̄: vir ſapiēs dn̄abit̄ aſtris. ¶ Ad 3m cū dicis
ꝙ ſciētia dei eſt infallibilis etiā cū ipſa oīa cogitat. vi
det̄ ꝙ oīa eueniāt de neceſſitate. Dicēdū ꝙ itellectus
dei nō cognoſcit eo modo quo itellectus noſter. Nā
intellect° noſter itelligit ꝛ cognoſcit ſm ꝑus ꝛ poſte-
rius: itellectus aūt dei vno ituitu cognoſcit oīa ꝛ nō
ſm pri° ꝛ poſterius. ſicut ſi hic plures hoīes trāſirēt
modo per vnā viam. tūc quilibet eoꝝ poſſet videre
aliquos de illis qui irēt retro: ſed ſi eēt in alto aliqs
ut in aliqua ſumitate turris. poſſet ſimul oīa intuitu
vno videre. Igit̄ vno modo itellectus dei vno itui-
tu cognoſcit oīa p̄ntia preterita ꝛ futura. ꝛ ipſe itel-
lectus dei cognoſcit oīa ſm eē quod habēt ꝛ ipſe oꝛ
dinauit ꝙ aliqua ſe determiate habēt ad eē ut neceſ-
ſaria. alia ad nō eē: ut ipoſſibilia. aliqua ad utrūlibet:
ut contingentia. ꝛ ſic nō oīa ueniunt de neceſſitate.
¶ Ad q̄rtum cū dicis ꝙ uolūtas mouet̄ de neceſſita
te ab ipſo bono appetibili cū bonum ſit ꝓprium ꝛc̄.
Dicendū ꝙ vniuľe eſt de bono ꝛ de uero: nūc autem
eſt quoddā uerū per ſe nomē ut ꝑncipia: ut omne to
tum eſt maius ſua parte: cui ſtatim intellectus aſſen-
tit alia ſūt uera: non per ſe nota: ſed per alia. Et hoc
dupliciter. qꝛ quedā ex neceſſitate ſequuntur ex illis
principijs. ꝛ non poſſunt eē falſa ꝑmiſſis exiſtētibus
ueris: ſiue principijs: ut ꝙ triangulus habeat tres.
quedā autē ſunt uera: que nō ex neceſſitate ſequūtur
ex principijs cōpoſſibilia quibus de neceſſitate non
aſſentit itellectus: qꝛuis ad vnā partem magis iclina
tur qꝫ ad aliā: ut omnis mr̄ diligit. ſimiľr eniꝫ de bo-
no eſt: ꝙ aliqō eſt bonum per ſe appetibile: ut felici-
tas. qꝛ habet rationeꝫ ultimi finis: ꝛ uoluntate natu
rali omnes appetunt iſtud bonum: ſed quedam bo
na ſunt appetibilia poꝛpter fineꝫ. Et dicit expoſitoꝛ
ꝙ forte talia ſūt circa viuē ꝛ itelligē. ꝛ hec ſūt de neceſ
ſitate appetibilia. nā oīa cē appetūt. alia bona ꝑticu
laria que in humanis actib° ↄſiſtunt: ut comedē hūc
cibū: uel illū q̄ poſſet mouē appetitū ſꝫ aliqō bonū
in eis ↄſideratum: ſed cū de neceſſitate iſta talia nō
mouent appetitū. ideo uoluntas nō ſemꝑ mouet̄ de
neceſſitate. Et ſic eſt finis primi periermenias.

¶ Incipit liber ſecundus periermenias.

**Q Uoniam autem eſt aliquid de aliquo affirmatio ſignificās h̄ autē uel eſt nomen uel innoīatum.**

I Ste liber diuiſimo de ꝯtinuaꝛ ad p̄mū: ſed ꝯtinua eū ſic expoſitoꝛ ꝯtīuat: ꝙ ſuperiꝰ in primo determinauit de enunciatione ſimpl'r conſiderata. Hic determinat de enūciatione ſm ꝙ dicitur per aliquid ſup additum ſibi. Et diuidiꝛ in tres. nam p̄mo docet uariare ſeu diuerſificare enūciationem penes aliqd additum ad ſubiectum. 2° penes aliquid additum ipſi enūciationi ratione compoſitionis. 3° ſoluit quādaz dubitationē circa oppoſitionē ꝓpoſitionū euenietē. 2ª ibi [His v̊o determinatis.] 3ª ibi [Utrū aūt.] Prima in duas. p̄mo oſtendit quid accidit enunciationi penes aliquid additū qđ non tollit vnitatem enūciationis. In 2ª quid accidat penes aliquid additum: qđ tollit vnitatem enūciatiōis. 2ª ibi [At v̊o vnū de pluribus.] Prima in duas. p̄mo docet diuerſificare enūciationes in quibus poniꝛ hoc uerbū eſt 2° adiacēs. 2° in quibus poniꝛ 3° adiacens. 2ª ibi [Quando aūt eſt 3m adiacens.] Prima in duas. nam p̄mo ꝓponit illas diuerſas rōnes diſtinguēdi tales enūciationes 2° ponit diſtinctionū illaruz enūciationē. 2ª ibi [Quare p̄ma eſt.] Prima in duas. nam primo ꝓponit iſtas diuerſas rationes diſtinguēdi. 2° oſtendit ꝙ non poteſt talis ratio diſtinguendi eſſe p̄ter v̊bū. 2ª ibi [Preter uerbum aūt.] Prima in tres. p̄mo enim ꝓponit iſtas rationes diſtinguendi. 2° exponit illud qđ dixit. 3° cōcludit intentum. 2ª ibi [Nomen autem dictum.] 3ª ibi [Erit oīs affirmatio.] Prima in duas. p̄mo ꝓponit ⁊ declarat. 2° remouet dubiū. 2ª ibi [Unum aūt opz.] Seqtur illa pars [Quādo autem eſt tertiū.] In qua diſtinguit enunciationes in q̄bus predicaꝛ eſt 3m adiacēs. ⁊ habet duas. p̄mo diſtiguit huiuſmodi enunciatiōes. 2° declarat ꝙ circa ens poſſent eē dubia. 2ª ibi [Quoniā v̊o cōtraria.] Prima in duas. p̄mo declarat de enūciationibus in quibus predicaꝛ hoc v̊bum eſt. 2° in quibus alia uerba. 2ª ibi [In his v̊o in quibus eſt.] Prima in duas. p̄mo docet uariare enūciatiōes in quibus predicaꝛ hoc uerbum eſt tertium adiacens penes predicatū uariatum per finituz ⁊ infinitum ſubiecto exiſtēte finito. 2° ſubiecto exiſtente infinito. 2ª ibi [Alie autē ad id qđ eſt nō hō.] Prima in duas. p̄mo docet uariare enūciationes penes p̄dicatum uariatū per finitū ⁊ infinitum ſubiecto exiſtēte finito: in vniulibus terminis ſumptis nō vniuerſaliter. 2° in vniulibꝰ ſumptis vniul'r. 2ª ibi [Similiꝛ autē ſe habent.] Prima in tres. naz p̄mo ponit diuerſitates opinionū taliū enūciationum. 2° cōcludit numerum earū. 3° exēplificat in figura. 2ª ibi [Quare q̄tuoꝛ.] 3ª ibi [Intelligi v̊o.] Prima in duas. p̄mo ꝓponit qd intendit. 2° exponit quoddam dictū. 2ª ibi [Dico aūt.] Illa pars [quare.] diuidiꝛ in duas. naz p̄mo ponit numerū iſtaruz enūciationum. 2° ponit habitudinem earū. 2ª ibi [Quare due.] Et hec in duas. p̄mo facit qd dictum eſt. 2° exemplificat rōnez numeri. 2ª ibi [Dico aūt.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad p̄mam partē ſic ꝓcedit ꝯcludens qm̄ affirmatio eſt ſignificans aliquid de aliquo: hoc. ſ. de quo aliqd affirmatur uel ſignificatur. ſ. ſubiectum affirmationis eſt nomē. ſ. finitum: qꝛ ꝓprie illud eſt nomē (ut ſupra dictuz eſt.) uel innominabile. i. nomen infinitum. qđ dicitur innominatuz ex hoc qđ non eſt nomē impoſitum: uel non eſt noīatum ab aliq̄ forma determinata.

**¶ Unum autē oportet eſſe. ⁊ de vno id quod in affirmatione eſt.**

¶ Hic remouet pħus dubitationem: qꝛ dictum eſt ꝙ illud de quo aliquid diciꝛ eſt nomē uel innominabile. Crederet aliquis ꝙ ſimiliter eēt nomē inominabile ſubiectū. Et ideo ad hoc remouēduz dicit ꝙ opz eē in affirmatione vna de qua loquimur hoc vnum predicatum de vno ſubiecto enūciatum. ⁊ ita opz ꝙ ſubiectum uel ſit nomen uel inominabile: ⁊ non nomen infinitum: ⁊ nomen inſimul: ſed vnum uel aliud debet poni.

**¶ Nomen autē dictū eſt ⁊ innominatum priꝰ non homo enim nomē quidem non dico. ſed infinitū nomen. vnū eni quodāmodo ſignificat infinitū nomen. quodāmodum ⁊ non currit. non uerbum ſed infinitum uerbum.**

¶ Hic explanat pħus qđ dixerat. ſ. quid ſit nomen. ⁊ quid inoīabile. Dicit ꝙ nomē infinitū eſt ſicut nō hō qđ nō eſt nomē: ſed eſt iſinitū nomē: ſicut nō erit nō eſt uerbum: ſed finitū uerbum infinitū: modo hoc inuēdo dimiſimꝰ quādā partem ad remotionem dubitationis que incipit ibi [Unū enim ſignificat quodāmō.] ¶ Dubitaret qs. utrū in illa enūciatione in qua ſubicitur nomē iſinituz. ſignificetur vnū de vno qꝛ videreꝛ alicui ꝙ nō: ex hoc ꝙ aliquis crederet ꝙ nomen infinitum. nō ſignificaret vnum. ¶ Ad hoc remouēdū dicit: ꝙ nomē infinitū ſignificat quodāmodo vnū: ſed nō ſimpliciter vnū: ſicut nomen finitum: qꝛ nomen finitum eſt impoſitum a forma generis uel ſpeciei: uel indiuidui: ſed nomē infinitū ſignificat negationē talis forme: in qua negatione multa cōueniūt: ſicut in quodā vno ſm rationem. Unde ſicut eſt quoddā ens ſimpliciter: ut naturale: quoddā ens quodāmodo: ⁊ non ſimpl'r ut ens rationis: ſic eſt quoddā vnum ſimpliciter: ⁊ tale nō ſignificat nomen infinitum: ſed aliud eſt vnum quodāmodo qđ eſt vnum ens rationis. ⁊ tale vnum ſignificat nomē infinitum: ut non homo ⁊c̄.

Nomē infinitū innominabile nūcupaꝛ.

Nomē infinitū ſignificat quodāmodo vnum.

**¶ Erit omnis affirmatio ⁊ negatio uel ex nomine ⁊ uerbo. uel ex infinito nomine ⁊ uerbo.**

¶ Hic concludit ꝓpoſitum. ſ. ꝙ duplex eſt modus affirmatiōis: qꝛ quedā affirmatio cōſtat ex nomine ⁊ uerbo: ⁊ quedam ex infinito nomine ⁊ uerbo. Et dicunt quidam ⁊ uolunt ꝙ uerbum infinitum non intret enunciationem. Alij uolunt ꝙ intret: ſed poſtea videbitur eadem ratio poteſt accipi negationis: qa de q̄cunqꝫ contingit affirmare: cōtingit etiā negare.

**¶ Preter uerbum autē nulla eſt affirmatio uel negatio. Eſt enim uel erit: uel fuit: uel quecūqꝫ alia huiuſmodi uerba: ex his ſunt que ſunt poſita ſunt conſignificant enim tēpus.**

¶ Uiſum eſt qualiter enunciatio pōt uariari ex parte ſubiecti penes nomē finitum: modo oſtendit ꝙ talis differentia non poteſt ſumi ex parte uerbi. vnde ubi non p̄dicaꝛ uerbū: ut dictuz eſt nulla eſt affirmatio uel negatio. neqꝫ ex nomine infinito poſito loco nominis: ſed uerbum infinitum nō poniꝛ in enūciatione: qꝛ nō pōt uariari penes uerbum infinitum enunciatio: ſed videbiꝛ poſtea: ſed expoſitoꝛ dicit ꝙ uerbum iſinitū non intrat enūciationē duplici ratione. ⁊ vult pħus ꝙ ex caſu uerbi ⁊ nomine fiat enūciatio. ⁊ ꝓpter hoc ſubiūgit ſiue dicatur eſt ſiue erit: ſiue

[illegible] bū infinitū nō ingredi at enūciationem.

fuit: uel alia huiuſmodi ſunt de numero predicatorum ſine quibus nõ põt fieri enũciatio: vñ ↄſignificat tps. bicreddit expoſitor cãz q̃re ex obliq̃ vbi ⁊ noīe fiat enũciatio ⁊ nõ ex obliq̃ noīs ⁊ uerbo: q: in obliquo noīs nõ icludit ipſe rect⁹ ſed in obliq̃ vbi icludit ipz uerbum preſentis tẽporis. nam cum dicit̃ hoc erit. i. hoc eſt futurũ: ⁊ hoc fuit: ⁊ eſt preteritum.

**¶ Quare pͥma eſt affirmatio ⁊ negatio eſt. hõ nõ eſt hõ. Deinde eſt non hõ. non eſt non homo. Rurſus eſt omnis homo. nõ eſt oīs homo eſt omnis nõ homo. nõ eſt omnis nõ homo. ⁊ in extrinſecus temporibus eadem ratio eſt.**

¶ Hic ↄcludit ex predictis diſtinctionẽ enunciationũ in quibus ponit̃ nomẽ infinitũ uel finitum ex parte ſubiecti: ⁊ nõ ſm expoſitorẽ: q in his triplex differẽtia poteſt attẽdi. vna ſm affirmationẽ ⁊ negationem. alia ſm ſubiectũ finitũ. uel infinitum. tertia ſm ſubiectum vniuſ'r uel nõ vniuſ'r ſumptũ. ⁊ q: nomẽ finitũ prius eſt q̃ȝ nomen infinitũ: ideo dicit q prima affirmatio eſt ut hõ eſt: ⁊ prima negatio: homo non eſt ⁊ poſtea ponit ſecũdam affirmationeȝ: ut non hõ eſt ſecundã negationẽ: ut non hõ non eſt. poſtea illas in quibus ponit̃ vniuſ'e ſumptũ vniuſ'r. ⁊ ſunt quatuor ſicut predicte: ut omnis hõ eſt iuſtus: oīs homo non eſt iuſtus: omnis nõ homo eſt iuſtus: omnis nõ homo non eſt iuſtus. Similr ⁊ in uerbo preteriti ⁊ futuri tẽporis. Et dicit expoſitor q non facit hic phus mentionẽ de ſingularib⁹: q: non põt inueniri in eis omnis differẽtia: q: ſignũ vniuſ'e nõ põt addi eis: ſimiliter de particularibus mẽtionẽ nõ facit. Nam idẽ eſt iudiciũ. ſicut de illis in quibus ſubiectũ eſt vniuſ'e non vniuſ'r ſumptũ. i. ſicut de indefinitis: ut cum dicitur hõ eſt: homo nõ eſt: q̃dã hõ eſt: q̃dã hõ nõ eſt.

**¶ Quãdo autem eſt tertiũ adiacens predicat̃. dupliciter dicuntur oppoſitiones.**

¶ Hic intendit phus diſtinguere enũciationes penes predicatum uariatũ per finitũ ⁊ infinitũ ſubiecto exiſtẽte finito: in q̃bus hoc uerbũ eſt: eſt tertiũ adiacẽs predicat̃. ⁊ ideo nota q hoc uerbũ eſt quãdoq̃ȝ pͦdicatur ſecũdo adiacens. ⁊ tũc, ppͥe predicat qͦ eſt in ſe: ut homo ſortes eſt: ſenſus eſt q ipſe ſit in rerũ nã. Aliq̃n predicat̃ tertiũ adiacẽs. ⁊ tunc predicat qͦ eſt in alio: ut homo eſt albus: tunc nõ ſignificat q hõ ſit in rerum nã. ſed q albedo ineſt homini. ⁊ itelligẽ q appellat̃ tertiũ adiacens: non q ſint ibi tria adiacentia: ſed tertiũ dicitur: q: eſt tertia dictio ⁊ adiacẽs q: adiacet. Et nota q premiſſis enũciationibus ſubiecto exiſtente finito: erant due enunciationes: ita q erat ibi vna oppoſitio: q̃n hoc uerbũ eſt pͦdicat̃ 2m adiacens: ut hõ eſt: homo nõ eſt. modo dicit q hoc uerbũ eſt predicat̃ tertiuȝ adiacẽs erũt igit̃ in duplo plures q̃ȝ prius. ⁊ ita erunt due oppõnes ⁊ quatuor enunciationes ⁊ hoc ſubiecto exiſtẽte finito predicato tñ uariato per finitũ ⁊ infinituȝ vna oppoſitio eſt ut homo eſt iuſtus: homo non eſt iuſtus. alia homo eſt nõ iuſtus: homo non eſt non iuſtus.

Que dñr ſc qñ pͦdicat eſt 2m adiacens ⁊ quando eſt 3m adiacens

**¶ Dico autẽ ut eſt iuſtus homo eſt dico tertium adiacere nomen: uel uerbum in affirmatione. Quare ob id ipſum quatuor ille erunt.**

¶ Hic exponit qͦ dixerat q hoc uerbuȝ eſt predicat̃ tertium adiacẽs. Et dicit q cum dicit̃ homo eſt iuſt⁹ hoc uerbum eſt predicat̃ tertiũ adiacens in predicato tanq̃ nomen uel uerbũ in enũciatione: ita q hoc uerbũ eſt põt dici nomen: put nomen eſt idem: ſicut uox ſignificatiua. ⁊ dicit uerbum ſimiliter cuȝ ſit nota dicendi de altero. Poſtea concludit q̃re erunt q̃tuor enunciationes ⁊ due oppoſitiones: ut viſuȝ eſt iã.

**¶ Quarum due quidem ad affirmationem ⁊ negationem ſeſe habent: ſm conſequentiã: ut priuationes. due vͦ minime.**

¶ Hic ponit habitudinẽ iſtarũ enunciationũ. Et illa littera multas habet expoſitiones. ſed cã breuitatis ponat̃ vna intẽtio quã ponit Boetius. Et ſm illã expoſitionem attendit̃ ſimilitudo ⁊ diſſimilitudo affirmatiuarũ ad negatiuas: ut dicit Ari. ſ. pͦmiſſarum q̃tuor: due quidẽ affirmatiue: quarũ vna eſt ſimplex: homo eſt iuſtus: alia infinita: ut homo eſt non iuſt⁹: ſe habebũt ſm ↄñtiam ad affirmationem ⁊ negationem: ita q ad vnã affirmatiuam ſimplicẽ: ſequitur negatiua infinita: ut ad hãc: homo eſt iuſtus: ſequit̃ homo nõ eſt non iuſtus: ⁊ ad affirmatiuã infinitam ſequitur negatiua ſimpliciter ut ad iſtam: homo eſt non iuſtus: ſequitur hõ non eſt iuſtus. due vͦ negatiue minime. i. non ſe habẽt ita ſicut ad negationes ſequãtur affirmatiue: nam ad illã hõ non eſt iuſt⁹ nõ ſequitur hec: homo eſt iuſtus per eãdem cauſaȝ. Et nota q ſimiliter eſt in illis de predicato pͥuato. ſicut in illis de predicato infinito. Nã ſicut ad hãc homo eſt nõ iuſt⁹: ſequit̃ illa: homo nõ eſt iuſtus. ſimilr ad hanc: homo eſt iniuſtus: ſequit̃ hõ non eſt iuſtus. ⁊ ſimiliter ex altera parte.

Que ſequunt ad illa de pͦ negato eadẽ ſeq pͥt ad pͥa pͥuata.

**¶ Dico autẽ quoniã eſt. aut iuſto adiacebit aut nõ iuſto. Quare etiã negatio. Quatuor g̃ ſũt.**

¶ Hic manifeſtat qͦdam. ſ. q in iſtis quatuor enunciationib⁹ non ſolum poteſt poni hoc uerbum eſt: ſed etiam adiacebit alicui nomini finito uel infinito. hoc ipſe manifeſtat hic: quoniã adiacet nomini finito uel infinito. Dico autem quoniã hoc uerbum eſt: aut adiacebit iuſto. ut homo eſt iuſtus: aut iniuſto ⁊ tunc adiacebit nomini infinito: ut homo eſt non iuſtus. ⁊ ille due ſunt affirmationes. Dicit ergo q due erũt negationes. ⁊ ſic poſtea erunt q̃tuor enũciationes. due affirmatiue ⁊ due negatiue.

**¶ Intelligamus vͦ qͦ dicitur ex his que ſubſcripta ſunt: eſt iuſtus homo. hui⁹ negatio eſt. non eſt iuſtus homo. eſt non iuſtus homo. huius negatio eſt non eſt nõ iuſtus homo. eſt enĩ hoc in loco: ⁊ non eſt iuſto. ⁊ non iuſto adiacet. hec igitur quemadmodum in reſolutorijs dictum eſt: ſic ſunt diſpoſita.**

¶ Hic manifeſtat qͦ dictũ eſt in quadam deſcriptiõe ſ. in quadam figura. ⁊ dicit q illud qͦ in ſupradictis dictum eſt: poteſt intelligi infra: ita q in pͥmo angulo qui eſt |a| ponatur affirmatiua de predicato finito ſ. homo eſt iuſt⁹. in ſecũdo angulo a latere qui ſit |b| ponatur negatiua de predicato finito: ut homo nõ eſt iuſtus. in tertio ſub |a| qui ſit |c| ponatur affirmatiua de predicato infinito: ut hõ eſt non iuſtus. in q̃rto ſub |b| qui ſit |d| ponatur negatiua de predicato infinito: ut homo non eſt non iuſtus. Similiter ſub |b| qui ſit |c| ponat̃ affirmatiua de predicato priuato: ut homo eſt iniuſtus. ⁊ ſub |e| que uocetur |f| ponat̃ negatiua de predicato priuato: ut homo non eſt iniuſtus. ⁊ dicit q ſint diſpoſite quemadmodum in reſolutorijs. i. in libro priorum in fine pͥmi ſunt diſpoſite. Et fiat talis figura recte.

| | |
|---|---|
| A homo eſt iuſtus | B homo non eſt iuſtus |
| C homo eſt non iuſtus | D homo nõ eſt nõ iuſtus |
| F homo non eſt iniuſtus | C homo eſt iniuſtus. |

Ecce q in hac figura ad affirmatiuã ſequuntur ne-

gatiue ꝛ non econuerſo. ut ad illam: homo eſt iuſt⁹:
ſequuntur ille due: homo non eſt nõ iuſtus. ꝛ homo
non eſt iniuſtus: ꝛ non ecõuerſo: ita ꝙ ad illam. ſ. ho
mo eſt iuſtus: ſequuntur ille due homo non eſt non
iuſtus ad hác. ꝛ homo non eſt iniuſtus: ꝛ non econ
uerſo. Similiter ad hác homo eſt non iuſtus: ſequit̃
homo non eſt iuſtus: ꝛ non ecõuerſo. idem eſt iudici
um de priuatiua: qꝛ ad illaꝫ de predicato ꝓuato: que
eſt affirmatiua homo eſt iniuſtus: ſequit̃ illa: homo
non eſt iuſtus. ꝛ non ecõuerſo. ꝛ cauſa eſt: qꝛ illa ho
mo non eſt iuſtus: habet duas cauſas ueritatis. ꝛ iſte
due que ſunt affirmatiue nõ habẽt niſi vná cauſam.
cum enim dicitur: homo eſt non iuſtus: uel eſt iniuſt⁹
ſemper ſupponit̃ hoíem eſſe: ꝛ ita non hñt niſi vnaꝫ
cauſam ueritatis: qꝛ non eſt. ꝛ ſic non eſt iuſtus: uel
quia eſt ꝛ tñ iuſtitia non ineſt ei: ꝛ ſic non eſt iuſtus.

**Queritur** Utrum uerbum infinitum intret
enunciationem? Et videtur ꝙ ſic.
Nam ſicut ſe habet nomẽ infinitum ad uerbum. ita
uerbum infinituꝫ ad nomen. ſed ex nomine infinito
cum uerbo fit enũciatio. ergo ex uerbo infinito: ꝛ no
mine (ut videt̃) poterit enũciatio fieri. ¶ 2° arguitur
ſuperi⁹ dixit philoſophus ꝙ uerbũ infinitũ eſt nota
eorum que de altero dicuntur. ergo debet poni in
enunciatione. ¶ 3° arguitur ſic. omnis pars eſt pro
pter cõſtructionẽ. finaliter cum res nõ poſſit priuari
ſuo fine pars non poterit priuari ꝯſtructione: ꝛ ita
cum uerbum infinitũ ſit pars neceſſario ĩgredietur
enunciationeꝫ. ¶ 4° ſic. ars nihil facit fruſtra ſicut na
tura: ut dicit̃ in ꝑmo de celo ꝛ mũdo. ergo cũ uerbũ
ĩfinitum habeat modos ſignificãdi: fruſtra haberet
modos ſignificandi niſi intraret enunciationeꝫ. Sed
contra phus in principio huius ſecundi docet multi
plicare enunciationes penes nomẽ finitum ꝛ infini
tum. ꝛ ſi uerbum infinitum intraret enunciationeꝫ ſi
militer uariaretur enunciatio per uerbum finitum ꝛ
ĩfinitum. ꝛ tamen hoc non docet Ariſtoteles uariare
ſic. Quare videtur ꝙ non intret enũciationẽ. ¶ Pre
terea dicit Boetius ꝙ uerbum infinitum in enuncia
tione eſt uerbum negatum. ergo uerbum ĩfinituꝫ nõ
ingreditur enunciationem. ¶ Ad hoc dicunt quidã
ꝙ uerbum infinitum non ingreditur enunciationeꝫ.
nam uerbum infinitum negat ſignificatum termini
abſolute. Et ideo in enunciatione iam negat predica
tum a ſubiecto. ꝛ ſic eſſet tunc negatio negans ꝛ nõ
infinitãs dicunt quidam. ſed tamen rationes que ꝓ
bant ꝙ intret concludunt de neceſſitate. Et ideo dicẽ
dum ꝙ uerbum infinitum intrat enunciationem: ꝛ
nõ differt a uerbo negato: nec in officio nec uoce: ſed
tamen in hoc eſt differentia: quia uerbum infinitum
vno actu regitur ꝛ vnũ ſignificatum habet: ſed uer
bum negatum non regitur vno actu: nec vnum ſi
gnificatum habet. ¶ Ad argumenta in oppoſitum
dicendum ꝙ philoſophus non diuerſificat enunci
ationem per uerbum finitum ꝛ infinitum: qa idem
habent officium ſicut uerbum negatum. ꝛ propter
hoc non diuerſificat enunciationem. ¶ Ad aliud ſi
militer cum dicis: ꝙ uerbum infinitum in enunciati
one: ꝛ uerbum negatum idem ſunt: uerum eſt quan
tum ad officium: ſed non penitus idem.

**S**imiliter autẽ ſe habebunt. ꝛ ſi vni
uerſalis nominis ſit affirmatio. ut
omnis eſt homo iuſtus. negatio nõ
omnis eſt hõ iuſtus. Omnis eſt ho
mo non iuſtus. nõ omnis eſt homo
non iuſtus. Sed non ſimiliter contingit angu
lares eſſe ueras.

**Superius** dixit phus de enunciationibus
in quibus ſubicitur terminus vni
uerſalis non vniuerſaliter ſumptus. hic determinat
de his enunciationibus in quibus ſubicitur termi
nus vniuerſalis vniuerſaliter. Cum hoc ſequitur il
la pars in qua determinat de enunciationib⁹ de ſub
iecto infinito. que incipit ibi [Alie autem.] hic ſequi
tur illa pars in qua determinat de enunciationibus
in quibus aliud ꝗ̃ hoc uerbum eſt predicatur que i
cipit ibi [In his vᵒ.] Cum hoc ſequitur illa pars in
qua manifeſtat quedam que poterant eſſe dubia cir
ca precedentia que incipit ibi [Quoniam vᵒ contra
ria.] Et ſic ſunt quatuoꝛ partes principales in lectio
ne. quarum prima in duas diuiditur. In prima de
terminat de illis enunciationibus in quibus ſubicit̃
talis terminus vniuerſaliter. Secundo cõparat iſtas
ad precedentes. Secunda ibi [Sed nõ ſimiliter.] Il
la pars [Alie vᵒ dicuntur.] diuiditur in tres. primo
enim ponit diuerſitatem enunciationum in quibus
aliquid predicatur de ſubiecto infinito. Secundo
ponit numerum caruꝫ. tertio comparat eas ad illas
de ſubiecto finito. Secunda ibi [Magis autem plu
res.] Tertia ibi [hec autem extra illas.] Illa pˢ [In
his vᵒ in quibus eſt.] habet duas. in ꝑma ponit di
uerſitatem enunciationum in quibus aliud uerbum
ꝗ̃ hoc uerbum eſt ponitur. ſecundo remouet dubi
tationem. Secunda ibi [Non enim dicendum.] Pri
ma indiuiſa. ſed ſecunda in duas. primo remouet du
bium. ſecundo probat. Secunda ibi [Manifeſtum
eſt.] Sequitur illa pars [Quoniam vᵒ contraria.] Et
diuiditur in duas. ſ. in principalem ꝛ incidentalem in
qua incidentaliter remouet dubium. Secunda ibi
[Trãſpoſita vᵒ.] Prima in duas. primo manifeſtat
quoddam qᵒ poterat eſſe dubium circa enunciati
ones de ſubiecto finito. ſecundo circa illas de ſubie
cto infinito. Secunda ibi [Ille vᵒ que ſunt.] Prima
in duas. primo facit qᵒ dictuꝫ eſt. ſecundo remouet
dubium: uel poteſt dici ꝙ cõparat vniuerſales enũ
ciationes ad ſingulares. Secũda ibi [Manifeſtũ eſt
aũt qm̃.] Prima in duas ſm ꝙ duo manifeſtat: que
poterat eſſe dubiũ circa precedẽtia. primũ circa hoc
qᵒ dixit nõ ꝯtingit angulares ſimul eſſe ueras. ſecũ
da circa hoc qᵒ dixit cõtingit autem aliquãdo. Se
cũda ibi [Sequũtur vᵒ he.] hec eſt diuiſio lectionis
¶ Ad primam partem ſic procedit. Superius viſuꝫ
eſt qualiter due oppoſitiones. i. quatuoꝛ enunciatio
nes in terminis vniuerſalib⁹ nõ vniuerſaliter. ꝛ qua
liter conſequuntur ꝛ opponuntur: modo dicit ꝙ ſi
militer conſequuntur ꝛ opponuntur enunciationes
in quibus ſubicitur terminus vniuerſalis vniuerſali
ter: ꝛ ſunt tot ꝛ ſilr̃ ſe hñt in figura. ſicut indefinite.

| | | | |
|---|---|---|---|
| A | Oĩs homo eſt iuſtus | B | Oĩs homo nõ eſt iuſt⁹ |
| B | Oĩs hõ nõ eſt nõ iuſt⁹ | C | Oĩs hõ eſt nõ iuſtus |
| F | Oĩs hõ nõ eſt iniuſtus | E | Oĩs homo eſt iniuſt⁹ |

Sicut ſuperi⁹ ad affir
matiuas ſequebãtur negatiue ita penit⁹ ſilr̃ in ꝓpo
ſito ſe habent.

¶ Cõtingit aũt aliqñ. he igit̃ due oppoſite ſũt.
¶ hic cõparat has vniulẽs ad p̃cedẽtes dicẽs: ꝙ nõ
ꝯtingit angulares ſil̃ eſſe ueras in iſtis ulib⁹. ſicut in
ĩdefinitis angulares pñt ſil̃ eẽ uere: ut hõ eſt iuſt⁹ hõ
nõ eſt iuſt⁹: ꝛ hõ nõ eſt nõ iuſt⁹: ꝛ hõ eſt nõ iuſt⁹. cum
ſbiectũ poſſit ſtare ꝓ diuerſis pñt ſil̃ eẽ uere: ſed iſte
vniuerſales: oĩs homo eſt iuſtus: oĩs homo non eſt

iuſtus:non poſſūt ſimul eſſe uere cum ſint contrarie.
Et hoc ſignificat cum dicit[Hec igitur due oppoſite
ſunt.]ſed iterponit quedā ad remotionē dubitatio-
nis:qd ɔtinet angulares ſimul eē.ſ.ſm ꝙ ſe ɔſequū
tur adinuicē:ut vniuſ͛lis affirmatiua de ṗdicato infi-
nito:ꝛ vniuerſalis negatiua de predicato finito:pñt
ſimul eſſe uere:ut ois homo eſt non iuſtus:ꝛ ois ho
mo nō eſt iuſtus:ꝛ ſimiliter vniuerſalis affirmatiua
de predicato finito:ꝛ vniuerſalis negatiua de predi-
cato infinito poſſunt ſimul eē uere:ut omnis homo
eſt iuſtus:ois hō nō eſt nō iuſtus : ꝛ ſic de ɔſilibus.
¶ Alie aūt due ad id qd eſt nō hō q̄ſi ſubiectuꝫ
aliqd additū:ut eſt iuſtus nō hō : nō eſt iuſtus
nō hō:eſt nō iuſtus nō hō.non eſt nō iuſtꝰ nō
homo.Magis aūt plures his nō erūt oppoſi-
tiones:he aūt extra illas ipſe ſm ſe erūt:ut utē-
tes noie:eo ꝙ non eſt homo.
¶ Hic oſtendit diuerſitatem enunciationis : in quibꝰ
ſubiectum eſt infinitum.Et dicit ꝙ alie enūciationes
habent aliquod predicatum:uel nomen poſituꝫ ex
parte predicati:aliquid dico additum ad nō homo
quaſi ad ſubiectum.Et dicit quaſi ad ſubiectum:qa
nomen infinitum non eſt ſubiectum enūciationis ꝓ
prie ſumptum.Nam ſubiectum debet ſignificare ali
quam rem determinataꝫ:quod non facit nō homo.
poſtea manifeſtat per exempla:ut homo eſt iuſtus:
non homo non eſt iuſtus:non homo eſt non iuſtus
non homo non eſt non iuſtus. Poſtea ponit nume-
rum:ꝛ dicit ꝙ non erunt plures interrogationes q̄ꝫ
quatuor.Nam in iſtis eſt nomen infinitum:ꝛ predi-
catur hoc uerbum eſt tertio adiacens.Et diuerſificā-
tur ſolum per affirmationem ꝛ negationem:ut non
homo eſt iuſtus:non homo non eſt iuſtus:ꝛ per pre
dicatum finitum ꝛ infinitum:ut non homo eſt non
iuſtus:non homo non eſt non iuſtus.Et dicit expo
ſitor ꝙ pretermiſit hoc exemplificare in quibus ſubi
citur nomen infinitum ꝛ vniuerſaliter : quia eodem
modo poſſunt uariari(ſicut dictum eſt ſuperius) in
vniuerſalibus de ſubiecto finito:uel etiaꝫ qꝛ inferius
declarabit de vniuerſalibus de ſubiecto īfinito.ſ. ibi
[Significat autem.]Poſtea comparat iſtas ad illas:
ꝛ dicit ꝙ que ſunt de ſubiecto infinito:ſunt extra il-
las que ſunt de ſubiecto finito.i.non habent oppoſi
tionem cum eis:nec cōſequētiaꝫ: ſed ille que ſunt de
ſubiecto infinito habēt inter ſe oppoſitionē ꝛ conſe-
quentiam ſicut ille alie.
¶ In his vͦo in qbꝰ eſt non cōuenit:ut in eo qd
eſt currere uel ambulare idē facit ſic poſitū : ac
ſi adderet͂:ut currit ois hō : non currit ois hō.
Currit ois nō hō:nō currit ois non homo.
¶ Hic ponit diuerſitatem enūciationis:in quibus ali
ud uerbum q̄ꝫ hoc uerbuꝫ eſt predicatur.Et dicit ꝙ
ſimiliter uariantur enūciationes penes ſubiectū fini-
tum ꝛ infinitum:in quibus non predicatur hoc uer-
bum eſt:ſed aliud uerbum loco eius.Et declarat per
exēpla:Omnis homo currit : omnis non hō currit:
omnis non homo non currit.De indefinitis nō exē-
plificat hic.qa ſtatim dabit exēpla. Uides ꝙ hic eſt
duplex diuerſitas.vna per affirmatuꝫ ꝛ negatū:alia
penes ſubiectū finitum ꝛ infinitū. Per predicatuꝫ fi-
nitum uel infinitū non uariatur:qꝛ idem officiuꝫ ha-
bet uerbuꝫ infinitū in enūciatione ſicut v͛bū negatū.
¶ Non enim dicēdū eſt:nō ois hō:ſed nō nega-
tionē ad id:qd eſt hō:addēdum eſt. Ois enim
nō vniuſ͛e ſignificat:ſed quoniā vniuerſaliter.
¶ Hic remouet dubium:qꝛ modo exēplificando nō
poſuit hanc negationeꝫ|non|huic ſigno|omnis|qū
dixit:omnis non homo currit ex hoc aliqs dubita-
ret:ideo ipſe remouet dicens ꝙ hec negatio|nō|nō
eſt addēda huic ſigno|omnis|infinitādo ipſum:ſed
termino cōmuni:qui eſt homo.Cauſa eſt:quia nega
tio infinitans non additur niſi termino ſignificanti
rem vniuerſalem uel particularem:ſed omnis non ſi
gnificat vniuerſalem rem : ſed quoniam vniuerſali-
ter tenetur:ideo non debet addi huic ſigno omnis
negatio.¶ Preterea dicit Ariſtoteles in libro de ce-
lo ꝛ mundo. ꝙ infinito non eſt addenda infinitatio:
ſed omnis eſt infinitum:cum non ſignificet aliquid
determinate:ergo non debet ſibi preponi negatio.
¶ Preterea ſi preponeretur negatio ſigno huic.ſ.om
nis.dicendo:non omnis homo:iam equipolleret cō
tradictorio ſuo.Quare non preponitur.
¶ Manifeſtū eſt aūt ex eo qd eſt:currit homo:
non currit homo.Currit nō homo:non currit
non homo.hec enim ab illis differūt:eo ꝙ nō
vniuerſaliter ſunt.Quare ois nullus nihil ali-
ud ſignificant:niſi quoniā vniuerſaliter de no
mine uel affirmationē:uel negationem.ergo ꝛ
reliqua eadem oportet opponi.
¶ Hic ſecūdam probat:ꝙ hoc ſignum omnis ſignifi
cet quoniam vniuerſaliter:per talem rationem. Iſte
homo currit : homo non currit : non homo currit:
non homo non currit.differūt ab iſtis quatuor.om-
nis homo currit:omnis homo nō currit:omnis nō
homo currit:omnis non homo nō currit : qꝛ in iſtis
ſumitur vniuerſaliter ſubiectum:in primis non vni
uerſaliter:ſed non ponitur plus in iſtis q̄ꝫ in illis:niſi
hoc ſignum omnis:ergo hoc ſignum omnis ſigni-
ficat quoniam vniuerſaliter.ꝛ ſimiliter hoc ſignum
nullus ſignificat qm̄ vniuerſaliter.
¶ Quoniam vͦo cōtraria eſt negatio ei que eſt:
omne eſt animal iuſtuꝫ:illa que ſignificat:qm̄
nullum eſt animal iuſtum:he quidem manife-
ſtum eſt:quoniaꝫ nunq̄ꝫ erūt uere : neq̄ꝫ ſimul
in eodem.His vͦo oppoſite erūt aliquando:ut
nō oē aial iuſtuꝫ eſt: ꝛ eſt aliquod aial iuſtuꝫ.
¶ Hic declarat quoddam quod poſſet dubium eſſe:
circa precedentia.Dictum eſt ſupra ꝙ non contingit
angulares ſimul eſſe ueras.Et dicit expoſitor ꝙ uo-
cat angulares affirmatiuas : ut omnis homo eſt iu-
ſtus:omnis homo eſt non iuſtus.Et probat ſic hec:
Omne animal eſt iuſtum:nullum animal eſt iuſtum:
ſunt contrarie:ideo non ſunt ſimul uere. Sed tūc ar-
guo ſic.Cum quo non poteſt ſtare vnum conuerti-
bilium:nec reliquum:ſed iſte cōuertibiles ſunt:Om-
ne animal eſt iuſtum:ꝛ nullum animal eſt iuſtum;ſed
hec ultima non poteſt ſtare cum iſta.ſ. omne animal
eſt iuſtum.ergo nec prima:ꝛ ſic non contingit illas
affirmatiuas eſſe ueras:ſed aliter poſſumus dicere:
ꝙ omnes que erant ibi angulares : angulares dice-
bantur:ꝛ ita non contingit angulares ſimul eſſe ue-
ras:ut omne animal eſt iuſtum:nullum animal eſt iu-
ſtum:cum ſint contrarie.ſed oppoſite his.i.due ſub-
contrarie poſſunt ſimul bene eſſe uere:ut quoddam
animal eſt iuſtum:quoddam animal non eſt iuſtum
uel non omne animal eſt iuſtum:quod idem eſt.
¶ Sequūtur vͦo ꝛ he eam quidem:que eſt:nul
lus eſt homo iuſtus:illa que eſt:omnis eſt ho-
mo non iuſtus.illa vͦo que eſt:eſt aliquis iuſtꝰ
homo:oppoſita:quoniā non omnis homo eſt
non iuſtus. Neceſſe enim eſt aliquem eſſe.
¶ Dixit ſuperius ꝙ cōtingit aliquādo angulares eē

ueras ſimul: ⁊ fuit expoſitum ꝙ eſt uerū: ꝓut ſe cōſe-
quūtur: ut iſtas cōtingit ſimul eſſe ueras: omnis ho-
mo eſt iuſtꝰ: ⁊ oīs homo nō eſt iuſtus: que ualet tātū
ſicut nullus hō eſt iuſtus: qꝛ iſte ſe cōſequūtur: ⁊ ꝓ-
bat: ſuppoſito ꝙ ad iſtā: oīs hō eſt nō iuſtus. ſequat
nullus hō eſt iuſtꝰ: nō ꝓbat hoc ecōuerſo: ꝙ ad hāc:
nullus hō eſt iuſtꝰ. ſequat. oīs hō eſt nō iuſtus: qa ſi
nō ſequit da oppoſitū ꝯñtis. ſ. iſtiꝰ: oīs hō eſt nō iu-
ſtus. hec eſt oppoſita huiꝰ: nō oīs hō eſt nō iuſtꝰ: ſed
ad iſtā: oīs hō eſt nō iuſtus. ſequit: nō oīs hō nō eſt
iuſtus: ⁊ ad iſtā: non oīs hō nō eſt iuſtus: ſequit: ali-
quis homo eſt iuſtus: ſed illa nō pōt ſtare cū prima
ſ. cum iſta: nullus hō eſt iuſtus: ſequit hec: oīs hō eſt
nō iuſtꝰ. ⁊ dicūt qdā ꝙ hꝫ ē itelligēdū cū ꝯſtātia ſbcti.

¶ Manifeſtū eſt aūt utrū ēt in ſingularibꝰ. Si
eſt uerū interrogatū negare: qm̄ ⁊ affirmare
uerū eſt: ut putaſne ſocrates ſapiēs eſt? non: ſo-
crates igit nō ſapiens eſt. In vlibꝰ vō nō uera
eſt: que ſiliter dicit. uera aūt negatio eſt: ut pu-
taſne oīs hō ſapiens eſt? Non igit oīs hō nō ſa-
piens eſt. Hoc enim falſum eſt: ſed non igit oīs
homo ſapiens eſt: uera eſt. hec enim oppoſita
eſt: illa vō contraria.

¶ Hic ſm qſdā remouet dubiū: uel pōt dici ꝙ cōpa-
rat ulēs ad ſingulares. Et dicit ꝙ in ſinglaribꝰ ſi ue-
rū eſt interrogatū negare uerū eſt affirmare: ⁊ intelli-
ge ꝙ uez eſt affirmare de ꝑdicato infinito: ſed nō de
ꝑdicato finito: ut cū dr̄: eſt ne ſortes ſapiens? nō mō
eſt uerū. ergo ſortes eſt nō ſapiēs. ſed dicit ꝙ in vniū-
ſalibꝰ nō eſt uerū hoc. ſ. ꝙ ſi in vniulibꝰ ſit uerū inter-
rogatū negare: nō eſt uez affirmare: ut ſi dicat: eſt ne
oīs hō ſapiens? nō ꝓpter hoc nō eſt uerū affirmare.
oīs hō eſt nō ſapiēs: imo falſa: qꝛ ꝯ̄ria prime: ⁊ am-
be ꝯ̄rie in ꝯtingēti mā pñt eſſe falſe: ſed tñ negatiua
bene eſt uera. ſ. non oīs hō eſt ſapiens: qꝛ hec eſt ꝯ̄di-
ctoria prime. ſ. iſtius: oīs hō eſt ſapiēs: ſed alia. ſ. oīs
homo eſt nō ſapiens: erit cōtradictoria prime. qua. ſ.
interrogabat: eſt ne oīs hō ſapiens ⁊c̄?

**Queritur** Utrum ꝓnomen poſſit infinitari?
Et videt ꝙ non: qꝛ negatio infini-
tans adueniēs alicui termino remouet qualitatē de-
terminatā ſignificatā per illum terminū: ſed ꝓnomē
nō habet aliqꝺ ſignificatū. ſ. nō ſignificat aliquā for-
mā determinatā. ergo nō pōt infinitari.

**In oppoſitū** tamē arguit: ꝙ ꝓnomē poſ-
ſit infinitari. Nā lꝫ ꝓnomen
de ſe nō ſignificet qualitatē determinatā: tñ acquirit
qualitatē mediāte demōſtratione. Quare videtur ꝙ
poſſit infinitari. ¶ Preterea dicit Boetius: ꝙ oē illꝺ:
qꝺ eſt circūſcripte ſignificationis pōt fieri incircūſcri-
pte ſignificationis. Unde ꝓnomen eſt circūſcripte ſi-
gnificationis: ergo pōt fieri incircūſcripte ſignifica-
tionis: ⁊ ſic poteſt infinitari. ¶ Item queritur Utrū
hoc ſignū oīs: poſſit īfinitari? Et videt ꝙ ſic. nā oīs
cum ſit nomē ſignificat ſubſtātiā ⁊ qualitatē: ergo vi-
det ꝙ ſignificatū eius poſſit infinitari. ¶ Ad hoc di-
cēdū ꝙ negatio infinitās pōt addi cuilibet termino
qui eſt impoſitus ab aliqua forma determinata: ⁊ ſi-
gnificat rem ſubicibilē uel predicabilē. Per primum
remoueo ꝓnomina que nō ſunt impoſita (ut dictū
eſt) ab aliqua determinata forma generis uel ſpēi: ul
indiuidui. Et ideo ꝓnoibꝰ nō pōt addi negatio infi-
nitās. Tñ dicūt quidā ꝙ ſi accipiat ꝓnomē demon-
ſtratiue: bene pōt infinitari: ut non ego. Unde ⁊ pro-
nomē idē ſignificat de ſignificato ſpāli: ſicut nomen
qꝺ demōſtrat. Et ideo dicūt ꝙ tūc poteſt infinitari.

¶ Ad argꝰ in oppoſitū que ꝓbant ꝙ poſſit infinita-
ri. Ad primū cū dicis ꝙ ꝓnomē acqrit qualitatem
mediāte demōſtratione. ¶ Dicēdū ꝙ talem qualita-
tem nō remouet negatio infinitās: ſed formā ſpālē.
ſ. ſignificatū ſpāle: relinquēdo ſignificatū gñale. ut cū
dicit: non homo: hoc nō: hic nō remouet formā ge-
neralē: uel formā nois: imo eſt nomen ſicut priꝰ erat:
ſed negat ſignificatū ſpāle. ¶ Ad aliud ſiliter patet
ſolutio: cū dicit (auctore Boetio) ꝙ oē illud ⁊c̄. Cō-
cedo. ¶ Ulterius qñ dicit ꝙ ꝓnomē eſt circūſcripte
⁊ determinate ſignificationis. Dico ꝙ nō: de ſignifi-
cato ſuo: qꝺ habet de vi uocis: imo eſt ualde infinitū
Nam iſte pōt dici tam hō: uel color: uel aſinus: ⁊ ſic
de cōſilibꝰ alijs ꝓnoibꝰ. ¶ Ad aliud qꝺ poſtea que-
rebat eſt ſilr ſolutū per ꝑcedentia. Nā dictū eſt ꝙ ne-
gatio negans nō addit niſi termino ſignificāti rē ſu-
bicibilem uel predicabilē: ⁊ ideo cum iſte diſpoſitio-
nes uel illa ſigna non ſignificēt talem rem ſubicibilē:
uel predicabilē nō eſt eis addēda negatio infinitās.
¶ Ad argumētū patet qñ dicis ꝙ hoc ſignū oīs ⁊c̄.
Dico ꝙ uerū eſt. Sed talis ſignificatio non infinitat:
ſed ſignificatum ſpāle habet infinitari. ⁊ de illo hoc
ſignū oīs: non ſignificat: niſi qm̄ uliter. Et ideo qꝛ ali-
quam rem ſubicibilē uel ꝑdicabilem non ſignificat:
non poteſt infinitari.

**I**Lle vō que ſm infinita cōtraiacētes
noīa ⁊ uerba: ut in eo qꝺ non eſt ho-
mo uel non iuſtus: quaſi negationes
ſine noīe ⁊ vbo eſſe videbūtur: ſed
nō ſunt. Semꝑ enī uel uerā eſſe: uel
falſam negationē neceſſe eſt. Qui vō dixit non
hō: nihil magis de hoīe: ſed etiā minꝰ uerus ul
falſus fuit: ſi non aliquid addatur.

**Superius** Manifeſtauit Phs quedam que
poterāt eſſe dubia circa enūciati-
ones de ſubiecto finito. Hic intēdit determinare que-
dam: que poſſunt eſſe dubia circa enūciatiōes de ſb-
iecto īfinito. Et cū hoc ſequit illa pars: in qua remo-
uet qꝺdā dubiū circa precedētia: que īcipit ibi [Trāſ-
poſita.] Cum hoc ſequit illa pars: in qua determinat
de enūciatione penes aliquid additum: quod tollit
vnitatem enūciationis: que incipit ibi [At vō.] ⁊ ſic
ſunt tres partes principales in lectione. Prima in du-
as ſm ꝙ manifeſtat duo: que poterāt eſſe dubia cir-
ca enūciationes de ſubiecto infinito. Secūda ibi [Si-
gnificatur aūt.] Prima in duas. Primo ꝓponit. ſecū-
do ꝓbat. Secūda ibi [Semper enim uel ueram.] Il-
la pars [Significat autem.] habet duas. nam primo
oſtēdit ꝙ ille enūciationes de ſubiecto infinito nō cō-
ſequunt ad illas de ſubiecto finito. Secūdo oñdit ꝙ
inter ſe habēt ꝯñtiam. 2ª ibi [Illa vō que eſt.] Seqt
illa pars [Trāſpoſita.] ⁊ habet tres. Nā primo ꝓpo-
nit. 2° declarat. 3° cōcludit. 2ª ibi [Nam ſi hoc nō eſt.]
3ª ibi [Qm̄ igit trāſpoſitio.] Hec 2ª in tres. Nā primo
ponit incōueniēs: qꝺ ſequet ſi noīa ⁊ vba trāſpoſita
nō idē ſignificarēt. 2° declarat illud. 3° cōcludit illud
inconueniens. 2ª ibi [Eius vō que eſt.] 3ª ibi [Quare
erūt.] Illa pars [At vō.] in qua determinat de enun-
ciatione penes aliqd additum: quod tollit vnitatē
enūciationis: diuiditur in duas. Primo oſtendit qd
ſit enūciatio plures. Secundo oſtendit ex quibus di-
uiſis licet coniūctum inferre: ⁊ ex quibus non. 2ª ibi
[Qm̄ vō hec qdē.] Prima in duas. nā pmo oſtēdit
qd ſit enūciatio plures. 2° cōcludit correlarie ꝙ inter-
rogatio plures: nō eſt interrogatio dialectica. 2ª ibi
[Si ergo dialectica.] Prima in duas. primo facit qꝺ

dictum eſt.2° declarat.2ᵃ ibi[Dico aũt vnuꝫ.] Hec 2ᵃ diuidit in tres.ꝓ oſtẽdit ꝙ vnitas nois nõ ſufficit ad vnitatẽ enũciationis.2° oſtẽdit ex qbꝰ fit enunciatio vna.3° ex qbꝰ fit enũciatio plures. 2ᵃ ibi [Ut hõ currit.]⁊ habet duas ſm duo correlaria. Primũ eſt:ꝙ interrogatio plures:non eſt dialectica.Scõm ꝙ interrogatio que querit qđ gd eſt:nõ eſt dialectica.2ᵃ ibi [Silr aũt manifeſtũ.Hec eſt diuiſio lectõis.¶Ad primam partẽ ſic ꝓcedit. Supiꝰ vo determinatũ eſt de enũciationibꝰ de ſubiecto ĩfinito:ne aligs crederet ꝙ tales dictiones:ut ſunt noia:uel vba infinita : eſſent negationes.i.orones negatiuũ:ut non hõ non currit. Modo remouet ⁊ dicit ꝙ non ſunt negationes.⁊ ꝓbat per talẽ rõnez: Ois negatio eſt uera uel falſa: ſed qui dicit:nõ homo non currit:nec uerũ nec falſuz dicit:⁊ ſi aligd aliud nõ addat:ergo non ſunt negationes.Minorẽ ipſe declarat:⁊ dicit ꝙ qui dicit : nõ hõ non magis uerũ eſt.i.non magis dicit uerũ ꝗ̃ qui dicit hõ per ſe:imo (dicit Boetius) minus dicit:qꝛ qui dicit homo aliquã rẽ determinatã apprehendit:ſed qui dicit:non hõ:nõ cõſtituit intellectũ de aliqua re determinata:imo minus dicit uerum:qui dicit:non homo:ꝗ̃ qui dicit homo per ſe.

**¶Significat aũt:eſt ois nõ hõ iuſtus nulli illarum idem:nec huic oppoſita ea que eſt:non eſt omnis non homo iuſtus.**

¶Hic declarat qđdã aliud circa enũciationes de ſubiecto infinito.Dictũ eſt enim ſupius ꝙ iſte enũciationes de ſubiecto ĩfinito ſunt extra illas que ſunt de ſbiecto finito.Hic intẽdit illud manifeſtare ⁊ dicit ꝙ illa:ois non hõ eſt iuſtus:que eſt de ſubiecto infinito non ſignificat idem alicui earũ que ſunt de ſubiecto finito:nec etiã eſt oppoſita.ſ.huic:nõ ois non hõ eſt iuſtus.Intẽdit enim phs ꝙ ſi hec:ois non hõ eſt iuſtus:nõ ſit ꝯdictoria ei.ſ.nõ ois nõ hõ eſt iuſtus: qa nõ ſignificat idẽ cũ illis que ſunt de ſubiecto finito: ergo alique de ſubiecto finito nõ ſignificãt idẽ cũ illis que de ſbcto ſũt finito neqꝫ opponunt eis. nã nõ eſt idẽ ſubiectũ in iſtis que ſunt de ſbiecto finito:⁊ ĩ illis de ſubiecto ĩfinito.Jõ nõ ſe ꝯſequunt neqꝫ adinuicem opponuntur:⁊ hec eſt cauſa.

**¶Illa vo que eſt:ois nõ iuſtꝰ nõ hõ eſt:illi que eſt:nullus eſt iuſtꝰ non iuſtꝰ hõ:idẽ ſignificat.**

¶Hic oñdit ꝙ ille de ſbcto ĩfinito hñt inter ſe oppoſitionẽ ⁊ ꝯñtiã:⁊ dicit phs ꝙ illa:ois nõ hõ eſt nõ iuſtus:ſignificat idẽ iſti:nullus nõ hõ ẽ iuſtꝰ:ita ꝙ vult Phs:ꝙ ſicut in illis de ſbiecto finito eſt oppoſitio ⁊ ꝯñtia:ita in iſtis de ſubiecto infinito poſſes figuram facere ſicut in alijs.

| | |
|---|---|
| Ois nõ hõ eſt iuſtus | Ois nõ homo eſt nõ iuſtꝰ |
| Ois nõ hõ nõ eſt iuſtus | Ois nõ hõ nõ eſt nõ iuſtꝰ |
| | Uel nullus nõ hõ eſt iuſtꝰ |

que tãtũ ualet. Nũc aũt ſicut ad illã ꝓbauit phs que eſt:nullus hõ eſt iuſtꝰ: qđ ſequebat hec:ois nõ hõ nõ eſt non iuſtus:ſiliter in alijs.

**¶Trãſpoſita vo noia ⁊ vba:idẽ ſignificant:ut eſt albꝰ hõ: ⁊ eſt hõ albꝰ. Nã ſi hoc nõ eſt:eiuſdẽ multe erũt negõnes:ſed oñſum eſt qm̃ vna vniꝰ eſt. Eius enim que eſt:eſt albꝰ hõ.negatio eſt.nõ eſt albꝰ hõ.Eius vo que eſt.eſt hõ albꝰ. ſi non eadẽ eſt:ei que eſt:eſt albꝰ hõ.erit negatio:uel ea que eſt:nõ eſt nõ hõ albꝰ : uel ea que eſt:nõ eſt hõ albus:ſed altera gdez erit negatio eius que eſt:eſt nõ hõ albus.Alia vo eius que eſt:eſt albꝰ hõ:quare erũt due vnius. Qm̃ igit trãſpoſito nomine ⁊ uerbo eadem fit affirmatio ⁊ negatio manifeſtum eſt.**

¶Quia ſupius phs diuerſificãs enũciationes aliqñ ꝓponebat adiectiua ſubſtãtiuis:ut eſt albꝰ hõ:aliqñ vba noibus:ut currit hõ:ne ex hoc aligs dubitaret ideo ad illã dubitationẽ remouendã dicit ꝙ noia ⁊ uerba trãſpoſita idẽ ſignificãt:ut albꝰ hõ : ⁊ hõ albꝰ idẽ ſignificãt.Et ſtatim hoc ꝓbat ibi [Nam ſi hoc.] ⁊ dicit ꝙ ſi noia ⁊ vba trãſpoſita nõ ſignificarẽt idẽ ſequeret vnũ incõueniẽs.ſ.ꝙ vnius affirmatiõis plures eſſent negationes.⁊ ſtatim ꝓbat hoc cũ dicit[Eiꝰ vo que.]Uult ergo ꝓbare ꝙ ſi noia ⁊ vba trãſpoſita nõ ſignificarẽt idẽ:ꝙ vnius affirmationis eſſent plures negationes. Nam negatio iſtius:albus eſt hõ:eſt nõ eſt albꝰ hõ:⁊ negatio huius:hoc eſt albꝰ:aut erit hec:nõ eſt hõ albꝰ:aut hec:nõ eſt nõ hõ albꝰ:nõ illa nõ eſt nõ hõ albꝰ:qꝛ eſt negatio huiꝰ:nõ hõ eſt albꝰ: ergo oportet ꝙ negatio huiꝰ eſt:hõ albꝰ:ſit hec:non eſt hõ albꝰ:ſed illa:nõ eſt hõ albꝰ:ſiliter eſt negatio huiꝰ:eſt hõ albꝰ:⁊ ſic erũt due negationes vnius affirmationis:ſi noia ⁊ vba trãſpoſita nõ ſignificant idẽ:qꝛ huiꝰ eſt:albꝰ hõ:negatio eſt hec:nõ eſt albꝰ hõ: ⁊ non eſt hõ albꝰ:ſed hoc eſt incõueniẽs.Quare cõcludit ꝙ trãſpoſito noie uel vbo manifeſtũ eſt ꝙ idẽ ſignificat.¶Sed videt hic peccare phus.nam diceret aligs ꝙ negatio huiꝰ eſt:hõ albꝰ:tm̃ ſit ſicut hec: nõ eſt hõ albꝰ.⁊ iſta:non eſt albꝰ hõ:ſed non eſt albꝰ hõ:eſt negatio huiꝰ:eſt albꝰ hõ. ⁊ phs accipit ꝙ hec: nõ eſt hõ albꝰ:ſit negatio huiꝰ:eſt hõ albꝰ:⁊ tñ nihil ꝓbat:ꝓpter qđ videt peccare.¶Ad hoc ſoluit Boetius ꝙ per iſtã nõ eſt hõ albꝰ:totũ negat:qđ affirmatur per hãc:eſt hõ albꝰ:⁊ ꝓpter hoc phs accipit pro maiori:nec ꝓbat ꝙ ſit eius negatio : nec ꝓpter hoc peccãt:qꝛ (ut dictum eſt) totũ qđ affirmat per hanc: eſt albus hõ:negat per hãc:nõ eſt albus homo.

**¶At vo vnũ de pluribꝰ:uł plra de vno affirmare uel negare:ſi nõ eſt vnũ aligd qđ ex pluribꝰ ſignificat:nõ eſt affirmatio vna:neqꝫ negatio.**

¶Supius determinauit phs de enũciatiõibꝰ penes aligd additũ : quod non tollit vnitatẽ enũciationis. Hic autem intendit determinare ꝓut tollit vnitatem enunciationis:⁊ oſtendit que eſt enunciatio plures. ⁊ dicit ꝙ affirmare uel negare vnuz de pluribus:uel plura de vno : ex qbus pluribus non fit vnũ per eſſentiã:non eſt enũciatio vna:⁊ multominus erit vna ſi plura de pluribꝰ enũciẽtur.Unũ de pluribꝰ:ut ſortes muſicus.Plura de vno:ut ſortes eſt muſicus:ambulans.Plura de pluribꝰ:ut ſortes muſicus currit ⁊ diſputat:⁊ ſic de alijs.

**¶Dico aũt vnũ:nõ ſi vnũ nomẽ ſit poſitũ:non ſit aũt vnũ ex illis:ut hõ ẽ fortaſſe: ⁊ aĩal bipes ⁊ mãſuetũ:ſꝫ ex his vnũ fit:ex albo aũt ⁊ hoĩe ⁊ ambulãte non fit vnũ. Quare nec ſi vnũ aliqd de his affirmet aligs:erit affirmatio vna:ſꝫ uox qdẽ vna:affirmatiões vo multe : nec ſi de vno iſta:ſed ſimiliter plures.**

¶Dictum eſt ꝙ enũciare vnũ de pluribus: uel plura de vno:ex quibus pluribus non fit vnũ per eẽntiaꝫ: non eſt enũciatio vna:ſed determinat ꝙ vnitas nominis non ſufficit ad vnitatem enũciationis . Unde dicit ꝙ ſi vnum nomen ſit impoſitum pluribus rebus:ex quibus pluribus non fiat vnum:nõ eſt vna enũciatio:ut canis currit:ſed ſi plura ſint noia eãdez rez ſignificãtia:erit enũciatio vna:ut fortaſſe animal greſſibile bipes mãſuetuꝫ.Et dicit fortaſſe:qꝛ bipes ⁊ mãſuetũ naturaliter non ſunt de eſſentia hominis.

¶Preterea declarat expoſito: ex qbꝰ pluribus nõ

ſit vnum. Et dicit ꝙ ex albo ⁊ hoie ⁊ ambulāte non ſit vnum per eſſentiā. ꝓpter hoc ꝯcludit ꝙ ſi aliquis aliquid affirmet de iſtis: nō eſt vna affirmatio: ut hō ambulās: albꝰ diſputat. Sed dicit Phus ꝙ eſt uox vna: ⁊ dicit expoſitoꝛ. uox vna cōtinuate ꝓlationis: qꝛ cōtinue ꝓfert: ſed affirmationes ſunt multe. Siſr dic ꝙ ſi dicant illa de vno: ut ſortes eſt albꝰ: hō muſicꝰ: ⁊ ambulans: nō eſt vna: ſed ſimpliciter plures: ⁊ ſic ſimiliter de alijs conſimilibus.

¶ **Si ergo dialectica īterrogatio rñſionis eſt petitio: uel ꝓpoſitionis uel alterius ꝑtis ꝯdictiōis ꝓpoſitio vō pars vniꝰ ꝯdictiōis eſt: nō erit vna rñſio ad hec: neqꝫ enim vna interrogatio: nec ſi ſit uera. dictū eſt aūt de his in topicis.**

¶ Hic cōcludit qddā correlariū: qꝛ fecit mētionē de interrogatione plures. Cōcludit ꝙ interrogatio plures non eſt interrogatio dialectica: ⁊ declarat per talem rōnem. Interrogatio dialectica petit vnam rñſionem ſibi dari: ſed interrogatio plures non habet vnam reſpōſionē: ergo interrogatio plures non eſt interrogatio dialectica. Unde dato ꝙ illa interrogatio plures: eſſet uera in utroqꝫ ſenſu: nō habet vnam reſpōſionē: neqꝫ eſt īterrogatio dialectica: ut ſunt nō Callias: ⁊ Themiſtocles dominaꝛ: dato ꝙ ſint non erit vna. Et dicit ꝙ de iſtis dictū fuit in topicis: ⁊ in locis ſophiſticis. i. in elēchis ⁊ dicit: Si ergo dialectica interrogatio eſt petitio rñſionis: uel ꝓpoſitionis i. partis affirmatiue uel alterius partis cōtradictiōis ſ. negatiue. ⁊ dicit ꝙ ꝓpoſitio eſt pars vnius ꝯdictionis ſ. affirmatiue huiꝰ. i. īterrogationis plures nō eſt vna rñſio: iō non eſt īterrogatio dialectica: ut patuit.

¶ **Siſr aūt manifeſtū eſt: qm nec hoc ipſum quid eſt dialectica eſt interrogatio. opoꝛtet enī ex datū eſſe ex interrogatiōe eligere: utram uelit ꝯdictiōis partē enūciare opoꝛtet īterrogātē determinare utrū hoc hō ſit hoc: an non.**

Interrogatio qua qrit qd ē nō eſt dialectica.

¶ Hic cōcludit correlariū ⁊ dicit ꝙ ſimiliter īterrogatio que querit qd eſt: nō eſt interrogatio dialectica: ⁊ ꝓbat. Nā ex interrogatione dialectica data pōt rñdens utram uelit partē ꝯdictionis enūciare. i. īterrogatione dialectica: pōt rñdens eligere utraꝫ partem uelit cōtradictionis ad quā partē opoꝛtet rñdere determinate: cū dicit. Eſt ne hoc ſic uel non ſic? Tu potes dare quācunqꝫ partem. ſ. ſeu affirmatiuā uel negatiuaꝫ: ſed in queſtione que querit qō qd eſt: ut qd eſt hō: nō pōt eligere utrā partē uelit: qꝛ non pōt rñdere ſic: uel non ſic: ſed opoꝛtet dicere homo eſt aīal rōnale. Quare patet ꝙ īterrogatio que querit quid eſt: non eſt dialectica interrogatio.

**Queritur** Utrum ad negatiuā de predicato finito ſequatur affirmatiua de predicato infinito: ut ad iſtam: nullus homo eſt iuſtꝰ ſequat hec: ois hō eſt non iuſtus? Et videt ꝙ non ꝑ Ariſtotelem in fine primi libri Prioꝝ: qui vult ꝙ ad iſtam: hō non eſt lignū albū: non ſequit hec: hō eſt lignum non album. nam ibi vult phus ꝙ iſta negatiua: nullus hō eſt iuſtus: habet duas cauſas vnitatis vnā qꝛ nō eſt: ⁊ ſic non eſt iuſtus. aliā qꝛ eſt: ſed iuſtitia non ineſt ei: ſed iſta: ois homo eſt non iuſtus: preſupponit hoiem eſſe: ⁊ ita ad iſtam: nullus homo eſt iuſtus: nō ſequit hec: ois hō eſt nō iuſtus: qꝛ eſſet ꝓceſſus a duabꝰ cauſis vītatis ad vnā. ¶ Preterea ſicut dicit Phs ibi in libro prioꝝ ꝙ ei qō eſt nō eqle ſubiacet aliqd: qꝛ non eſt equale: qō eſt ꝑdicatū infinitum: ⁊ ita nō iuſtus ponit aliqd: quare ad illā: nullus homo eſt iuſtus: que non ponit ſubiectū: nō poterit ſequi iſta: ois hō eſt nō iuſtus. qꝛ ponit (ut ꝓbatum eſt) ſubiectum eſſe.

**In oppoſitum** Eſt phs ſupiꝰ qui ꝓbauit ꝙ ad hāc: nullus hō eſt iuſtus: ſequeret hec: ois hō eſt nō iuſtꝰ. qꝛ oppoſitū ꝯñtis nō poterat ſtare cū añte: qꝛ ꝓma ꝯñtia bona. ¶ Preterea tu dicis ꝙ ad hāc: nullus hō eſt iuſtus: nō ſequit hec: ois hō eſt nō iuſtus: niſi qꝛ illa ultima ꝑſupponit ſubiectū eſſe: ſꝫ nō reqrit ad hoc ꝙ illa ſit uera: ois hō eſt non iuſtus. ꝓbatur: qꝛ ſupiꝰ dixit phs caplo de vbo. Uerbū infinitū pōt dici de eo qō eſt: ⁊ de eo qō nō eſt. ⁊ ſiſr nomē infinitū: ergo non iuſtus poterit dici de eo qō eſt: ⁊ de eo qō non eſt. Quare poterit dici: hō eſt nō iuſtus: dato ꝙ non ſit. Et ita patet ꝙ ſequat: nullus hō eſt iuſtꝰ: ergo ois hō eſt nō iuſtus. ⁊ ecōuerſo. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ ſicut ad affirmatiuā de ꝑdicato īfinito ſeqꝛ negatiua de ꝑdicato finito: ita ecōuerſo: ut ſicut ad illam: ois hō eſt nō iuſtꝰ: ſequit: nullus hō eſt iuſtꝰ: ita ad hāc nullus hō eſt iuſtus: ſequit ois hō eſt nō iuſtus. Naꝫ ſicut illa: nullus hō eſt iuſtus. habet duas cāſ vītatis ita ⁊ hec ſiſr: ois hō eſt nō iuſtꝰ: qꝛ illa: nullus hō eſt iuſtꝰ: pōt eē uera ſi nullus hō ſit: uel ſi ſit: ⁊ iuſtitia nō īhereat ſibi: ita ⁊ hec: ois hō eſt nō iuſtꝰ: pōt eē uera dato ꝙ hō nō ſit. nā (ut viſum fuit) nomē finitū pōt dici de eo qō eſt: ⁊ de eo qō nō eſt: qꝛ (ut dicit Boetius) qñ eſt ꝑdicaꝛ tertiū adiacēs: nō ponit rē eē: ſed ꝑdicaꝛ qō eſt in alio: ergo illa in qua ꝑdicaꝛ eſt tertiū adiacēs: nō ponit rē eē: dicēdo ois hō eſt nō iuſtus: ⁊ ita patet ꝙ illa eēt uera: ois hō eſt nō iuſtꝰ: dato ꝙ hō nō ſit. Et iō dicebaꝛ ꝓpter aliō ꝙ ad iſtā: nullus hō eſt iuſtꝰ: nō ſequeret: ois hō eſt nō iuſtꝰ: niſi qꝛ ultima ponebat hoiem: ſed planū eſt ꝙ nō ponit: ergo bñ pōt ſeq ad illā. ¶ Ad argª dicēdū. Ad primū cū dicit Ariſ. ⁊c. Dicēdū ꝙ ipſe intelligit de ꝑdicato cōpoſita: ut ad iſtā: lignū nō ē hō albꝰ: nō ſequit ergo lignū eſt hō nō albꝰ: qꝛ eſt ꝑdicatio cōpoſita: totum hō albꝰ: ſꝫ hic loqmur de ꝑdicatiōe ſimplici: ⁊ iō ſic iſta: nullus hō ē iuſtꝰ: hēt duas cās vītatis: ita ⁊ hec: ois hō eſt nō iuſtꝰ. ¶ Ad aliud cū dicis ꝙ ei qō nō eſt eqle. Dicēdū ꝙ ſiſr ītelligit de ꝑdicatiōe cōpoſita ꝙ ei ſbiacet aliqd: ut iſtud corpꝰ qō eſt nō eqle. uel linea nō eqlis: ⁊ ita illa lrā [due vō mime.] exponebaꝛ ſ. ꝙ ad affirmatiuas ſequebaꝛ negatiue: ⁊ nō econuerſo. mō pꝫ ꝙ ecōuerſo tenet in vna. ſ. ꝙ ad negª de ꝑdicato finito ſequit affirmatiua de ꝑdicato īfinito: ⁊ ꝓpꝛ hoc expoſitoꝛ exponit illā lrāꝫ [due vō minime.] i. ꝙ ad affirmatiuā nō ſeqꝛ affirmatiā: nec ad negatiuā negatiā: ut ad hāc: hō eſt iuſtꝰ: nō ſeqꝛ hec: hō eſt nō iuſtꝰ: neqꝫ ad hāc: hō nō eſt iuſtꝰ: non ſeqꝛ hō nō eſt nō iuſtꝰ. ¶ Dꝫ in lrā: ꝙ noīa ⁊ vba traſpoſita idē ſignificāt. Cōtra: ſi dicaꝛ: nō ois hō currit: ⁊ ois hō currit: nō idē ſignificāt. ergo. ¶ Ad hoc ſtatī dꝫ: ꝙ qñ ipſe dicit: noīa ⁊ vba traſpoſita idem ſignificāt: loqtur Phs de noīe ⁊ uerbo: ⁊ tu obicis de ſincathegoreumatibꝰ. qre nō ualet. ¶ Sꝫ ulteriꝰ obiciꝛ. Nam ſi dicatur: Oium oppoſitorū eadeꝫ eſt diſciplina: hec eſt uera. Sed ſi dicaꝛ: eadē eſt diſciplina oiuꝫ oppoſitorum eſt falſa ſm quoſdā: qꝛ ſignificatur ꝙ aliqua particularis diſciplina ſit omnium oppoſitorum: quod falſum eſt: ſed in predicato ſtat pro diſciplina in cōmuni. quare eſt uera. Similiter hec eſt uera: cuiuſlibet hominis aſinꝰ currit (ut dicūt quidā.) ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ quedā ſunt dictiones: que determinant ſibi ſitum in oratiōe: ut adiectiua poſt ſua ſubſtātiua: ⁊ uerbū ex parte predicati: ⁊ in talibꝰ in-

telligit pħus: ꝙ tranſpoſita ſignificāt idem: ut eſt al-
bus homo: homo albus. currit homo: homo currit:
ſed diſciplina pōt poni a parte ſubiecti: ⁊ mediante
uerbo a parte predicati: ideo non oportet ꝙ idem ſi
gnificet. Eadem enim eſt diſciplina: oppoſitū oppo-
ſitorum: ſicut oium oppoſitorū eadeꝫ eſt diſciplina.
⁊ utraqꝫ eſt uera. Nā tam ꝓut in ſubiecto ſtat pro ali
qua diſciplina particulari: ſicut in predicato: ſed ide-
terminate ſtat pro particularibus. Similiter eſt de il-
la: cuiuſlibet hominis aſinus currit: ⁊ aſinus cuiuſli-
bet hoīs currit: idem ſignificant: ⁊ hoc eſt qđ dicit.

Quoniā vo hec qdē ꝑdicanꝫ cōpoſita ut vnū ſit oē ꝑdicamētū eoꝝ que extra ꝑdicanꝫ: alia vo nō que dūa eſt: Superius dixerat pħs que eēt enūciatio plures. Hic incidētaliter docet ex qb9 diuiſis licet iferre ꝯiūctū: ⁊ ex qb9 ꝯiūctis diuiſa: ⁊ ex qb9 nō. Et diuidit in duo. p̊ ponit ex qb9 diuiſis licet inferre cōiūcta. 2° ex qb9 ꝯiūctis diuiſa. 2ª ibi [uerū eſt aūt.] ꝑª in duas. p̊ mo-uet qōnē. 2° ꝑtractat eā. 2ª ibi [Si eni qm̄ alterutrū.] ꝑª in duas. p̊ mouet qōnē. 2° declarat eā. 2ª ibi [De homine.] Sequit illa ps [Si enim qm̄ alterutruz.] ⁊ hēt duas. qꝛ p̊ mouet qōnē ſeu ꝑtractat: ducēdo ad icōuenietia: ſi ex aliqb9. ſ. diuiſis inferat ꝯiūctum. 2° dat artē ex qb9 nō. 2ª ibi [Queādmodū aūt.] Pria in duas. p̊ oſtēdit incōuenientia ſequi ſi ex oib9 diuiſis liceat inferre ꝯiūctum. 2° ꝯcludit illa incōuenietia. 2ª ibi [Qm̄ ergo.] Pria i duas. Nā p̊ docet ducē ad nugationem ꝑ explicitam. 2° implicitā 2ª ibi [Ampli9 ſi ſocrates.] Illa ps [queādmodū.] diuidit in duas. p̊ ꝑponit. 2° ꝑfert. 2ª ibi [Eoꝝ igit.] hec 2ª in duas ſm ꝙ ponit duas primas: ex qb9 diuiſis nō licet inferre ꝯiūctum. 2ª ibi [Ampli9.] ꝑª i duas. p̊ facit qđ dictuz eſt. 2° remouet dubiū. 2ª ibi [Nec ſi albū.] Seqtur illa pars [Uerū eſt aūt.] ⁊ habet duas. nā p̊ oſtēdit ꝙ ex qbuſdā ꝯiūctis licet iferre diuiſuz: ⁊ ex qbuſdā nō. 2° ꝯcludit ex qb9 ſic: ⁊ ex qb9 nō. 2ª ibi] Quare in ꝗ-tiſcūqꝫ.] Pria in duas. p̊ ponit ꝙ ex qbuſdā ꝯiūctis licet iferre diuiſa. 2° ponit ex qb9 nō. ꝑ duas regulas. 2ª ibi [Qñ autem nō ineſt.] Hec eſt diuiſio lectionis.

¶ Ad primā partē ſic ꝓcedit: ⁊ mouet talē qōnē: qa ꝑdicanꝫ cōpoſita: ut cū oē ꝑdicatū eoꝝ que extra ꝑdicanꝫ ſit vnū. Alia vo nō: que eſt dūa: hoc eſt dictū: ex qbuſdā diuiſis licet inferre cōiunctum: ⁊ ex qbuſdam non. que eſt differentia?

¶ De homine enim uerū eſt dicere ⁊ extra aīal ⁊ extra bipes: ⁊ extra bipes animal: ⁊ hec ut vnum ⁊ hoiem: ⁊ album: ⁊ hec vnū. Sed nō ſi cythareduſ eſt: ⁊ bonus cythareduſ bonus.

¶ Hic pħs declarat ꝙ ex qbuſdā diuiſis licet inferre ꝯiūcta. Et dicit ꝙ de hoie ueruz eſt dicē extra. i. diuiſim: ꝙ ſit aīal: ⁊ extra. i. diuiſim ꝙ eſt bipes: ⁊ ſilr ꝯiūctim qđ eſt aīal bipes. ſiliter uerū eſt dicere ꝙ ſortes ſit hō diuiſim: ⁊ ꝙ ſoꝛ. ſit alb9: ⁊ ꝯiūctim ꝙ ſit hō albus: ſed non ſi eſt cythareduſ ⁊ eſt bon9: ꝓpter hoc nō ſequit cōiunctim: ergo ſoꝛ. eſt cythareduſ bon9.

al. Si enim qm̄ utrūqꝫ re ri eē opꝫ ſ utrūqꝫ multa in cōuenietia erūt.

¶ Si enim quoniā alterutrū dr ⁊ utrūqꝫ dicetur multa incōuenietia erūt. De homine eni ⁊ hominem uerum eſt dicere ⁊ albuz. quare omne rurſus ⁊ ſi album ipſuz ⁊ omne: quare erit homo albus ⁊ albus: ⁊ hoc in infinitum: ⁊ rurſus: muſicus albus: ambulans: ⁊ hec eadeꝫ frequenter implicita.

¶ Hic ꝑtractat qōnē ſuā ducēdo ad icōueniēs. Si ex aliqb9 diuiſis licet iferre ꝯiūcta. Et dicit ꝙ multa incōuenietia ſequunꝫ: ſi alterutruz dicaꝫ diuiſim: ⁊ poſtea utrūqꝫ ꝯiūctim. nā de hoie eſt uerū dicē ꝙ eſt hō ut eſt: ſoꝛ. eſt alb9: ⁊ ꝯiūctim poſſum9 dicere ꝙ eſt hō alb9: ſi tūc ex qbuſlibet diuiſis vniulr inferaꝫ ꝯiūctū ut ſi dicaꝫ diuiſim: Sortes eſt hō: uel ſoꝛ. eſt alb9: tūc ſeqtur ſi ſortes eſt hō alb9: ⁊ eſt hō: ergo eſt hō alb9 ⁊ ſi ſortes eſt hō alb9: ⁊ eſt alb9 licebit inferre ꝙ ſoꝛ. ē hō alb9: alb9: ⁊ ſic ꝯtingit ꝓcedere in infinitū: qđ eſt incōueniēs. Silr de aliquo ut de ſorte uerū eſt ſimul dicere: ꝙ eſt alb9: muſic9: ambulās: ⁊ diuiſiꝫ accepta ꝙ eſt albus: uel ꝙ eſt muſicus: ⁊ ſi ex qbuſlibet diuiſis liceat inferre ꝯiūctū: erūt eadē frequēter implicita in cōpoſitis: ⁊ ita erit dicere ꝙ eſt alb9: alb9. muſicus muſic9: ⁊ ſic in infinitū qđ eſt icōueniēs. nā eſt ibi nugatio: ut pꝫ: qꝛ a ꝓceſſu i ifinitū nō excludiꝫ nugatio.

¶ Amplius ſi ſocrates eſt ſocrates eſt: ⁊ homo: ⁊ ſocrates. Socrates homo. ⁊ ſi homo ⁊ bipes erit homo bipes.

Nugatio claudit i ꝓceſſu q eſt ad infinita.

¶ Hic docet ducere ad nugationē iplicitā: ſi ex oībus diuiſis liceat iferre ꝯiunctū. Nā uerū eſt dicē diuiſim ꝙ ſocrates eſt hō: ⁊ diuiſim ꝙ eſt bipes: ⁊ ſic cum in homine includaꝫ bipes: ſenſus erit homo bipes bipes: ⁊ ſic eſt nugatio implicita.

¶ Qm̄ ergo ſiqs ſimplr ponat cōplexiōes fieri plrima icōuenietia ꝯtingit dicē manifeſtū eſt.

¶ Cōcludit ꝙ ſi aliqs ponat cōplexiōes fieri: ſupple ſimplr. i. ꝙ ex oīb9 diuiſis liceat inferre ꝯiūctū: manifeſtū eſt ꝙ multa incōuenietia ſequūtur ex hoc.

¶ Queādmodū aūt ponēdū eſt: nūc dicemus. Eorum igiꝫ que predicanꝫ: ⁊ de qbus predicātur quecūqꝫ ſm accidēs dicunꝫ: uel de eodem: uel alterum de altero: hec nō erūt vnum: ut homo albus eſt ⁊ muſicus: ſed non idem eſt muſicus ⁊ albus. accidētia enim ſunt utraqꝫ eidē. Nec ſi album muſicū uerum eſt dicere: tamen non erit album muſicū vnū aliquid. ſm accidens enim muſicum albuz diciꝫ. quare nō erit albū muſicum aliqd vnum. Quocirca nec cythareduſ bonus ſimpliciter: ſed animal bipes non ſunt enim ſm accidens.

Nō ex qb9 diuiſis inferam9 ꝯiūcta.

¶ Hic dat artē ex qb9 diuiſis licet inferre ꝯiūctū: ⁊ ex qb9 nō. Primo dat intētionē ⁊ dicit ꝙ nūc dicemus queādmodū ſit ponēdū: ⁊ ponit duas regulas ex qbus diuiſis nō licet inferre ꝯiunctū: relinquēdo ꝙ in oīb9 alijs pōt. Prima regula eſt talis: ꝙ qñ aliq duo ꝑdicanꝫ accidentalr de aliquo: ex illis diuiſis non licet inferre predicatū ꝯiūctū: ut ſortes eſt muſic9: ⁊ albus: ergo eſt muſic9 alb9: ſed bñ ſequereꝫ: ergo muſicū eſt albū. Et dic remouēdo dubiū: qꝛ lꝫ albū ⁊ muſicū ſint in eodē: nō eſt uerū inferre ꝯiūctū: qꝛ ſm accidēs ꝑdicanꝫ illa duo. ſ. albū: ⁊ muſicū: ⁊ ſic de alijs. ſic neqꝫ eſt ueꝝ dicere: ⁊ ſi ſortes eſt cythareduſ: ⁊ eſt bon9: ꝙ ſit cythareduſ bonus ꝯiunctim.

Pria regula.

¶ Amplius nec quecūqꝫ inſunt in altero. quare neqꝫ albuz frequēter homo neqꝫ hō aīal eſt: uel bipes. Inſunt eniꝫ in hoīe animal ⁊ bipes

Secūda regula.

¶ Hic ponit aliā regulā: ⁊ dicit ꝙ ſi aliq duo ꝑdicanꝫ de aliquo: ſi in vno illoꝝ ꝑdicatorū alterū includaꝫ. i. intelligaꝫ: ex talib9 diuiſis nō licet inferre cōiūcta: ut ſortes eſt hō: ⁊ eſt aīal: nō licet iferre: ergo eſt hō aīal: qꝛ in hoīe intelligiꝫ aīal. Silr ſimul licet iferre: ſortes eſt hō: ⁊ eſt alb9: ꝙ eſt hō alb9: ſed ulteri9 non licebit iferre hō alb9 alb9: qꝛ eſt hō alb9. nā in hoc ꝙ eſt hō alb9: ibi intelligiꝫ albū: ⁊ ꝓpter hoc dicit nec album frequēter dicet. Siliter nō licet iferre: ſi ſortes eſt homo: ⁊ eſt bipes: ꝙ ſit homo bipes.

¶ Uerum eſt autem dicere de aliquo ⁊ ſimpliciter: ut quēdam hominem: aut aliquem album hominem hominem albū hominem.

Nō ex q̄bꝰ diūctis inferant indiuiſa.

¶ Hic intendit oſtēdere ex quibus cōiunctis liceat inferre diuiſa: ⁊ ex quibus nō. Et primo declarat ꝙ ex quibuſdam. cōiunctis liceat inferre predicata diuiſa: ⁊ dicit ꝙ uerum eſt aliquem hoīem album dicere: ⁊ hoīem diuiſim: ⁊ album diuiſim.

¶ Non autē ſemper: ſed quādo in adiecto quidem aliquid oppoſitorum ineſt: quod cōſequitur cōtradictio. non uerum eſt: ſed falſuz: ut hominem mortuum: hominem dicere. Quando autem non ineſt: uerum eſt: uel etiam quando ineſt ſemper non uerum eſt. Quādo vō nō ineſt: non ſemꝑ ueruz eſt. Ut Homerus eſt aliq̄d ut poeta: ne ergo eſt an non. ſm̄ accidens eniz eſſe de Homero predicatur (quoniam enim eſt poeta) ſz nō ſm̄ ſe ꝑdicaṫ de Homero ipm̄ eſt.

Quid ſit oppoſitio i adiecto

¶ Hic ponit duas regulas ex quibꝰ cōiunctis non licet inferre predicata diuiſa. Et prima eſt talis. ꝙ quādo aliqua duo cōiūctim de aliquo predicanṫ: ⁊ ſi alterum inferatur ſequiṫ oppoſitum in adiecto. i. contradictio in terminis: uel in illo ꝓpoſito: tūc talia cōiuncta non licet inferre diuiſim: ut ſi dicaṫ eſt homo mortuus: ergo eſt homo: hic enim ſequiṫ cōtradictio nam homo mortuus includit in ſe non viuum. homo autem includit in ſe viuū: ⁊ ita ſequiṫ cōtradictio in adiecto. Propter hoc dicit ꝙ quādo talis oppoſitio non ineſt: uerum eſt ꝙ tunc ſequiṫ diuiſim. Gloſa ſic. i. aliquādo: ⁊ quādo ineſt talis oppoſitio ſemper eſt falſum ꝙ inferatur diuiſa: ſed ſimiliter dicit ꝙ quādo talis oppoſitio non ineſt: non eſt ſemper uerum ꝙ ex coniunctis inferanṫ diuiſa. Et ideo ponit aliam regulā: ꝙ quādo aliqua predicanṫ de aliquo ſubiecto ſm̄ accidēs: ſic ex illis cōiunctis non licet iferre diuiſa: ut dicēdo: homerus eſt aliq̄d: ut poeta: non ſequiṫ ergo homerus eſt: q̄ꝛ predicaṫ eſſe de homero ſm̄ accidēs: uel per accidēs: q̄ꝛ ſm̄ poeſim: que eſt ſua ſciētia: ⁊ non per ſe.

¶ Quare in quātiſcunq̄ꝫ predicatis neq̄ꝫ cōtrarietas ineſt: ſi diffinitiones pro nominibus reddātur: ⁊ ſm̄ ſe predicentur ⁊ non ſm̄ accidēs: ⁊ in his aliquid ⁊ ſimplr̄ uerū erit dicere. Qđ aūt nō eſt: qm̄ opinabile eſt: nō eſt uerū dicere eſſe aliqđ ens. Opinio enim eius eſt: non quoniam eſt: ſed quoniam non eſt.

¶ Hic ex predictis cōcludit ex q̄bus cōiunctis liceat inferre diuiſa. Et dicit ꝙ in quātiſcūq̄ꝫ predicamētis i. in oībus predicatis: in quibus nō eſt aliqua oppoſitio: ⁊ cum hoc iſta talia predicentur per ſe: ⁊ nō ſm̄ accidēs: ſequiṫ diuiſum: ⁊ hoc patet qn̄ diffinitiōes reddunṫ pro noībus: ut homo eſt animal rationale mortale: licet inferre: ergo homo eſt animal: ergo homo eſt rationalis. Et ꝓpter hoc dixit diffinitōes pro noībus reddanṫ: ibi patebit qualiter ex diuiſis licet inferre cōiuncta: ut patet in iſta diffinitiōe homo eſt animal. Cōſequēter remouet dubium: aliquis crederet ꝙ hoc ſequatur eſt opinabile: ergo eſt: qm̄ de chimera que non eſt in rerum natura: uerum eſt dicere: eſt opinabile: ⁊ tamen non eſt. Hoc remouet dicēs: ꝙ illud qđ eſt opinabile: non eſt uerum ꝙ ſit aliquid: q̄ꝛ opinatio non eſt illius rei que eſt.

**Queritur** Utrum hec oratio ſit plures: homo albus currit: uel ſortes eſt homo albus? Et videṫ ꝙ ſit plures. Nā illa eſt plures: in qua enunciantur plura de vno: uel vnum de pluribus: ſed in iſta. homo albus currit: ſubijciuntur plura: ex q̄bus pluribus non fit vnum: ergo eſt plures. Nam ſuperius dixit Phs ꝙ ex hoīe ⁊ albo ⁊ ambulante non fit vnum per eſſentiam: ⁊ ideo non eſt vna enunciatio.

**In oppoſitum** Illa enūciatio diciṫ eſſe vna: que eſt ſignū vnius intellectus cōponentis: ſed illa eſt huiuſmodi: ergo eſt vna. ¶ Secūdo ꝓbaṫ ſic: Propoſitio plures non eſt ſillogiçabilis. q̄ꝛ non eſt ꝓpoſitio. nam qđ non eſt ꝓpoſitio vna: non eſt ꝓpoſitio: ſed illa eſt ſillogiçabilis: ut omnis homo albus currit: ſortes eſt homo albꝰ: ergo ſortes currit. ¶ Preterea illa eſt vna ꝓpoſitio que habet vnam negationē: ut ſuperius patuit: ſed hec habet vnam negationē. ſ. homo nō eſt albꝰ: ergo eſt vna. ¶ Ad hāc queſtionem breuiter eſt dicēdum ꝙ hec eſt plures: homo albus currit. Nam ſuperius dixit phs ꝙ illa enunciatio eſt plures: in qua plura ſubijciūtur uel predicātur. Sed cum diciṫ: homo albus currit: hic ſubijciunṫ plura ex quibus non fit vnum per eſſentiā: q̄ꝛ ex ſubiecto ⁊ accidēte nō fit vnuz per eſſentiā: ergo ſimiliter eſt plures. Et hoc eſt uerum. ¶ Ad argumēta in oppoſitum. Ad primum cuz dicis: ꝙ illa enūciatio eſt vna ⁊c̄. Cōcedo: ſed qn̄ tu dicis in minori ꝙ hec eſt huiuſmodi. Nego. Naz intellectus cum ſit ſimplex vna cōpoſitione nō poteſt attribuere predicatū huic quod eſt homo: ⁊ huic quod eſt albus. ¶ Ad aliud cū diciṫ ꝓpoſitio plures non eſt ſillogiçabilis: ſed illa eſt ſillogiçabilis. Dico ꝙ ꝓpoſitio plures ſi uera ſit: utroq̄ꝫ ſenſu bn̄ poteſt eſſe ſillogiçabilis. Alij vō dicūt ꝙ uerum eſt ꝙ ꝓpoſitio plures non eſt ſillogiçabilis ſi ſit multiplex: ut canis currit. Et vide ꝙ multiplex diciṫ quādo plura ſub vno ſigno importanṫ: ut homo albus currit: lꝫ ſint plures: tamē non eſt multiplex. Quare eſt ſillogiçabilis. ¶ Ad aliud cum dicis: ꝙ illa que hēt vnā negationē eſt vna enūciatio. Cōcedo. Sed cum tu dicis: iſtius homo albꝰ currit: eſt vna negatio. Dico ꝙ non. nam ſicut intellectus vna attributione non pōt attribuere predicatum huic: qđ dico homo albus: ita vna negōne nō pōt negare ab utroq̄ꝫ hō ⁊ albꝰ.

Quomō ꝓpoſitio plures ſit ſillogiçabilis.

**Queritur** Utrum hec enūciatio: oīs hō currit ſit vna: uel plures? Et videṫ ꝙ ſit plures. Nam illa eſt plures: in qua vnū dicitur de pluribus: uel plura de vno. ſed cum diciṫ oīs homo currit: ibi diciṫ vnuz de pluribus. Quare videṫ ꝙ ſit plures. Preterea dixit ſuꝑius Phs ꝙ ſi imponaṫ tunica homini ⁊ equo: ⁊ dicaṫ: tunica eſt alba: nihil eſt dictum q̄ꝫ homo eſt albus: ⁊ equus eſt albus: ſed iſte ſunt plures: ut dixit Phs ſuperius. Quare ⁊ illa tunica eſt alba. Similiter ſi dicaṫ: omnis homo currit: nil aliud eſt dictum q̄ꝫ ſortes currit: ⁊ Plato currit: ⁊ ſic de alijs cōſimilibus: ſed iſte ſunt plures: ergo ⁊ illa eſt plures: omnis homo currit.

**In oppoſitū** Arguiṫ: Illa eſt vna: homo currit: ergo cuz per additionem ſigni non poſſit fieri plures: illa erit vna. omnis hō currit. ¶ Preterea illa eſt ſillogiçabilis. Quare videṫ ꝙ ſit vna. Sed ꝙ ſit ſillogiçabilis: ſatis patet de ſe. Dicēdum ꝙ hec: oīs homo currit eſt vna. Nam oſtēdit phs ſuꝑius ꝙ pluralitas ſuppoſitorū nō tollit vnitatē enūciationis quādo docet ꝙ vnitas eſt affirmatio que ſignificat vnū de vno: ſiue vniūſaliter: ſiue nō. Nam cum dico: oīs homo currit: non ſubijciuntur plura: ſed plura vnū ſunt: q̄ꝛ homo nō ſignificat ſortem nec platonē: q̄ꝛ ſi ſic tūc eſſet hō plures:

Pluralitas ſuppoſitorū nō tollit vnitatē enūciationis.

ſed homo ibi ponit ad ſignificandum vnum. Et illud vnum poteſt eſſe in ſorte ⁊ platone ⁊ accidit ſibi ꝙ ſit in ſorte ⁊ platone. Et ita dico ꝙ illa eſt vna: omnis homo currit. ¶ Ad argumenta rñdeo. Ad primum cum dicis ibi ſubiciunt plura. Dico ꝙ non ſubiciũtur plura: ut plura: ſed ut vnũ faciunt. ¶ Ad aliḋ cũ dicis: ꝙ ſi imponat tunica homini ⁊ equo: ⁊ dicat tunica eſt alba: nil aliud eſt dictuz: ꝗ homo eſt albus ⁊ equus eſt alb⁹: ⁊ iõ ſicut iſte ſunt plures hõ eſt albus: ⁊ equus eſt albus: ita ⁊ hec tunica eſt alba. ⁊ ſimilr̄ cum dico oīs homo currit nil aliud ſit dictũ ꝗ ſortes currit ⁊ plato currit: ⁊ iſte ſunt plures. ergo ⁊ hec eſt plures oīs homo currit. Dico ꝙ nõ eſt ſimile. nam tunica dicitur qḋ imponit ad illa duo. ſ. ad hoīem ⁊ ad equum: ſed homo nõ eſt impoſitũ ad ſignificãdum ſortem nec platonẽ: ſed vnum tñ ſignificat: ⁊ illud vnum eſt in pluribus ut viſuz eſt.

HJs ṽo determinatis: aſpiciendũz eſt quemadmodum ſeſe habent negationes ⁊ affirmationes ad ſe inuicem he. ſ. que ſunt de poſſibili eſſe ⁊ non poſſibili ⁊ de contingẽti ⁊ nõ cõtingenti. ⁊ de ĩpoſſibili: ⁊ neceſſario: habent hec enim aliquas dubitationes.

Superius dixit phs de enũciatione penes aliquid additũ ad terminos. hic intẽdit determinare de enũciatiõe penes aliquid additũ ad compoſitionem: hoc eſt dictũ ſuperius determinauit phs de enũciationibus de ineſſe: hic determinat de enũciationibus de mõ. Et habet duo. primo determinat oppoſitionẽ iſtarum ꝓpoſitionũ modalium. 2° ponit cõſequẽtiam ſeu equipollentiã 2ª in fine lectionis ibi[ ꝯſequẽtie ṽo.] Prima in duas. primo ꝯtinuando ſe ad precedẽtia dat intẽtionẽ ſuam ⁊ cãm intẽtionis. 2° proſequitur ibi[ nam ſi eorum.] Prima in duo. primo dat intẽtionem ſuam. 2° cãm intẽtionis ibi[ hñt enim.] Jlla pars[ nam ſi eorum.] habet duas. primo mouet quãdam dubitationem utrũ in propoſitionibus modalibus debeat accipi cõtradictio per negationem poſitã ad uerbum uel ad modũ. 2° ſoluit illam dubitationem. 2ª ibi[ fiunt enim.] Prima in duas. primo enim arguit ad ꝑtem falſam per vnam rõnem. 2° ad ueram per duas rõnes. i. primo probat ꝙ in modalib⁹ debeat accipi cõtradictio per negationem propoſitam ad uerbũ. 2° probat per duas rationes ꝙ debet accipi per negationem propoſitam ad modum. 2ª ibi[ Videt autem.] Prima in duas. nam primo intẽdit vnam rõnem: cuius primo ponit minorem cũ ſua declaratione. 2° ponit ꝯcluſionem innuẽdo minorem. 2ª ibi[ q̄re ſi hoc modo.] Prima in duas. primo declarat minorem in illis in quibus hoc uerbuz eſt: ponitur 2° adiacens. 2° in quibus aliud uerbũ. 2ª ibi[ qḋ ſi hoc modo.] Prima in duas. primo declarat minorez in illis in quibus hoc uerbũ eſt ponit $2^{m}$ adiacens. 2° in quibus ponit $3^{m}$ adiacens. 2ª ibi[ ⁊ eius que eſt.] Jlla pars[ videt autez.] in duas ſm duas rationes per quas probat ꝙ ꝯtradictoria in modalibus: ſunt accipiẽda per negationem prepoſitam ad modũ ⁊ nõ ad uerbũ. 2ª ibi[ Contingit enim.] Prima in tres. primo enim ponit minorem cũ ſua declaratione. 2° ponit maiorem. 3° concluſionez. 2ª ibi[ At ṽo.] 3ª ibi[ nõ igitur] Jlla pars[ contingit.] habet duas. primo eniz ponit rationem. 2° concludit. 2ª ibi[ eſt ergo.] Jlla ꝑs [fiunt] habet duas. Nam primo determinationem ſue queſtionis declarat. 2° concludit illaz determinationem vniuerſaliter. 2ª ibi[ vniuerſaliter quẽadmodum.] Prima in duas. primo ponit determinationẽ ſue queſtiõis. 2° declarat per exempla. 2ª ibi[ eius ṽo que eſt.] Hec eſt diuiſio lectionis ¶ Ad primã partẽ ſic procedit primo continuãdo ſe ad precedẽtia dat intẽtionem ſuam: ⁊ dicit ꝙ determinatis his. i. ꝓpoſitionibus de ineſſe: perſpiciẽdum eſt qualiter ſe habent affirmationes ⁊ negationes. i. cõtradictiões in iſtis modalibus: poſſibile eſt eſſe: nõ poſſibile eſt eſſe contingens eſt eſſe: ⁊ non contingens eſt eſſe: ſimilr̄ de impoſſibili ⁊ neceſſe. Et dat cauſam intenti: quoniam aliquas dubitationes habent ille modales ⁊ oẽ dubium habemus hic in hac arte determinãdũ.

¶ Nam ſi eoruz que complectuntur: ille ſibi inuicem oppoſite ſunt: contradictiones: quecunq; ſm eſſe uel non eſſe diſponuntur: ut ei⁹ que eſt: eſſe hominem: negatio eſt ea que non eſt: eſſe hominem. non ea que eſt eſſe non hominem: ⁊ eius que eſt eſſe album hominez: negatio eſt ea que eſt non eſſe album hominem: ſed non ea que eſt eſſe non albũ hominem. Si enĩ de omnibus aut dictio aut negatio uera eſt lignum erit ueruz dicere eſſe non album hoīez.

¶ Hic proſequitur ⁊ arguit ꝙ in modalibus debent accipi contradictoria per negationem prepoſitam uerbo. Et intendit talem rationem: ſicut ſe habet cõtradictio in propoſitionibus de ineſſe: ita in omnibus alijs ꝓpoſitionibus: ſed in iſtis de ineſſe accipitur contradictio per negationez prepoſitam uerbo: ergo ſimiliter in modalibus: ⁊ ſic cõtradictoria illi⁹ poſſibile eſt eſſe: eſt hec poſſibile eſt non eſſe: ⁊ non iſta non poſſibile eſt eſſe. in hac ratione ſic procedit: quia primo ponit minorem: ⁊ declarat eam. 2° concluſionem innuendo maiorem. 2ª ibi[ quare ſi hoc modo.] Primo ponit minorem. ⁊ dicit ꝙ iſte contradictiones eorum que complectuntur. i. componunt ĩ propoſitiones de ineſſe ſunt oppoſite ſibi inuicem que fiunt ſm eſſe. i. uerbum affirmatiuum: uel non eſſe: ideſt uerbum negatiuuz: ⁊ ſtatim declarat iſtam minorem. ſ. ꝙ accipitur in illis de ineſſe contradictio negatione prepoſita uerbo. Et primo in iſta in qua predicatur hoc uerbum eſt $2^{m}$ adiacẽs: ⁊ dicit ꝙ negatio iſtius eſſe hominem: hec eſt non eſſe hoīem negatione prepoſita uerbo: ⁊ non hec eſſe non hoīem poſtea declarat hoc: ubi hoc uerbũ eſt eſt tertiuz adiacens: ibi[ ⁊ ei⁹ que eſt albũ hoīem.] Et dicit ꝙ negatio hui⁹ eſſe albũ hoīem: ⁊ eſt hec nõ eẽ albũ hoīem ⁊ nõ hec eẽ nõ albũ hoīem. Et ſtatim ꝓbat hoc ⁊ dicit: ſi enim de omnibus ubi vult hoc probare: ꝙ iſtius homo eſt albus ſit negatio illa homo nõ eſt alb⁹ ⁊ nõ illa homo eſt non albus: ⁊ hoc tali ratione. De quolibet affirmatio uel negatio uera eſt: ideſt ſempꝰ altera ꝯtradictoriaꝝ põt dici de quolibet: nunc aũt falſum eſt dicere lignum eſt homo albus: ergo eſſet uerum dicere lignum eſt homo non albus: ſed hoc eſt falſum. ergo iſta non eſt contradictoriaruz illius. Quare patet ꝙ hec: homo eſt non albus: non eſt negatio illius: homo eſt albus: ſed iſta: homo nõ eſt albus. Poſtea declarat in alijs in q̄bus. ſ. hoc uerbum eſt: non predicatur ibi.

¶ Quod ſi hoc modo: ⁊ in quantiſcũq; eſſe nõ additur: idem faciet quod pro eſſe dicit. ut ei⁹ que eſt ambulat hõ. negatio nõ eſt: ea que eſt ambulat non homo: ſed que eſt. non ambulat homo. Nihil enim differt dicere hominez ambulare: uel hominem ambulantem eſſe. Qua-

In ꝓpõnib⁹ de ineſſe ꝯdictio ſumitur ꝑ negõnẽ uerbo ꝓpoſitam.

re ſi hoc modo in omnibus: ⁊ eius que eſt poſſibile eſſe: negatio eſt poſſibile non eſſe: non ea que eſt: non poſſibile eſſe.

¶ Et dicit ꝙ in qbuſcūqꝫ enūciationibus hoc uerbū eſt: non predicatꝰ idem eſt uel facit: utputa in quibus ponitꝰ uerbum adiectiuū: quod uerbuꝫ adiectiuū ponitꝰ loco illius.ſ.eſſe.i.illud uerbū quod accipitꝰ pro illo: ut exēpli gratia huiꝰ: homo ambulat. eſt negatio: iſta: homo non ambulat. ⁊ non iſta: non homo ambulat. Poſtea innuit minorē cum cōcluſione principalis rōnis: ⁊ dicit quare ſi hoc modo eſt in omnibꝰ alijs enūciationibus ſicut in iſtis de ineſſe.i.ꝙ negatio debeat ferri ad uerbum eē in illis de modo: negatio debet ferri ad uerbū. Nam huius poſſibile eſt eē negatio eſt hec: poſſibile eſt non eſſe: ⁊ non hec: non poſſibile eſt non eſſe.

¶ Uidetur aūt idem poſſe ⁊ eſſe. ⁊ nō eſſe. Omne enim quod eſt: poſſibile diuidi: uel ambulare: ⁊ non ambulare: ⁊ non diuidi poſſibile eſt Ratio aūt eſt: quoniam omne quod poſſibile eſt ſic: non ſemꝑ in actu eſt. quare inerit etiam negatio: pōt igitur ⁊ non ambulare: qđ eſt ambulabile: ⁊ non uideri: qđ eſt viſibile. at ṽo impoſſibile eſt de eodē oppoſitas eſſe ueras cōtradictiones: non igitꝰ eius que eſt poſſibile eſt eſſe negatio eſt: poſſibile eſt nō eſſe.

¶ Hic arguit ad partē ueram per duas rōnes.ſ.ꝙ cōtradictoria huius: poſſibile eſt eſſe: non ſit hec: poſſibile eſt non eſſe. ⁊ hoc per talem rōnem. Impoſſibile eſt duas cōtradictorias ſimul eſſe ueras: ſed iſte due ſunt ſimul uere.ſ. poſſibile eſt eſſe ⁊ poſſibile eſt non eſſe. nam illud qđ eſt poſſibile eſſe: eſt poſſibile non eſſe: ut poſſibile eſt aliquādo ambulare: ⁊ ſimiľr non ambulare: ⁊ ſicut poſſibile eſt aliquid diuidi: ⁊ ſic ſimiliter non diuidi eſt poſſibile.

¶ Contigit enim ex his: aut idem ipſum dicere ⁊ negare ſimul de eodem: aut non ſm̄ eſſe: uel nō eſſe que apponuntꝰ fieri affirmationes ⁊ negationes. Si ergo illud impoſſibile eſt: hoc erit magis eligēdum. Eſt igitꝰ negatio: eius que eſt poſſibile eſſe: ea que eſt: nō poſſibile eſſe: ſed nō ea que eſt poſſibile non eſſe: eadeꝫ quoqꝫ ratio eſt ⁊ in eo qđ eſt contingēs eſſe: etenim eius negatio eſt: non contingēs eſſe: ⁊ in alijs quoqꝫ ſimili modo: ut in neceſſario ⁊ impoſſibili.

Cōtradictio i modalibꝰ ſumitur per negōneꝫ mō ꝓpoſito.

¶ Hic declarat per aliam rōnem ꝙ cōtradictoria huius.ſ. poſſibile eſt eſſe: non ſit hec: poſſibile eſt nō eſſe. Et dicit ꝙ contingit vnum de duobus facere uel affirmare ⁊ negare de eodem.i.ꝙ due cōtradictorie ſint ſimul uere: uel ꝙ non accipiantꝰ affirmationes ⁊ negationes.i. cōtradictorie ſm̄ eſſe: uel per negationem ꝓpoſitam ad uerbum: ſed impoſſibilius eſt ꝙ due contradictorie uerificent de eodem: ergo oportet dicere ꝙꝫ ſumantꝰ cōtradictoria in his ꝓpoſitionibus modalibus per negationē ꝓpoſitam modo ⁊ uerbo: ita ꝙ cōtradictoria huius: poſſibile eſt eſſe: ſit hec: non poſſibile eſt eſſe. ⁊ non iſta: poſſibile eſt nō eſſe: ⁊ ſimiliter huius: cōtingēs eſt eſſe: ɔtradictoria ſua eſt hec non contingēs eſt eſſe: ⁊ non hec: contingēs eſt non eſſe: ⁊ hoc cōcludit ipſe in illa parte [eſt ergo.]

¶ Fiunt enim quēadmodum in illis eſſe: ⁊ non eſſe appoſitiones: ſubiecta ṽo res: hoc quidem album: illud ṽo homo. Eodem quoqꝫ mō hoc loco eſſe quidem ⁊ non eſſe: ut ſubiectū ſit: contingere ṽo ⁊ poſſe appoſitiones determinātes: (quemadmodum in illis eſſe ⁊ non eſſe) ueritatem uel falſitatē: ſimiľr he in eo qđ eſt eſſe poſſibile ⁊ eſſe non poſſibile. Eius ṽo que eſt poſſibile eſt non eſſe: negatio eſt: non ea que eſt non poſſibile eſt eſſe: ſed ea que eſt: non poſſibile eſt non eſſe: ⁊ eius que eſt: poſſibile eſt eē: non ea que eſt: poſſibile eſt nō eſſe: ſed ea que eſt: non poſſibile eſt eſſe: quare ⁊ ſequi ſeſe inuicem videbuntꝰ: poſſibile eſt eſſe: ⁊ poſſibile eſt nō eſſe idem enim poſſibile eſt eſſe: ⁊ non eſſe. Nō eniꝫ cōtradictiones ſibi inuicē ſunt huiuſmodi: poſſibile eſt eſſe: ⁊ poſſibile eſt non eſſe: ſed poſſibile eſt eſſe: ⁊ nō poſſibile eſt eſſe: nunqꝫ ſimul in eodem uere ſunt: opponuntꝰ enim. At ṽo poſſibile eſt non eſſe: ⁊ non poſſibile eſt nō eſſe: nunqꝫ ſimul ſunt. Similiter autem ⁊ eius que eſt neceſſarium eſſe: negatio non ea eſt neceſſarium non eſſe: ſed ea que eſt nō neceſſariuꝫ eſſe: eius ṽo que eſt neceſſarium nō eſſe: ea que eſt nō neceſſarium nō eſſe: ⁊ eius que eſt: impoſſibile eſt eſſe: non ea que eſt impoſſibile non eſſe: ſed nō impoſſibile eſſe: eius ṽo que eſt impoſſibile nō eſſe: ea que eſt nō impoſſibile eſt non eſſe.

¶ Hic concludit determinationē dubitationis: ⁊ intēdit talem rōnem. Sicut in ꝓpoſitionibus de ineſſe ṽba ſunt ꝑdicata: res autem ſubꝫa: ita in ꝓpoſitionibꝰ modalibus uerba ſunt ſubꝫa: modi autem ſunt ꝑdicata ſeu determinationes ꝑdicati: ſed in illis de ineſſe ad habēdam cōtradictoriam additꝰ negatio ipſi uerbo. ergo in modalibus ad habēdam cōtradictoriaꝫ additꝰ negatio ipſi modo. Et ex hac rōne apparet ſolutio argumēti in cōtrarium facti: ut quēadmodū in illis de ineſſe fiūt: eodem modo in illis de modo. rationem aliam ponit in littera. Poſtea declarat hoc ꝑ exēpla: ut negatio huius poſſibile eſt non eſſe. eſt hec non poſſibile eſt nō eſſe: addēdo negationem modo Et dicit poſtea ꝙ iſte due poſſibile eſt eſſe: ⁊ poſſibile eſt non eſſe: in qbus negatio eſt ꝑpoſita uerbo: non ſunt cōtradictorie: immo bene cōſequerentur ſe iſte due: ſed negatio huius poſſibile eſt eſſe: eſt nō poſſibile eſt eſſe: qꝛ nunqꝫ iſte erunt ſimul uere. poſſibile eſt non eſſe: ⁊ nō poſſibile eſt non eſſe: ſunt etiam contradictorie ⁊ nunqꝫ erunt ſimul uere. Declarat hoc etiaꝫ in alijs: ꝙ negatio huius: neceſſe eſt eē: nō eſt hec: neceſſe eſt non eſſe: ſed hec: nō neceſſe eſt nō eſſe: qꝛ per negationem ꝑpoſitam modo. Simiľr huius: impoſſibile eſt eſſe: eius negatio non eſt hec: impoſſibile eſt non eſſe: ſed iſta: non impoſſibile eſt eē: ⁊ huius ſimiliter impoſſibile eſt nō eē: negatio eius eſt hec: nō impoſſibile eſt non eſſe.

¶ Uniuerſaliter ṽo quēadmodū dictum eſt: eē ꝗdem ⁊ nō eſſe: oportet ponere quēadmodum ſubiecta: negationē ṽo ⁊ affirmationem hec facientem ad eſſe ⁊ nō ad eſſe diſponere: ⁊ has putare oportet eſſe oppoſitas dictiones ⁊ negationes: poſſibile ⁊ nō poſſibile: cōtingēs ⁊ non cōtingēs. Impoſſibile nō impoſſibile: neceſſariū non neceſſarium: uerum non uerum.

¶ Hic pħus epilogat ſeu concludit determinationeꝫ ſue dubitationis dicēs: ꝙ vniuerſaliter eſſe ⁊ nō eſſe i. uerbum affirmatiuum ⁊ negatiuum oportet ponere ſubiecta in propoſitionibus de modo: ⁊ negationē ⁊ affirmationem addere ad vnum terminum ſcilicet ad modum. Et dicit ꝙ oportet has opinari oppoſitas dictiones: ideſt affirmationes ⁊ negationes: ut poſſibile eſt eſſe: non poſſibile eſt eſſe: ⁊ ſic de conſimilibus ꝓpoſitionibus modalibus.

**Queritur** Utrum hec ſit vna. ſortes ⁊ plato
currunt uel plures? Et videt ꝙ ſit
vna. nam lʒ plura ſubiciantur tñ ut vnum attribuit
predicato: quare videt ꝙ ſit vna. ¶ Preterea illa ꝓ
ut accipit copulata de copulato ſubiecto cathegori
ca eſt. ergo videtur ꝙ ſit vna. ¶ Preterea ipſa ſillogi
cabilis eſt: quare videtur ꝙ ſit vna ⁊ non plures.

**In oppoſitū** tamen arguitur per diffini
tionem ſuperius datam ꝓ
poſitionis plures: ꝙ plures eſt: quando plura ſubi
ciuntur: uel predicantur: ſed hec ſortes ⁊ plato cur
runt plura ſubiciuntur: ex quibus pluribus non fit
vnū. nam ex ſorte ⁊ platone nō fit vnū. ¶ Preterea
non habet negationem vnam: quare videtur ꝙ nō
ſit vna: qꝛ negatio huius ſortes ⁊ plato currunt. eſt:
nec ſortes nec plato currant. ¶ Ad hanc queſtionez
dicunt quidam ꝙ ſi accipiatur hec oratio prout po
teſt eſſe compoſita: uꝉ diuiſa: plures eſt. ſed ſi accipia
tur prout eſt de copulato ſubiecto ⁊ compoſita: tūc
dicunt ꝙ eſt vna: qꝛ totuz hoc ſortes ⁊ plato attribui
tur ut vnum ipſi predicato: ideo dicūt ꝙ eſt vna: ſed
hoc non eſt uerum ſm diffinitionem datam ſuperiꝰ
de enūciatione plures: qꝛ illa eſt plures in qua plura
ſubiciuntur: uel predicātur: ⁊ ibi ſubiciuntur plura.
Que requiritur ad vnitatem enūciationis. ergo neceſſario erit plures: ⁊ hoc eſt ueruz. ¶ Ad ar
gumenta. Ad primum dicendum: cuz dicis ꝙ lʒ hic
plura ſubiciātur tamen ut vnum attribuuntur ꝑdi
cato. Dico ꝙ non ſufficit ad vnitatem enunciationis
immo requiritur ꝙ faciant vnum per eſſentiam: ⁊ ꝓ
pter hoc non eſt vna. ¶ Ad aliud cū dicis: ꝙ illa eſt
cathegorica qñ accipit de copulato ſubiecto. Dico
ꝙ lʒ ſit cathegorica erit tñ ꝓpt hoc vna: qꝛ cathego
rica bene pōt eē plures: ut iſta canis currit: lʒ cathe
gorica ſit tñ cū hoc eſt plꝛes. ¶ Ad aliđ iā patuit ſu
Quō ꝓpō plres ſit ſillogiʒabilis. perius. Reſpōdeo: ꝙ propoſitio plures: uera in utro
qꝫ ſenſu: bene poteſt eſſe ſillogiʒabilis: ſimiliter iſta
eſt talis. ¶ Per eadem argumēta poſſet probari: ꝙ
hec eſſet vna: iſta ſunt bona: ſimiliter de iſta: homi
nes currunt: ſed non oportet hoc toties iterare. Et di
cunt quidam ꝙ iſte: illa ſunt bona: homines currunt
non ſunt plures: ſed quelibet earum eſt vna: qꝛ non
ſubiciuntur plura ut plura: ſed ut vnum: ſed dicitur
breuiter ſicut in precedētibus ꝙ ſimiliter plures ſūt
cum dicitur: iſta ſunt bona: li iſta habet ad minꝰ duo
demōſtrare: ⁊ ita demonſtrat plura. pariter dicēdum
eſt de iſta: homines currunt: quare ſimpliciter dico
ꝙ ſint plures.

**Queritur** Utrum hic ſit nugatio: animal bi
pes: uel animal rationale: qđ idez
eſt? Et videtur ꝙ ſic. nam hic eſt nugatio animal ho
mo: cum vnum in altero intelligatur: ut vult philoſo
phus in littera. ergo ſimilr̄ hic erit nugatio animal
bipes: ſeu animal rationale: cum in rationali animal
itelligat: ſicut ſuperius in iferiori intelligi. ¶ Prete
rea hic eſt nugatio (ut vult philoſophꝰ) ſi dicat ho
mo bipes: uel homo rationalis: quare videtur ſimi
liter hic eſſe: cuz dicitur: animal bipes: uel animal ra
tionale. ¶ Ad hanc queſtionem dicendum eſt: ſm ꝙ
poteſt accipi ex dictis Ariſtotelis in libro elencorum
in illa parte. de facere autem nugari non eſt nugatio.
hic animal bipes: uel animal rationale. Nam ut ibi
innuit phs aliquid poteſt intelligi in alio dupliciter.
aliquid enim dat intelligere aliud ⁊ hoc per depen
dentiam quā habet ad illud: ⁊ ꝙ non ſit de ſignifica
to illius: ⁊ iſtud tale ſi addatur ſolum: ꝙ non ſit de ſi
gnificato ipſius non eſt nugatio: ideo hic nō eſt nu
gatio naſus ſimus: neqꝫ homo riſibilis: cum vnum
de ſignificato alterius nō ſit: nec ſi vnū correlarium
additur alteri: ut pater ⁊ filius uel filij: ſed quando
vnum eſt de ſignificato alterius tunc ſemper eſt nu
gatio: ſi addatur ut homo animal: ⁊ ſic de conſimili
bus. bene autem differentia eſt extra naturam gene
ris: ita ꝙ vult philoſophus in ſexto topicorum. ꝙ
genus non predicatur per ſe de differentia. nam ſe
Genꝰ nō ꝑdicat ꝑ ſe de differētia: ⁊ rō dicti. queretur ꝙ vnum animal eſſet plura animalia. ⁊ ſic
ex his patet ꝙ in ſignificato differētie per ſe nō iclu
datur genus. Et ſi addatur differētia generi: nō erit
nugatio. nam manifeſtum eſt ꝙ genus in ſuo ſignifi
cato aliquam ſpeciem nō icludit. nam eas habet po
teſtate: actu vō nullas. Quare cum vnum nō ſit de ſi
gnificato alterius: non eſt nugatio animal rationale:
uel aīal bipes. ¶ Preterea ſequeretur ſi ibi eſſet nu
gatio: ꝙ in omni diffinitiōe bona eſſet nugatio: hoc
autem eſt falſum: quare ⁊ illud ⁊ ſic non eſt ibi nuga
tio. ¶ Ad argumēta dicendum. Ad primum cuz di
citur aīal homo: ſeu homo animal: ſemper erit nuga
tio. Concedo. qꝛ de ſignificato hominis eſt animal:
ſed nō eſt de ſignificato dr̄ie neqꝫ per ſe predicatur
de illa ut patet per phm. ⁊ ideo non eſt ibi nugatio.
¶ Ad aliud cū dicis ꝙ hic eſt nugatio: homo bipes
uel homo rationalis. Concedo. nam bene differētia
eſt de ſignificato ipſius ſpeciei quā cōſtituit: ut ratio
nale bene eſt de ſignificato ipſius hominis: ideo ibi
eſt nugatio homo bipes: ſed non eſt de ſignificato
aīalis: ideo non eſt ibi nugatio aīal bipes: ſed ſi ipſi
animali adderetur differentia conſtitutiua: tūc bene
In qbus ſit nugatio ⁊ in qbus nō. eſſet nugatio animal greſſibile ⁊ ſic patet in quibus
habet eſſe nugatio ⁊ in quibus non: nam ſi addatur
differentia generi nō eſt nugatio: tamen ſi ſpecies ad
datur generi: bene eſt nugatio: ut dicēdo animal ho
mo: uel homo animal.

**C**Onſequentie vō ſm ordinem fiunt
ita ponentibus. Illi eniʒ que eſt poſ
ſibile eſt eſſe. illa que eſt contingens
eſſe: ⁊ hec illi conuertitur non īpoſſi
bile eſſe. ⁊ nō necīum eē. Illi vō que
eſt poſſibile non eſſe. ⁊ ꝯtingens nō eē. ea que
eſt non impoſſibile non eſſe. ⁊ non neceſſariū
non eſſe. Illi vō que eſt non poſſibile eē. ⁊ nō
contingens eſſe. illa que eſt impoſſibile eſt eē.
⁊ neceſſariuʒ eſt non eſſe. Illi vō que eſt non
poſſibile non eē. ⁊ non cōtingens non eſſe. il
la que eſt impoſſibile nō eē: ⁊ neceſſarium eē.
Conſideretur autem ex ſubſcriptione: quem
admodum dicimus.

**Superius** Philoſophus poſuit oppoſitio
nem propoſitionum modalium
hic ponit conſequentiam ſiue equipollentiam earū.
Et habet duas. Nam primo ponit conſequentiam
iſtarum ſm opinionem aliorum. ſecūdo ſm opinio
nem propriam. ſecunda ibi [ergo impoſſibile.] Pri
ma in duas. Nam primo ponit conſequentiam ſm
opinionem aliorum. Secūdo declarat hoc in figura
ſecūda ibi [conſideretur aūt.] Illa pars [ergo īpoſſi
bile.] habet duas. nam primo oſtēdit in quibus be
ne dixerūt. ſecūdo in quibus male. ſecūda ibi [neceſ
ſarium vō.] Prima in duas. primo proponit. ſecun
do declarat. ſecūda ibi [illud enim qđ eſt.] Illa pars
[neceſſarium.] habet duas. nam primo deſtruit opi
nionem eoruz quantum ad male dicta. Secūdo po
nit propriam opinionem. ſecūda ibi [an certe.] Pri
ma in duas. naʒ primo dicit ꝙ iſta de neceſſitate nō

ſequitur eodem modo ad impoſſibile ſicut iſta de i-
poſſibili. Secũdo dat cauſam huius. ſecũda ibi[ cau
ſa autem eſt.] Prima in duas. primo facit qđ dictuꝫ
eſt. Secũdo hoc improbat. ſecũda ibi[ contingit enĩ
eſſe.] Illa pars[ an certe] habet duas. nã primo po-
nit ꝙ ad impoſſibile ſequitur non neceſſarium non
eẽ. Secũdo mouet dubitationeꝫ. ſecũda ibi[ dubita
bit aũt.] Prima in duas. primo facit quod dictũ eſt.
Secũdo epilogat. ſecunda ibi[ ſequiẗ igitur.] Prima
in tres. nã primo probat ꝙ ad hanc: poſſibile nõ eſt
eſſe. Sequiẗ illa: nõ neceſſe eſt eẽ. Secundo ꝓbat ꝙ
iſte nõ ſequuntur ad illã. ſ. neceſſe eſt eſſe: ⁊ neceſſe eſt
nõ eſſe. Tertio concludit ꝙ ſequaẗ illa nõ neceſſe eſt
non eſſe. ſecũda ibi[ At uo neqꝫ.] tertia ibi[ relinquiẗ
ergo.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primã partem
ſic procedit. ponit cõſequentiam iſtarum modaliuꝫ
ſm opinionem alioꝝ. Et dicit ꝙ conſequentie iſtaꝝ
modalium: ⁊ enũciationum de modo: fiunt ponen-
tibus ita: ut dicatur ſm ordinem: ſm quem ab alijs
opinatur: ⁊ non ſm opinionem ꝓpriam: ⁊ ponit q̃-
tuor ordines modalium. Et primo de pͥmo ordine
agit dicẽs: ꝙ illi que eſt: poſſibile eſſe: cõſequitur illa
ſ. contingit eſſe ⁊ idem ualet: ⁊ conuertitur cum ea:
⁊ quantum ad hoc bene dicebant: ⁊ illi que eſt: non
impoſſibile eſt eſſe cõſequitur illa non neceſſe eſt eẽ:
ſed in hac ultima errauerunt illi que eſt: poſſibile eſt
nõ eſſe: ſequitur contingens non eſſe: ⁊ quãtum ad
hoc bene dicebant: ⁊ non impoſſibile nõ eſſe: ſequi-
tur non neceſſe eſt non eſſe: ⁊ in hac ultima errauer-
unt: ſed iſti non poſſibile eſt eſſe cõſequitur non cõ-
tingens eſt eſſe ⁊ impoſſibile eſt eſſe ſequitur neceſſe
eſt non eſſe: ⁊ in omnibus his bene dixerunt: ſimili-
ter in his non poſſibile eſt nõ eſſe: non contingens:
eſt non eſſe: impoſſibile eſt nõ eſſe neceſſe eſt eſſe: ⁊ to
tum hoc declarat in figura cum dicit[ conſiderantur
aũt.] ⁊ ponit taleꝫ figurã.

Conſequentes ſe ⁊ eſt primus ordo.

Poſſibile eſt eſſe. — Contingens eſt eſſe.

Conſequentes ſe.

Non ipoſſibile eſt eſſe. — Non neceſſe eſt eſſe.

Secundus ordo ⁊ ex ſe conſequentes.

Nõ ipoſſibile eſt nõ eẽ — Non neceſſe eſt non eſſe.
Poſſibile eſt non eſſe. — Cõtingens eſt non eſſe.

Tertius ordo conſequentis.

Impoſſibile eſt eſſe. — Neceſſe eſt non eſſe.
Nõ poſſibile eſt eſſe. — Non contigit eſſe

Quartus ordo: ⁊ ex conſequentes ſe.

Nõ poſſibile eſt nõ eſſe — Nõ contingens eſt nõ eẽ
Impoſſibile eſt non eẽ. — Neceſſe eſt eſſe.

**¶ Ergo impoſſibile ⁊ nõ impoſſibile illud qđ eſt contingens: ⁊ poſſibile: ⁊ non contingens: ⁊ non poſſibile ſequuntur quidem contradi-ctorie ſed conuerſim. illud enim qđ eſt poſſibi le eſſe negatio impoſſibilis ſequitur: negationẽ uo affirmatio nam illam non poſſibile eſſe ea que eſt impoſſibile eſſe. Affirmatio eniꝫ eſt im poſſibile eſſe: negatio uo nõ poſſibile.**

¶ Hic ponit phs opinionem iſtoꝝ quãtum ad coꝛꝫ
bene dicta. Et intẽdit hic arguere per talem rationẽ
Ad negationem poſſibilis ſequitur affirmatio im-
poſſibilis: ⁊ ad affirmationem poſſibilis ſequiẗ ne-
gatio impoſſibilis: ergo ad non poſſibile ⁊ non con
tingens ſequitur contradictorie impoſſibile ⁊ econ-
uerſo: ſed hoc ponebat eorum ratio. ergo eſt bona.
In hac ratione ſic procedit: ꝙ primo ponit conclu-
ſionem. 2° antecedens. 3° declarat quoddam dictuꝫ
ſ. quid ſit affirmatio ⁊ negatio: qꝛ dixerat ꝙ negatio
impoſſibilis ſequitur ad poſſibile: ⁊ affirmatio ipoſ-
ſibilis negationem poſſibilis. Et dicit ꝙ affirmatio
eſt impoſſibile: ſed negatio non poſſibile: uel nõ cõ-
tingens: ⁊ ita declarauit.

**¶ Neceſſarium uo quemadmodũ ſit conſide-randum eſt. Manifeſtum eſt autem quoniaꝫ non eodem modo ſed cõtrarie ſequuntur. Cõ-tradictorie autem ſunt extra. Nõ enim eſt ne-gatio eius: que eſt neceſſe non eſſe. non neceſſe eſſe. Contingit enim in eodem ueras eſſe utraſ-qꝫ. Quod enim eſt neceſſarium non eſſe: non eſt neceſſarium eſſe.**

¶ Hic oñdit in quibꝰ male dixerũt. Et primo dat in-
tentionem ſuam. Secundo proſequitur cũ dicit[ ma
nifeſtum.] Et dicit phs ꝙ manifeſtum eſt ꝙ iſta de
neceſſario non ſequitur eodem modo ad poſſibile.
in pͥmo ⁊ ſecũdo ordine ſicut illi dicebant: ſed cõtra
ria ei: ita ꝙ illa de nečio quã ponebant in primo or-
dine: ponaẗ in ſecũdo: ⁊ ecõuerſo illa quã ponebãt
in ſecũdo: ponatur in primo: ſicut iſta de impoſſibi-
li: ſed in primo ordine ponebãt ꝙ eodem modo ſe-
queretur. ergo eoꝝ opinio falſa eſt quantum ad iſtã
partem. Dicit ergo phs ꝙ iſta de neceſſe non ſequiẗ
eodem modo ad poſſibile: ſicut illa de impoſſibili:
ſed dicit ꝙ contrarie ſequuntur eodem modo: hoc
eſt dictum: ſi neceſſe accipiaẗ contrarie. ſ. negatione p̄
poſita: dicendo non neceſſe eſt non eſſe: tunc bene ſe
queretur eodem mõ ad poſſibile ſicut illa de impoſ
ſibili: ſed ſicut ipſi ponebant contradictorie ſunt ex-
tra. i. extra locum ſuum. nam propoſitiones que ſũt
in primo ⁊ que ſũt in tertio ordine cõtradictorie de
bent eſſe: ſed ipſi ponebãt in primo ordine hãc: nõ
neceſſe eſt eſſe: ⁊ in tertio hanc: neceſſe eſt non eẽ: ſed
iſte due non ſunt contradictorie: ideo dicit ꝙ contra
dictorie ſunt extra locum ſuuꝫ: qꝛ non ſunt ille de ne
ceſſe in primo ⁊ tertio ordine cõtradictorie ſicut de-
berent eſſe. Et ſtatim declarat ꝙ iſte nõ ſunt contra
dictorie: nõ neceſſe eſt eſſe ⁊ neceſſe eſt nõ eſſe: cuꝫ di-
cit[ cõtingit enim.] Et hoc per rationem cum dicit
impoſſibile eſt duas contradictorias ſimul eẽ ueras
ſed iſtas duas contingit ſimul eſſe ueras. ſ. non neceſ
ſe eſt eſſe: ⁊ neceſſe eſt nõ eſſe: quare non erunt con-
tradictorie. ⁊ ita cõtradictorie ſunt extra locum ſuũ.
ꝙ aũt ille due ſint ſimul uere patet. nam ueruꝫ eſt di-
cere lignum neceſſe eſt nõ eſſe hominem: ⁊ ſimiliter
hec eſt uera: nõ eſt neceſſe lignum eſſe homineꝫ: ⁊ ita
cum ambe ſint ſimul uere: nõ erunt contradictorie:
⁊ ita contradictorie ſunt extra ſuum locum: qꝛ non
ſunt in tertio ordine ⁊ in primo.

**¶ Cauſa autem eſt: cur non ſequitur ſimiliter cum ceteris: quoniam contrarie impoſſibile eſ ſe. neceſſario redditur idem ualens. Nam ſi i-poſſibile eſt eſſe. neceſſe eſt hoc non quideꝫ eẽ: ſꝫ potiꝰ nõ eẽ. ſi uo ipoſe eſt nõ eẽ. h neceſſariũ**

eſt eſſe. quare ſi illa ſimiliter ſequantur: poſſibile: ⁊ non poſſibile: hec econtrario quoniaꝫ nõ idem ſignificat neceſſarium ⁊ impoſſibile: ſed quẽadmodū dictū eſt conuerſim.

C hic reddit cauſam illius qḋ dixerat: dixit enim ſuperius: ꝙ illa de neceſſe nõ: non ſequitur eodeꝫ modo ad poſſibile: ſicut illa de impoſſibili. modo reddit cauſam: ⁊ dicit ꝙ illa de ipoſſibili contrarie ſumpta: redditur idem ualens ad neceſſe: ⁊ econuerſo illa de neceſſe contrarie ſumpta: redditur idem ualẽs ad impoſſibile: quia neceſſe eſt non eſſe: ualet tantū ſicut impoſſibile eſt eſſe. Et ideo cum iſta de neceſſe contrarie ſumpta: ualet tãtuꝫ ſicut impoſſibile: quãdo erit ſumpta contrarie: ſequitur ad poſſibile ſicut impoſſibile per negationem prepoſitam equipollet ad poſſibile: igitur illa de neceſſe contrarie ſumpta: per negationem prepoſitam conſequitur ad poſſibile: ita dicendo non neceſſe eſt non eſſe: hoc dicit in illa parte.

C **An certe impoſſibile eſt ſic poni neceſſarij cõtradictiones. Nam quod eſt neceſſarium eſſe. poſſibile eſt eſſe. Nam ſi non: negatio ſequitur neceſſe eſt eni aut affirmare aut negare. Quare ſi nõ poſſibile eſt eſſe. impoſſibile eſt eſſe. igitur impoſſibile eſt eſſe: quod neceſſe eſt eſſe qḋ eſt inconueniens. At v̇o illud quod eſt poſſibile eſſe. non impoſſibile eſſe. ſequitur: hoc v̇o illud quod non eſt neceſſarium eſſe. Quare cõtingit quod eſt neceſſarium eſſe: non neceſſarium eſſe. quod eſt inconueniens.**

C hic philoſophus ponit conſequentiam iſtius de neceſſe ſm opinionem propriam. Et intendit talem rationem. Ad poſſibile aut ſequitur non neceſſe eſt eſſe: aut neceſſe eſt non eſſe: aut non neceſſe eſt non eſſe: ſed prime non ſequuntur. ergo per locum a diuiſione concludit inferius: ꝙ ſequitur hec non neceſſe eſt non eſſe. Primo probat ꝙ illa non neceſſe eſt eſſe non ſequitur ad hanc poſſibile eſt eſſe: ſed bene ad iſtam neceſſe eſt eſſe: ſequitur ergo poſſibile eſt eſſe. Et probat iſtam conſequentiam: quia non ſequitur da oppoſitum conſequentis: non poſſibile eſt eſſe eſt oppoſitū: ſed ad iſtam non poſſibile eſt eſſe: ſequitur impoſſibile eſt eſſe: ſed iſta impoſſibile eſt eſſe non poteſt ſtare cum prima: ſed cum iſta neceſſe eſt eſſe. ergo tenet iſta conſequentia: neceſſe eſt eſſe. ergo poſſibile eſt eſſe. Sed ulterius ad iſtam: poſſibile eſt eſſe ſequitur nõ impoſſibile eſt eſſe: ſed ad hãc non impoſſibile: ut ipſi ponunt in prima figura ſeu linea: ſequitur iſta non neceſſe eſt eſſe. ergo a primo ad ultimum ad iſtam neceſſe eſt eſſe: ſequitur non neceſſe eſt eſſe: que eſt ſua contradictoria quod eſt incõueniens. ergo patet ꝙ ad iſtam poſſibile eſt eſſe: non ſequitur iſta: nõ neceſſe eſt eſſe: quia ſequeretur incõueniens: ut viſum fuit.

C **At v̇o neqꝫ neceſſarium eſſe: ſequitur eã que eſt poſſibile eſſe. neqꝫ neceſſarium non eſſe. Illi enim utraqꝫ contingit accidere. Horum autem utrumlibet uerum fuerit: nõ erunt illa uera. Simul enim poſſibile eſt eſſe: ⁊ non eẽ. Si v̇o neceſſe eſt eſſe. uel non eſſe. non erit poſſibile utrunqꝫ.**

C hic intendit probare ꝙ ille neceſſe eſt eſſe: ⁊ neceſſe eſt non eſſe: non ſequuntur ad illam poſſibile eſt eſſe. Et hoc per talem rationem conſequens poteſt ſtare cum antecedẽte: ſed ille due ſcilicet neceſſe eſt eſſe: ⁊ neceſſe eſt non eſſe: non poſſunt ſtare cum iſta poſſibile eſt eſſe. ergo non ſequuntur ad illam: ſed ꝙ iſte due: ſcilicet neceſſe eſt eſſe: ⁊ neceſſe eſt non eſſe: non poſſint ſtare cum iſta: poſſibile eſt eſſe: patet. Nã poſſibile ſe habet ad eſſe ⁊ ad non eſſe: ſed iſta neceſſe eſt eſſe dicit ſolum eſſe: ⁊ interimit poſſibile pro altera parte: ſcilicet prout ad non eſſe ſe habet: ſimiliter iſta: neceſſe eſt non eſſe ſolum ad non eſſe ſe habet: ⁊ ideo ſi aliqua iſtarum ſit uera: ſcilicet neceſſe eſt eſſe: uel neceſſe eſt non eſſe: non erit iſta uera poſſibile eſt eſſe. Quare patet ꝙ iſte nõ ſequuntur ad illas.

C **Relinquitur igitur non neceſſariuꝫ non eſſe. ſequi eam que eſt poſſibile eſſe. Hoc enim ueꝝ eſt: ⁊ de neceſſe eſſe.**

C Probatuꝫ eſt ſimiliter ꝙ ad iſtam: poſſibile eſt eſſe non ſequitur: nec iſta neceſſe eſt eſſe: nec iſta neceſſe eſt non eſſe. Ex hoc concludit ulterius: ꝙ relinquitur ꝙ illa ſequatur: ſcilicet non neceſſe eſt nõ eſſe: per locum a diuiſione. Et dicit poſtea: ꝙ manifeſtum ⁊ uerū eſt de neceſſe non eſſe: lege igiť iſtam litterã hoc eſt uerum de neceſſe non eſſe: ꝙ iſta non ſequitur ad poſſibile ut probatum fuit ſtatim.

C **Hec enim fit contradictio eius que ſequiť illam que eſt non poſſibile eſſe. Illam enim ſequitur ea que eſt: impoſſibile eſſe. ⁊ neceſſe nõ eſſe: cuius negatio eſt. non neceſſe non eſſe. Sequuntur igitur ⁊ he contradictiones ſm predictum modum: ⁊ nihil impoſſibile cõtingit ſic poſitis.**

C hic oſtendit ꝙ hec de neceſſe ſequatur ad poſſibile Et dicit ꝙ hec de neceſſe que ſequitur ad poſſibile ſit contradictio: ideſt eſt contradictoria illius que ſequitur ad impoſſibile: ſcilicet neceſſe eſt non eſſe: modo contraria huius: ſcilicet neceſſe eſt nõ eſſe: que ſequitur ad poſſibile eſt illa nõ neceſſe eſt non eſſe: per negationem prepoſitam: ergo illa non neceſſe eſt nõ eſſe: ſequitur poſſibile eſt eſſe: hoc eſt uerum. Quare concludit ulterius: ꝙ he contradictiones ſm predictum modū ſe cõſequũtur: ſicut viſum eſt.

**Queritur** Utrum ſequãtur homo mortuus ergo homo? Et videtur ꝙ ſic. naꝫ bene ſequitur homo mortuus. ergo mortuum. ergo ſimiliter videtur ꝙ ſequatur homo mortuus. ergo homo. Et ratio tenet. nã in hoc qḋ dico homo mortuus: includitur ita bene li homo ſicut li mortuus: quare videtur ꝙ ita poſſit inferri vnum: ſicut reliquum: quare ⁊c̈. C Secundo arguitur: quandocunqꝫ duo cõtradictoria in aliquo icluduntur: utrūqꝫ licet inferre: ueluti ſi dicaꝫ ſic: ſoꝛ. currit: ⁊ nõ currit: modo licet inferre. ergo ſortes currit: ⁊ ſimiliter ſortes non currit: ſic hic cum dicitur homo mortuus includuntur duo contradictoria. nam per li homo includitur ibi viuum: ⁊ li mortuum includitur non viuum: ⁊ ideo cum ibi duo contradictoria includãtur poterit utrūqꝫ iferri: ⁊ ita ſequitur homo mortuus: ergo homo. C Tertio arguitur ad totum integrale ſequitur quelibet eius pars: domus eſt: ergo paries: ſed totum hoc eſt quoddam totum itegrale. ergo ad ipſum ſequiť eius pars: ⁊ ſic ſequitur homo mortuus. ergo homo.

**In oppoſitum** dixit philoſophus ſuperius ꝙ ſi iferatur homo mortuus: ergo homo: eſt oppoſitio in adiecto. C Ad hanc queſtionem dicendum breuiter: notandum tamen primum ꝙ homo ſignificat hominem uerum: in cuius ſignificato viuum includitur ⁊ ſigni

ſicat hominem mortuum: tamen illa duo ſignificat equiuoce: quia per prius ſignificat hominem ueruꝫ ⁊ per poſterius ⁊ per quādam ſimilitudinem hominem mortuum: quia eſt ſimilis in diſpoſitione membrorum cum homine viuo. Nunc autem ſm ꝙ multoties dictum eſt: quando aliquid dicitur de duobꝰ ita ꝙ de vno per prius ⁊ de reliquo per poſterius: ſi per ſe ſumat̄ intelligere de eo de quo per prius dicitur in communi uſu: non q̄ etiam de alio poſſit intelligi. Ideo dico ex his ꝙ cum ita dicit̄ homo mortuus. ergo hō: ibi li homo ſtat pro ſecūdario ſignificato: ſed ſi īferatur ſimpliciter ſtat pro eodē de quo per prius dicebatur: ſcilicet de homine uero: ⁊ ideo nō licet īferre homo mortuus. ergo homo: ⁊ hec eſt cauſa. Tamen intellige ꝙ ſi li homo acciperet̄ in iſta homo mortuus pro priori ſignificato: tunc in hac homo mortuus includerentur duo oppoſita. Et tūc dico ꝙ bene licet inferre utrūqꝫ: ⁊ poſſemꝰ dicere homo mortuus. ergo homo: ſed quia non accipit̄ ibi pro priori ſignificato: ideo nō ſequitur homo mortuus. ergo homo. ¶ Ad argumenta patet ſolutio ꝑ hec. ¶ Ad primum cuꝫ dicis: bene ſequitur homo mortuus. ergo mortuū. Cōcedo: ſed nō ita hō mortuus. ergo homo. Nam ut viſuꝫ eſt ſuperiꝰ ſi homo per ſe accipiat̄ itelligit̄ de p̄ori ſignificato. ¶ Ad $2^{m}$ q̄ñ dicis ꝙ quandocunqꝫ duo contradictoria in aliquo includūtur tūc licet utrūqꝫ inferre. Cōcedo: ſed hic homo mortuus: ſi li hō accipiatur pro ſecūdario ſignificato. ſ. pro homine mortuo nō includunt̄ ibi duo oppoſita: ⁊ ideo nō oportet utrūqꝫ īferri ut patet. ¶ Ad $3^{m}$ cum dicis: ꝙ ad totum integrale ſequit̄ quelibet eius pars: ut domꝰ eſt. ergo paries eſt. Cōcedo: vñ cum dico homo mortuus bene eſt quoddam totū integrale ex uocibus ideo ad illud compoſitum ex uocibus homo mortuus: poterit ſequi hec uox homo: ſed quātum ad ſignificata homo mortuus nō eſt totū integrale: ideo non ſequit̄ hō mortuus. ergo homo.

**D**Ubitabit autem aliquis ſi illud quod eſt neceſſarium eſſe. poſſibile eſſe ſequitur.

**Superius** Ph̄s poſuit oppoſitionem ⁊ cōſequentiam propoſitionū modalium. hic mouet quandam dubitationē circa precedentia. ⁊ habet duas. Nā primo mouet dubitationem ⁊ ſoluit. Secūdo ponit ordinem iſtarū ꝓpoſitionum modalium. 2ª ibi [⁊ eſt q̄dem fortaſſe.] Prima in duas. nam primo mouet dubitationē. Secundo ſoluit. 2ª ibi [manifeſtū eſt.] Prima in duas. primo mouet dubitationeꝫ. Secūdo arguit. 2ª ibi [nam ſi nō.] hec ſecūda in duas. nam primo arguit ad vnam partem. Secūdo ad aliaꝫ. 2ª ibi [At v̄o rurſus.] Sequit̄ illa pars [manifeſtuꝫ.] ⁊ h̄et duas. nam primo ponit duas diſtinctiones. ſecūdo ex illis cōcludit ſolutionē dubitationis. 2ª ibi [Quare q̄m.] Prima in duas ſm duas diſtictiones quas ponit. 2ª ibi [Quedam v̄o poteſtates.] Prima in duas. nam primo ponit quandā diſtinctionē. 2º diſtinguit alterū mēbrū. 2ª ibi [irrōnabile v̄o nō oēs.] ſeq̄t illa ꝑs [quedā v̄o.] ⁊ h̄et duas. nā primo diſtinguit ꝑtātem. 2º oñdit in q̄bus h̄et eſſe illa ꝑtās. 2ª ibi [⁊ hec q̄dē in ſolis mobilibꝰ.] Seq̄tur illa ꝑs [⁊ eſt q̄dē fortaſſe.] ⁊ h̄et duas. nā primo ponit ordinē iſtarum modaliū. 2º ꝓbat. 2ª ibi [manifeſtū eſt.] hec 2ª in duas. nā ꝓbat ꝙ ille de neceſſe debēt p̄cedere alias. 2º īcidētaliter ponit quādā diſtinctionē. 2ª ibi [⁊ hec quidē ſine ꝑtāte.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primā ꝑtē mouet dubitationē ex p̄dictis ſiue ex p̄cedētibꝰ īcidentē. Dixit enim ſuperius: ꝙ ad neceſſe ſequitur poſſibile. nunc dicit ꝙ aliquis dubitabit: utrū poſſibile ſequatur ad neceſſe uel non. hec eſt dubitatio quam mouet.

¶ **Nā ſi nō ſequatur cōtradictio ſequetur non poſſibile eſſe. ⁊ ſiquis dicat hanc non eſſe contradictionem: neceſſe eſt dicere: poſſibile nō eē ſed utreqꝫ falſe ſunt: de neceſſe eſſe.**

¶ hic arguit: ⁊ primo ꝙ ſequat̄. nam ſi nō ſequit̄ da ergo oppoſitū: nō poſſibile eſt eē: ſed ad iſtaꝫ ſequit̄ īpoſſibile eſt eē ⁊ illa nō pōt ſtare cū p̄ma. ſ. cuꝫ nec̄e eſt eē. ergo p̄ma ꝯñtia erat bona ꝙ ad neceſſe ſequit̄ poſſibile. Et ſi tu dicas ꝙ ph̄s dicit ꝙ illiꝰ poſſibile ē eē: nō eſt ꝯdictoria illa nō poſſibile eſt eē: ſed opꝫ ꝙ illa ſit poſſibile eſt nō eē: ſed iſta tñ nō pōt ſtare cum p̄ma. ſ. cū hac: neceſſe eſt eē: imo eſt ſua ꝯdictoria. g̊ p̄ma ꝯñtia bona erat. Nec̄e eſt eē. ergo poſſibile eſt eē rō eſt q̄ꝛ oppoſitū ꝯñtis nō pōt ſtare cū añte: ideo conſequētia eſt bona. Unde dicit ipſe ꝙ utreqꝫ falſe ſunt: ſcilicet non poſſibile eſt eſſe: ⁊ poſſibile eſt non eſſe: ideo nulla iſtaruꝫ pōt ſtare cum illa: neceſſe eſt eſſe: ⁊ hoc eſt q̄d dicit ibi.

¶ **At v̄o rurſus idem videtur poſſibile īcidi: ⁊ non incidi: ⁊ eſſe ⁊ non eſſe: quare erit neceſſe eſſe: contingere non eſſe. hoc autem falſum eſt**

¶ hic arguit in contrarium: ſcilicet ꝙ ad neceſſe non ſequitur poſſibile per talem rationem. Illud quod eſt poſſibile: poteſt eſſe uel poteſt non eſſe. ergo ſi ad neceſſe ſequitur poſſibile quod eſt neceſſe poterit nō eſſe: ⁊ ſic ad neceſſe eſſe: ſequitur poſſibile non eſſe: quod eſt ſuum contrarium uel contradictoriuꝫ: hoc autem eſt impoſſibile: ꝙ ad vnum contradictoriorum ſequatur reliquum. ergo patet ꝙ ad neceſſe nō ſequitur poſſibile: q̄ꝛ incōueniens ſequeret̄.

¶ **Manifeſtum eſt autem: quoniam non omne poſſibile. uel eſſe: uel ambulare etiaꝫ oppoſita ualet. ſed eſt in quibus nō ſit uerum. ⁊ primū quidem in his que nō ſm rationem poſſunt. ut ignis calefactiuus eſt: ⁊ habet vim irratiōabilem: ergo ſm rationem poteſtates ipſe eedeꝫ plurium etiam contrariorum ſunt.**

¶ hic itēdit ſoluere: ſed anteqꝫ ſoluat: ponit duas diſtinctiones ex q̄bus poſtea ꝯcludit ſuā ꝯcluſionē: p̄ma eſt: q̄ꝛ dixit mō ꝙ illud q̄d eſt poſſibile pōt eē. ⁊ pōt nō eē. dicit ꝙ manifeſtū eſt ex hoc ꝙ nō oīs poſſibilitas ualet ad oppoſita. ſ. ad eē ⁊ nō eē: ⁊ ꝓpt̄ hoc īnuit ꝙ duplex eſt poſſibilitas: q̄dā eni eſt que eſt in rebꝰ irrōnabilibꝰ. Alia in rebꝰ rōnabilibꝰ: illa que ē in rebꝰ irrōnabilibꝰ nō ualet ad oppoſita: ut in igne eſt poſſibilitas ad calefaciēdū ita ꝙ ſemꝑ h̄et calefacere ⁊ nō ualet ad oppoſitā ꝑtē. ſ. ad nō calefaciēdū ſed partes que ſunt ſm rationem ille ſunt plurimorum contrariorum: ut homo poteſt dormire ⁊ non dormire ⁊ ad plura alia oppoſita: quia habet poteſtatem rationalem. Duplex ē poſſitas

¶ **Irrationabiles v̄o nō omnes ſed (quēadmodum dictum eſt) ignem non eſt poſſibile calefacere. ⁊ non calefacere neqꝫ quecūqꝫ alia ſemꝑ agunt. alia v̄o poſſunt ⁊ ſm irrationabiles poteſtates ſimul oppoſita recipere. ſed hoc idcirco dictum eſt: quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum eſt: nec quecunqꝫ ſm eandem ſpeciem dicuntur.**

¶ hic ſubdiuidit aliō mēbrū uel remouet dubiū. Di

xit enĩ ꝙ poteſtates irrationales non ualent ad oppoſita: dicit ꝙ hoc non eſt uerum in omnibus irrationabilibus poteſtatibus: quia bene ſunt quedam poteſtates irrationales que ualent ad oppoſita: ut poteſtas bouis ualet ad oppoſita ut ad ambulandum ⁊ non ambulandum: ſed quedã ſunt que habent poteſtatem irrationalem: ⁊ agunt ſemper ut ignis: ⁊ talis poteſtas non ualet ad oppoſita. ideo dicit idcirco dictum eſt quoniam non omnes poteſtates ſunt oppoſitorum: ideſt ualent ad oppoſita. neq3 etiã oẽs ille que dicunť ſm eandẽ ſpẽm .i. poteſtates irrationales que dicuntur ſm ſpeciem: quia ſunt ſub ſpecie irrationali: ualent ad oppoſita: ſed quedam ſic: quedam non: ut viſum eſt ſuperius. Et hoc dicit ibi. Neq3 quecunq3 ſm eandẽ ſpeciem.

¶ **Quedã vͦo poteſtates equiuoce ſunt: poſſibile enim non ſimpliciter dicitur. Sed hoc quidem quoniam uerum eſt: ut in actu: ut poſſibile eſt ambulare: quoniam iam ambulat: ⁊ omnino poſſibile eſt eſſe: quoniã iam eſt aliquid actu: quod dicitur poſſibile. Illud vͦo ꝙ forſitan aget: ut poſſibile eſt ambulare: quoniam ambulabit.**

¶ Hic ponit aliam diſtinctionem: ⁊ dicit ꝙ quedam poteſtates dicuntur equiuoce. nam poſſibile non dicitur ſimpliciter: ſed equiuoce hoc eſt dictum. Poſſibile: ſiue poteſtas dupliciter dicitur. Naz dicit quidã expoſitor ꝙ poſſibile dicit analogice de duplici poſſibili: ⁊ oſtendit quid eſt illud duplex. Et dicit ꝙ eſt quoddam poſſibile cõiunctum cum actu: ut cum dicimus: poſſibile eſt aliquem ambulare quando iam actu ambulat: ⁊ aliud dicitur poſſibile quod non eſt ſimul cum actu: ſed precedit actũ: ut poſſibile eſt ambulare aliquem: quia ambulabit: adhuc ꝙ non ambulet actu.

Q̄dam poſſe antecedit actũ quod actui p̄iũgitur

¶ **Et hoc quidez in nobilibus ſolis poteſtas eſt illa vͦo ⁊ in immobilibus: in utriſq3 vͦo uerum eſt dicere: nõ impoſſibile eſſe ambulare: uel eſſe: ⁊ quod ambulat iam ⁊ agit: ⁊ ambulabile eſt.**

¶ Hic declarat in quibus habet eſſe utraq3 iſtaruz poteſtatum. Et dicit ꝙ illa poteſtas que precedit actum habet tm̃ eſſe in rebus generabilibus ⁊ corruptibilibus: ſed alia .ſ. illa que eſt ſimul cum actu habet eſſe in rebus immobilibus .i. in rebus ingenerabilibus: ⁊ incorruptibilibus: ⁊ dicit ꝙ etiam illa poteſtas cõiuncta actui habet eſſe in utriſq3 .ſ. in rebus generabilib9 ⁊ corruptibilibus: ⁊ in rebus ingenerabilibus ⁊ incorruptibilibus. nihil enim ꝓhibet aliquam rez trãſmutabilem eſſe vno modo .ſ. ſm ſubiectum. alio modo ſm locum ⁊ ſitum ad corpus celeſte: ideo bene dicit ꝙ in utriſq3 eſt uerum dicere .ſ. in habẽtibus potentiam ante actum ⁊ cum actu: ut in eo qui ambulat in preſenti: ⁊ ambulabit in futuro: ueruz eſt dicere non impoſſibile ambulare: immo poſſibile: q̄ equipolleret.

¶ **Sic igitur poſſibile non eſt ueruz ſimpliciter de neceſſario dicere. alterum autem uerum eſt. quare: quoniam partem vniuerſale ſequitur: illud quod ex neceſſitate eſt: cõſequitur poſſe eſſe: ſed non omnino.**

¶ Hic phus ſoluit dubitationẽ. ⁊ dicit ꝙ poſſibile ſequitur ad neceſſe: ſed non ſimpliciter: ſed ſm alteraz partem ſui: hoc eſt dictum: illud poſſibile quod ualet ad oppoſita: uel illud in quo potẽtia p̄cedit actũ: non eſt uerum de neceſſe: ideſt non ſequitur ad neceſſe: ſed alterum eſt uerum .ſ. illud quod non ualet ad oppoſita: ⁊ illud in quo potentia eſt ſimul cum actu poteſt ſequi ad neceſſe. Sed nota ꝙ poſſibile: quod poteſt eſſe cum actu poteſt eſſe dupliciter. Uno modo ꝙ ille actus perficiat totam potẽtiam: ⁊ ſic ſequiť ad neceſſe: ſed illud poſſibile: quod non perficit actu totam potẽtiam: ut cum dico ſoꝛ. currit: ibi actus nõ perficit potentiam totaliter: quoniam etiaz bene poſſet non currere. Et ideo in iſtis non ſequiť poſſibile ad neceſſe: niſi cum reduplicatione ſubiecti: ut currit quando currit: nõ opoꝛtet plus hic dicere: niſi ꝙ ad neceſſe ſequitur poſſibile. quod non ualet ad oppoſita: ⁊ eſt ſimul cum actu. Poſtea confirmat iſtam ſolutionem per talem rationem: Ad particulare ſequiť vniuerſale: ut ad ſoꝛ. ſequiť homo: ſed neceſſe eſt particulare: ⁊ poſſibile vniuerſale: ergo ad neceſſe ſequitur poſſibile. Et hoc dicit ibi [Quare quoniam ꝑtez vniuerſale.] ꝙ poſſibile ſequitur illud q̄ȯ eſt ex neceſſitate: ſed non omnino .i. ꝓut ualet ad oppoſita: uť illud in quo potentia pꝛecedit actum. Et uocat poſſibile vniuerſale: quia ſe habet ad eſſe ⁊ non eſſe: ⁊ neceſſe dicitur particulare: quia tm̃ ſe habet ad eſſe. Et ita poſſibile dici poteſt genus ad neceſſe.

Q̄dam poſſe q̄ȯ ſeq̄tur ad neceſſe

¶ **Et eſt quidem foꝛtaſſe pꝛincipium quod neceſſarium eſt: ⁊ quod non eſt neceſſarium omnium uel eſſe: uel non eſſe: ⁊ alia quẽadmodũ horum conſequentia conſiderare opoꝛtet.**

¶ Hic ponit oꝛdinem ꝓpoſitionum modaliũ. Et intẽdit ꝙ neceſſe debet pꝛecedere omnes alias ꝓpoſitiones modales: ⁊ hoc eſt (ut dicũt quidam) ꝓpter duas rationes. Pꝛima eſt (ut quidam foꝛmant) pꝛimo pꝛecedit illud: quod eſt pꝛincipiuz: ſed neceſſe eſt pꝛincipium oĩum aliarũ: ergo debet pꝛecedere omnes alias. Minorem ponit in littera quando dicit ꝙ [foꝛtaſſe neceſſarium ⁊ non neceſſarium eſt pꝛincipium eſſe uel non eſſe.] reddẽdo ſingula ſingulis: ꝙ neceſſe eſt pꝛincipium omniũ affirmatiuarũ: ⁊ nõ neceſſe omnium negatiuarũ: ita ꝙ neceſſe eſt pꝛincipiuz eſſendi: ⁊ non neceſſe eſt pꝛincipium non eſſendi. Et opoꝛtet conſiderare alia ſm cõſequẽtiam horuz: de neceſſe eſt eſſe: ⁊ non neceſſe eſt eſſe: quia oꝛdinantur omnes alie ſm iſtas. Et iſte debent pꝛeponi alijs.

Ꝓpoſõnes de neceſſe ſunt ꝓores alijs modalib9.

¶ **Manifeſtum autẽ ex his que dicta ſunt: quoniaz quod ex neceſſitate eſt: ſm actũ eſt. Quare ſi ꝓoꝛa ſunt ſempiterna: ⁊ que actu ſunt: poteſtate pꝛioꝛa ſunt.**

¶ Hic ꝓbat philoſophus per ſecũdam rationem: ꝙ ille de neceſſe pꝛiores ſunt alijs per rationem talẽ. Illa que ſunt actu pꝛioꝛa ſunt illis que ſunt poteſtate: ſed neceſſaria cũ ſint ſempiterna ſunt actu: ergo pꝛioꝛa ſunt illis que ſunt poteſtate. Maioꝛ tenet: ꝙ que ſunt actu ſunt pꝛioꝛa. nam nihil uadit de ſe de potentia ad actũ: ergo ſi aliquis ſit in potẽtia: opoꝛtet ſemper ꝙ per aliquod ens actu uadat ad actum. Et ita opoꝛtet ꝙ illa que ſunt actu ſint pꝛioꝛa illis que ſunt in potentia. Et pꝛopter hoc habent quidam hanc figuram: in qua omnes de neceſſe pꝛeponũtur.

¶ **Et hec quidez ſine poteſtate actus ſunt: ut pꝛime ſubſtantie. alie vͦo ſunt actu cum poſſibilitate: que natura pꝛioꝛa ſunt: tempoꝛe vͦo poſterioꝛa: alia vͦo nunquam ſunt actu: ſed poteſtate ſolum.**

¶ Hic auctoꝛ incidentaliter ponit quandã diſtinctionem. Et dicit ꝙ quedã ſunt res in actu ſine poteſtate ut ſubſtãtie ſupercaeleſtes ⁊ intelligentie: que ita ſunt actu ꝙ non in potentia paſſiua pꝛecedẽte actũ. Alia

ſunt in actu cum poteſtate ſimul: ut omnes res generabiles ꝛ corruptibiles: que ſimul ſunt actu cum potētia. Et addit ꝙ illa que ſunt priora natura: ſunt poſteriora tempore. Et legitur hoc dupliciter. Uno modo ꝙ illud [que] faciat relationē ad illa que ſunt actu ſine poteſtate: ita ꝙ dicamus que ſupra ſunt actu ſine poteſtate ſunt priora per naturā: ꝛ alia que ſunt actu cum potentia ſunt poſteriora tempore: ſed huic ſentētie littera non concordat: ꝑpter quod legitur aliter ꝛ melius: ita ꝙ illud [que] referatur ad illa que ſunt actu ſimul cū poteſtate. Et tūc dicemus ſic. quedam ſunt in actu ſimul cum poteſtate que ſunt priora natura. i. potentia. poſteriora vō tēpore. i. in actu. Nam iſte res prius ſunt potentia. poſtea vō in actu: Poſtea ponit tertium mēbrū. ꝛ dicit ꝙ aliqua ſunt in potētia: ita ꝙ nunꝙ̄ in actu. Et datur exēplum: ut cōtinuum eſt potētia diuiſibile in infinitum. ſed nunꝙ̄ eſt actu diuiſum in infinitum: ſed ſolum in potentia. Similiter appoſitio in potētia in infinitū creſcere poteſt: ſed actu non eſt appoſitio in infinitum.

*Quedā ſt potētia a deo ꝙ actu nunꝙ̄ eē pñt.*

*Obiectio.*

**In oppoſitum** Tamen arguitur. Nā fruſtra eſt potētia que nō reducitur ad actum. ergo ſi cōtinuum eſt in potētia diuiſibile in infinitum: videtur ꝙ actu poſſit eſſe diuiſum in infinitum.

*Soło.*

¶ Ad hoc dicēdum ꝙ ſm ꝙ viſū eſt ꝙ quedam eſt potentia actiua: ꝛ iſta nō eſt fruſtra quauis non reducatur ad actum. Nam habere potentiam interficiendi plures homines: talis non eſt fruſtra: lꝫ non reducatur ad actum. Alia eſt potētia paſſiua. ꝛ iſta eſt duplex. Nam quedā eſt que non eſt excitata ad actum: ꝛ talis nō eſt fruſtra: lꝫ non reducatur ad actum. Nam materia prima eſt in potentia paſſiua ad oēs formas: ꝛ niſi ſit excitata: non eſt fruſtra: lꝫ non reducatur ad actū. Alia eſt potētia paſſiua: que eſt excitata ad actum: ꝛ talis eſſet fruſtra: niſi reduceretur ad actū. Et ſm ꝙ eſt in potētia ſm hoc habet reduci ad actum: ita ꝙ ſi ſit in potētia ad purū actū: eſſet fruſtra niſi reduceretur ad purum actū: ſed ſi ſit in potētia ad actum ꝑmixtum potētie: reducitur ad actum permixtum potētia. Nūc aūt cōtinuum eſt in potentia ad diuidendum in infinitum: ꝛ eſt in potētia ad actum permixtum potentia: ꝛ non ad purum actum: ideo non eſt fruſtra: lꝫ nō reducatur ad purū actum: ſed ad actum permixtum potentia reduci debet: ad quem eſt in potentia. Et ideo reducitur ad talem ꝛ non ad alium. Et ſic patet qualiter debet intelligi illa auctoritas: Fruſtra eſt potētia que non reducitur ad actum.

*Potētia paſſiua duplex.*

**Queritur** Utrum ad non poſſibile ſequatur impoſſibile? Et probo ꝙ non. Nā procedendo a duabus cauſis ueritatis ad vnam incidit fallacia conſequentis. Sed iſta: nō poſſibile eſt eſſe. habet duas cauſas ueritatis: ergo ad eam nō ſequitur hec: impoſſibile eſt eſſe: ſed ꝙ iſta: non poſſibile eſt eſſe: habeat duas cauſas ueritatis: patet per Ariſtotelem in libro primo priorum: qui dicit ꝙ vniuerſalis negatiua de contingenti ad utrumlibet non conuertitur. Sed aliqui arguunt ꝙ bene conuertitur: quia bene ſequitur: nullum. a. contingit eſſe. b. ergo nullum. b. contingit eſſe. a. ſed ſi non contingit nullum. b. eſſe. a. tunc quoddam. b. de neceſſitate eſt. a. Et ſi quoddam. b. de neceſſitate eſt. a. per conuerſionem ſimplicem: ſequitur ꝙ quoddam. a. de neceſſitate eſt b. ſed iſta non poteſt ſtare cum prima: ergo prima cōſequentia eſt bona. Ideo ꝯuertitur ſimplr: ut ꝓbant quidam. Sed ſoluit Ariſtoteles: ꝛ vult ꝙ non conuertatur ſimpliciter vniuerſalis negatiua ad utrūlibet. Et dicit ꝙ ad iſtam: nullum. b. contingit eſſe. a. nō ſequitur iſta: quoddam. b. de neceſſitate eſt. a. quia iſta: nullum. b. contingit eſſe. a. habet duas cauſas ueritatis. Una eſt: quoddam. b. de neceſſitate eſt. a. Alia: quoddam. b. de neceſſitate non eſt. a. ꝛ ideo cum duas cauſas ueritatis habeat illa: nullum. b. contingit eſſe. a. ad iſtam non ſequitur: ergo quoddam. b. de neceſſitate eſt. a. Similiter non poſſibile habet duas cauſas ueritatis. Et ideo ad illam non ſequitur impoſſibile. ¶ Preterea probo ꝙ iſta: non poſſibile eſt eſſe: habeat duas cauſas ueritatis. Quecūꝙ̄ ſunt cauſe falſitatis vnius oppoſiti: ſunt cauſe ueritatis alterius oppoſiti: ſed ambe iſte neceſſe eſt ꝛ impoſſibile ſunt cauſe falſitatis iſtius. ſ. poſſibile: ergo erunt ambe cauſe ueritatis iſtius. ſ. non poſſibile. Qd autem he ambe ſcilicet neceſſe: ꝛ impoſſibile ſint cauſe falſitatis huiꝰ: ſcilicet poſſibile: patet. Nam iſta eſt falſa: poſſibile eſt hominem eſſe aſinum: quia eſt impoſſibile: ſimiliter iſta eſt falſa: hominem eſſe animal eſt poſſibile: quia neceſſe eſt: ꝛ ſic iſte due ſunt cauſe falſitatis huius: ſcilicet poſſibile: ergo ambe erunt cauſe ueritatis ſui oppoſiti. ſcilicet huius: non poſſibile: ita ꝙ iſta erit uera: non poſſibile: quia neceſſe: uel non poſſibile: quia impoſſibile. Et ſic videtur ꝙ ad iſtam: non poſſibile eſt eſſe: non ſequitur iſta: impoſſibile eſt eſſe. ¶ Ad hanc queſtionem dicendum breuiter ꝙ de poſſibili poſſumus loqui dupliciter. Uno modo prout ſe habet ad utrumlibet: ſcilicet ad eſſe ꝛ non eſſe. Alio modo prout ſe habet ad eſſe tm̄: ſed ſi accipiatur poſſibile ad utrūlibet: ſic non accipitur in prima linea inter propoſitiones modales: ſed in prima linea accipitur prout ſe habet ad eſſe tm̄: ꝛ in ſecunda prout ſe habet ad non eſſe. Et ideo ſi accipiatur negatione prepoſita: dicendo non poſſibile: non habebit duas cauſas ueritatis: ſed ſolum vnam. Per hoc patet ſolutio ad argumenta. ¶ Ad primum cum dicis per Philoſophum primo priorum. ꝙ nullum. b. contingit eſſe. a. habet duas cauſas ueritatis. Concedo. quia accipitur ibi cōtingit: prout ſe habet ad utrumlibet. ꝛ non pro vno tm̄. ꝛ tunc bene habet duas cauſas ueritatis. ¶ Ad aliud cum dicis. quecunꝙ̄ ſunt cauſe ꝛc̄. Concedo. Et cū dicis ꝙ iſte due: ſcilicet neceſſe eſt: ꝛ impoſſibile ſunt cauſe falſitatis iſtiꝰ: ſcilicet poſſibile. uerum eſt: accipiendo poſſibile ad utrūlibet: ſed in prima linea nō ſumitur ſic: ſed prout tm̄ ſe habet ad eſſe.

**Utrum autem contraria eſt affirmatio negationi: an affirmatio affirmationi: ꝛ oratio oratiōi: que dicit: quoniam omnis homo eſt iuſtus: ei que eſt: nullus homo iuſtꝰ eſt: aut ei que eſt: omnis homo iniuſtus eſt: omnis homo iuſtus eſt: ut Callias iuſtus eſt: Callias iuſtus nō eſt: callias iniuſtus eſt: que harum cōtraria eſt.**

**Superius** dixit Philoſophus de enunciatione penes aliquid additum ad terminū: id eſt ad ſubiectū ꝛ predicatum: ꝛ etiam ad compoſitionem. hic mouet quandam dubitationē que habet ortum circa precedētia: ꝛ habet duo. Primo mouet dubitationem. Secundo pertractat eam. Secunda ibi [Nam ſi ea que ſunt in uoce.] Prima in duas. Primo mouet dubitationem: ꝛ declarat in terminis vniuerſalibus. Secundo in ſingularibus. Secunda ibi [Ut callias eſt iuſtus.] Sequitur illa pars [Nam ſi ea.] in qua pertractat dubitationem. Et ha-

bet duas. Nam primo docet cōſiderare in opinionibus anime: que ſint contraria in opinionibus. Secundo cōſiderat in ipſis opinionibus. Secunda ibi [Nam arbitrari.] Prima in duas. Primo docet conſiderare in opinionibus que ſunt contrarie. Secundo declarat per exempla. Secunda ibi [Dico autē.] Sequit̄ illa pars [Nā arbitrari.] ⁊ habet duas. Primo ſoluit. Secundo confirmat quoddam dictum. Secunda ibi [Manifeſtum eſt autem.] Prima in duas. Primo enim ſoluit in opinionibus anime. Secūdo concludit hoc in enunciationibus. Secunda ibi [Quare ſi in opinionibus.] Prima in duas. Primo oſtendit ꝙ opiniones que opinantur contraria predicata non ſunt contrarie. Secundo ꝙ ille que modo contrario opinantur ſunt contrarie. Secunda ibi [Sed in quibus eſt falſa.] Prima in duas. Nam primo oſtendit ꝙ iſte enunciationes que opinantur cōtraria predicata de contrarijs ſubiectis non ſunt contrarie. Secundo ꝙ ille que opinantur contraria predicata de eodem ſubiecto non ſunt contrarie. Secūda ibi [Si ergo boni.] Sequitur illa pars [Sed in quibus.] In qua probat ꝙ ille que opinantur cōtrario modo ſunt cōtrarie: ⁊ habet duas. Primo enim probat hoc per rationes ſumptas a cauſa. Secundo per rationes ſumptas a ſigno. Secunda ibi [Amplius ſi.] Prima in quatuor ſm quatuor rationes: per quas probat ꝙ ille que contrarie opinantur ſint cōtrarie. Secunda ibi [Si ergo quod bonum.] Tertia ſm quoſdam ibi [Falſus autem.] ſm alios ibi [Contraria.] Quarta ibi [Illa vō que eſt quoniā.] Hec eſt diuiſio lectionis. ¶ Ad primam partem ſic ꝓcedit. Mouet quādam dubitationem: ⁊ eſt talis. Utrū affirmatio ſit cōtraria negationi: ut iſta: omnis homo eſt iuſtus. huic: nullus homo eſt iuſtus: an oratio orationi: an affirmatio ſit contraria affirmationi: ut huic: omnis homo eſt iuſtus: illa que eſt: omnis homo eſt iniuſtus: que eſt affirmatiua de predicato infinito: ⁊ contrario: hoc eſt quod queritur: Utrum enunciationes: que habēt contraria predicata: uel contrarie opinantur ſint contrarie: ut omnis homo eſt iuſtus ſit contraria ei que eſt: nullus homo eſt iuſtus: que contrarie opinantur: uel huic: omnis homo eſt iniuſtus: que eſt de contrario predicato. Declarat ſimiliter in terminis ſingularibus: ut huius callias eſt iuſtus: ſit magis contraria: callias non eſt iuſtus: que cōtrarie opinatur: uel illa callias eſt iniuſtus: que eſt de contrario predicato querit que iſtarū ſit magis contraria an illa que eſt de contrario predicato an illa que contrarie opinatur. ⁊ hec eſt dubitatio.

**¶ Nam ſi ea que ſunt in uoce ſequuntur ea que ſunt in anima. Illic autem cōtraria eſt opinio contrarij. ut omnis homo iuſtus eſt. ei que eſt. omnis homo iniuſtus eſt. etiā in his que ſunt in uoce affirmationibus: neceſſe eſt ſimiliter ſe ſe habere. Quod ſi neqꝫ illic contrarij opinatio cōtraria eſt: nec affirmatio affirmationi erit contraria: ſed que dicta eſt negatio. Quare cōſiderandum eſt que opinio falſa opinationi uere eſt. Utrum negationis an certe ea que cōtrarium opinatur.**

¶ Hic pertractat dubitationem. Et vult dicere ꝙ ad videndum utrum iſte enunciationes que contrarie opinantur uel que de cōtrarijs predicatis ſunt: ſint magis contrarie: aſpiciendum eſt in opinionibus anime: cum enunciationes ſunt ſigna opinionū que ſunt in anima: ut dictum eſt in principio huius libri. Nam ſi in opinionibus ita ſit: ꝙ illa que eſt contrarij predicati ſit contraria: ſimiliter erit in enunciationibus ut illa omnis homo eſt iuſtus: eſt contraria illi omnis homo eſt iniuſtus: ſi tamen in opinionibus ita ſit: ꝙ illa que contrarie opinatur ſit contraria. ⁊ non illa que eſt ꝯtrarij predicati: ſimiliter erit in enūciationibus: ꝙ illa que eſt contrarij predicati: nō erit contraria ſed illa enunciatio que opinatur contrario modo: ⁊ propter hoc dicit ipſe: eſt conſiderandū in opinionibus: que opinio uera falſe ſit contraria: aut negationis. ſ. illa que contrario modo opinatur: aut illa que opinatur contrariū eſſe predicatum. Poſtea cum dicit.

**¶ Dico autem hoc modo. eſt quedam opinatio uera boni. quoniam bonum eſt. alia vō falſa. quoniam bonum non eſt. alia vō: quoniam malum ſimiliter falſa. Que harum contraria eſt uere. ⁊ ſi eſt vna ſm quam contraria.**

¶ Declarat per exempla. Et dicit ꝙ quedam eſt opinio boni: quoniam bonum eſt: ut bonum eſt bonū alia eſt boni: quoniam non eſt bonum: ſcilicet bonū non eſt bonum: que eſt falſa. ⁊ alia ſimiliter falſa: ut bonum eſt malum: mō ergo que iſtarum falſarū eſt oppoſita huic: ſcilicet bonum eſt: uel illa: ſcilicet bonum non eſt bonum: uel illa: bonum eſt malum: cū utraqꝫ ſit falſa.

**¶ Nam arbitrari contrarias opiniones diffiniri in eo ꝙ contrariorum ſunt: falſum eſt. Boni enim quoniam bonum eſt: ⁊ mali quoniā malum eſt. eadem fortaſſe opinio eſt. ⁊ uera ſiue ſint plures: ſiue vna. ſunt autem iſte contrarie: ſed non eo ꝙ contrariorum ſunt: contrarie ſūt ſed magis eo ꝙ contrarie.**

¶ Hic philoſophus proſequitur cōſiderando in opinionibus. Et primo oſtendit ꝙ que opinantur contraria predicata de contrarijs ſubiectis non ſint contrarie. Et dicit ꝙ arbitrari contrarias opiniones diffinite id eſt determinate dicere: ꝙ ſint contrariorum predicatorum falſum eſt. Nam dicere iſtas duas: bonum eſt bonum ⁊ malum eſt malum: que opinantur contraria predicata de contrarijs ſubiectis eē cōtrarias: falſum eſt: ⁊ hoc probat ſic: uera nunqꝫ eſt cōtraria alteri uere: ſm ꝙ eſt bene ſuperius declaratū ſed illa que opinantur contraria predicata de cōtrarijs ſubiectis contrarias eſſe falſum eſt. Et hoc ꝓbat ſic: iſte poſſunt ſimul eſſe uere: bonum eſt bonum ⁊ malum eſt malum. Quare patet ꝙ non ſint contrarie. Et ideo dicit philoſophus in littera: ꝙ eadem eſt opinio fortaſſe iſtarum que ſunt de contrarijs predicatis ⁊ ſubiectis: eadem dicas quātum ad identitatem ueritatis in ſpecies: qꝛ uere ſunt: quare patet ꝙ non ſunt contrarie. ⁊ ideo dicit ꝙ ita eſt: ſiue ſit vna ſiue etiam dato ꝙ adhuc eſſent plures. ⁊ dicit ꝙ iſta talia predicata: bonum eſt bonum: malum eſt malū non bene ſunt contraria: ſcilicet in eo ꝙ predicatorum contrariorum ſunt: non dicuntur opiniones cōtrarie: ſed magis ſi de vna re opinentur contrarie erunt.

**¶ Si ergo boni quoniam bonū eſt: opinio eſt alia autem quoniā non eſt bonum. eſt vō quoniam aliud aliquid eſt quod non eſt: neqꝫ poteſt eſſe. aliarum quidē nulla ponenda eſt. nec quecunqꝫ eſſe: quod non eſt opinat̄: neqꝫ quecunqꝫ non eſſe quod eſt. Infinite enim utreqꝫ ſunt. ⁊ que opinantur eſſe quod nō eſt: ⁊ que non eſſe quod eſt.**

¶ Hic vult philoſophus oſtendere ꝙ illa que opinā tur contraria predicata de eodem ſubiecto non ſunt contrarie. Et intendit talem rationē: Tm̄ vnum vni opponitur ſiue loquamur de oppoſitione que eſt cōtradictio: ſiue de oppoſitione que eſt ꝯtrarietas. de contradictione ſuperius philoſophus probauit ꝙ vnius affirmationis vna eſt negatio: de contrarie tate ſimiliter ſatis patet: nam contraria ſunt que maxime a ſe diſtant. nunc autem qđ per ſuperabundan tiam dicitur vni ſoli conuenit: ergo vnum ſoluz ma xime diſtabit ab alio: quare oportet ꝙ ſolum vnum ſit vni contrarium. Accipiamus ergo rationem terti am: vnuz vni eſt contrarium: ſed illa que opinantur contraria predicata de eodem ſubiecto ſunt infini ta ⁊ plura: ergo illa non ſunt contraria: conſequenti am declarat philoſophus in littera: ꝙ illa que opi nantur in littera contraria predicata non ſunt contra ria. Et dicit ꝙ quedam eſt opinio boni: quoniam eſt bonum: ⁊ quedam boni quoniam non eſt bonum: ⁊ illa opinantur contrarie. Et dicit ꝙ alique ſunt opini ones que opinantur bonum eſſe malum: qđ non eſt nec eſſe poteſt: ut bonum eſt malum: bonuz eſt inuti le: bonum eſt inhoneſtum: ⁊ nulla iſtarũ que opina tur eſſe qđ non eſt contraria prime. Hec etiā ille que opinantur non eſſe qđ eſt: ut bonum non eſt iuſtum: bonum non eſt honeſtum: nam iſte tales que opinā tur eſſe qđ non eſt: uel non eſſe qđ eſt infinite ſunt: ⁊ hec fuit minor: ſed in maiori dictum eſt: ꝙ tm̄ vni vnum eſt contrarium. ⁊ ideo ſequitur ꝙ iſte non ſunt oppoſite huic: bonum eſt bonum. Et vide ꝙ philo ſophus non accipit hic contrarietatem ſicut ſuperi us accipiebat quando dixit que vniuerſalis affirma tiua ⁊ negatiua erant contrarie: ſed loquitur de con trarietate pro oppoſitione non ſolum contraria: ſed etiam contradictoria.

**¶ Sed in quibus eſt fallacia: hec autez ſunt ex his ex quibus ſunt generationes. Ex oppoſitis v̄o generationes. quare etiam fallacie.**

¶ Hic philoſophus probat ꝙ ille que contrarie opi nantur ſint contrarie. Et primo per talem rationem. Ille que ſunt contrarie: in quibus eſt predicatur fal ſo. ideſt predicatur falſitas: ſed ꝙ predicetur falſitas eſt in illis ex quibus fiunt generationes: ſed genera tiones fiunt ex oppoſitis. ergo predicatio falſa eſt in oppoſitis: ſed ille que cōtrario modo opinantur ſūt ex illis ex quibus fiūt generationes. ergo ille que cō trarie opinantur ſunt contrarie. Et nota ſm̄ philoſo phum primo phyſicorum. ꝙ generationes fiunt ex oppoſitis: nam ex non albo fit album: ⁊ ex nigro nō fit album: niſi inquantum in nigro albū includitur ⁊ ita generationes fiunt ex oppoſitis.

**¶ Si ergo qđ bonum eſt: ⁊ bonum eſt: ⁊ maluz non eſt: ⁊ hoc quidem ſm̄ ſe: illud v̄o ſm̄ acci dens (accidit enim ei malum non eſſe) magis autē in vnoquoqȝ eſt uera que ſm̄ ſe etiā falſa ſiquidem ⁊ uera. ergo ea que eſt: quoniam nō eſt bonum. quod bonum eſt eius que ſm̄ ſe eſt falſa eſt. Illa v̄o que eſt: quoniam malum eſt: eius que ſm̄ accidens. Quare erit falſa magis de bono: ea que eſt negatiōis opinio: q̄ȝ ea que eſt contrarij.**

¶ Hic p̄hus probat per ſecūdā rationem: ꝙ illa que ꝯtrarie opinant̄ ſint contrarie. Et intendit talem ra tionem: magis uera magis falſe eſt contraria: ſed iſta bonum eſt bonum: cum ſit uera per ſe ⁊ magis uera q̄ȝ iſta: bonum non eſt malum: que eſt uera per acci dens: ⁊ illa bonum non eſt bonuz: eſt magis falſa q̄ȝ iſta bonum eſt malum: q̄ iſta bonum nō eſt bonū eſt falſa per ſe: iſta v̄o bonum eſt maluz: eſt falſa per accidens. ſi ergo magis falſa: eſt magis uere contra ria huic: bonum eſt bonum: que eſt magis uera erit contraria illa bonum non eſt bonum: que per ſe eſt falſa: ⁊ non iſta: bonum eſt malum. ⁊ ſic iſta que opi nantur contrario modo erunt ꝯtrarie. ⁊ non ille que opinantur contraria predicata.

Bonum nō eſt bo nū magis falſo dicitur ſi dicatur bonū eſt malum.

**¶ Falſus autē eſt maxime circa ſingula qui ha bet contrariam opinionem. Contraria eniz eſt eorum que plurimum circa idez differūt. Qđ ſi harum contraria eſt altera: magis v̄o cōtra dictionis contraria eſt: manifeſtum eſt quoniā hec erit contraria.**

¶ Secūdum quoſdam hic incipit tertia ratio. ⁊ for matur ſic. Illa eſt magis contraria que habet cōtra riam opinionem circa ſingularia: ſed iſte que opinā tur contrario modo: habent contrariam opinionez circa ſingularia. ergo ille que opinantur contrario modo erunt contrarie. Et dicit ꝙ maiorem huius ra tionis declarat p̄hus: cuz dicit cōtraria ſunt que ma xime diſtant a ſe. ⁊ minorem ipſe declarat: ꝙ iſte que opinant̄ contrario modo habeāt magis contrariaz opinionem circa ſingularia. nam cuz dicitur: omnis homo eſt iuſtus. poſtea ꝙ nullus homo eſt iuſt⁹. ha bet contrariam opinionem circa ſingularia. ſ. ꝙ ſor tes ſit iuſtus. ⁊ nō ſit iuſtus. ſimiliter de omnibus ſin gularibus tamen alij dicunt ꝙ ibi [contraria.] Inci pit tertia ratio. ⁊ format ibi talem rationez. Cōtraria ſunt que maxime a ſe diſtāt: ſed iſte que opinant̄ cō trario modo maxime a ſe diſtant. ergo ille que cōtra rio modo opinantur ſunt contrarie: ⁊ nō ille que ſūt de contrarijs predicatis. Iſta littera legitur diuerſi mode.

**¶ Illa v̄o que eſt quoniam malum eſt: qđ bo num eſt: implicita eſt. Etenim quoniam nō bo num eſt: neceſſe eſt forte idem ipſum opinari.**

¶ Hic probat per aliam rationem que talis eſt. Illa que eſt implicita non eſt contraria explicite: ſed illa bonum eſt malum eſt implicita: alia v̄o explicita. er go huic bonum eſt bonum: eſt contraria huic: bonū nō eſt bonum: que explicite eſt falſa. Quare illa que contrarie opinantur: ⁊ non ille que ſunt de contrari is predicatis: erunt contrarie. Et hoc eſt quod dicit philoſophus.

**Queritur** Utrum iſti modi uerum ⁊ falſuz fa ciant ꝓpoſitionē modalē: Et vide tur ꝙ ſic. tali ratione: qđ non eſt uerum de ſuperiori non eſt ueruz de inferiori: ſed uerum eſt ſuperius ad neceſſarium. vnde omnis ꝓpoſitio neceſſaria eſt ue ra: ſed non econuerſo. ergo cum uerum ſit ſuperius ad neceſſarium: qđ non eſt uerum de uero: nō eſt ue rum de neceſſario. ⁊ ſic ſi uerum non faciat ꝓpoſitio nem modalem: nec neceſſarium faciet: ſed neceſſariū bene facit. ergo ⁊ uerum facere videtur. ¶ Preterea ꝓpoſitio modalis dicit̄ a modo determināte com poſitionem: ſed uerum ⁊ falſum determināt compo ſitionem. ergo videtur ꝙ faciant ꝓpoſitionem mo dalem.

Verū eſt qd ſug'

**In oppoſitum** arguitur per ſignū. Naz Ariſtoteles in libro iſto quādo determinat compoſitionem ⁊ conſequentiā ꝓpoſitionuz modalium: non facit mentionem de ue ro ⁊ falſo. Quare videtur ꝙ iſti modi non faciant ꝓ poſitionē modalez. ¶ Preterea p̄hus primo prioꝝ.

quando dat mixtionem iſtarum de modo ⁊ de ineſſe non facit mentionem de uero ⁊ falſo: videtur igitur ꝙ iſti modi non faciant ꝓpoſitionem modalẽ. ¶ Ad hoc videndum eſt qualiter dicatur propoſitio

Quid dicat ꝓpõ modalis. modalis. Unde ſciendum ꝙ quidam modi determinant alterum extremum compoſitionis. id eſt predicatũ ut ſortes currit. Unde ſenſus eſt ꝙ curſus ſortis ſit bonus. ⁊ talis modus non facit propoſitionẽ modalem. Alius eſt modus qui determinat compoſitionem: ut iſti poſſibile impoſſibile neceſſarium ⁊ cõtingens: iſti enim modi determinant compoſitionem. Ampliant enim quo ad tempus: ut poſſibile ⁊ contingens uſq ad tempus futurum: ſed neceſſe ⁊ impoſſibile quo ad omne tempus. Nunc autem iſte ꝓpoſitiones addunt quendam ſpecialem modum ſuper illas de ineſſe. Nam ille de ineſſe ſunt uere: quando predicatum inheret ſubiecto uere. Unde dato ꝙ curſus inſit omni homini hec nõ eſt uera: omnis homo currit neceſſario. Et ſic patet: qualiter modales addunt modum ſpecialẽ ſuper illas de ineſſe. Nunc autem iſte de uero ⁊ falſo non addunt talem modũ ſpecialem: nam ſunt uere ſimpliciter ex inherentia predicati ad ſubiectum. nam ſi curſus ineſt homini: hominem currere eſt uerum: ſicut iſta: homo currit ita ꝙ non addunt iſte de uero ⁊ falſo aliquem modum ſpecialem ſupra illas de ineſſe. Ideo dico ꝙ iſti modi uerũ ⁊ falſũ nõ faciũt ꝓpoſitiones modales ¶ Ad argumẽta dicẽdũ. Ad ꝓmũ cũ dicis ꝙ nõ eſt uerũ ⁊c. Cõcedo. ſed tu dicis ꝙ uerũ eſt ſupi⁹ ad neceſſariũ. Dico ꝙ non. nã ꝓpõ uera bene ſe hẽt ut ſuperius ad neceſſariũ: quia omnis ꝓpoſitio neceſſaria eſt uera: ſed non econuerſo: ſed iſte modus uerũ non eſt ſuperius ad iſtum modum neceſſarium. Et ideo non ſequitur: iſte modus uerum: non facit propoſitionem modalem ꝙ ꝓpter hoc iſte modus neceſſarium non faciat: quia iſte modus uerum nõ eſt ſuperius ad neceſſarium eſſentiale. ¶ Ad aliud cum dicis ꝙ ꝓpoſitio modalis dicit a non determinãte compoſitionem. Dico ꝙ non ſufficit ꝙ compoſitionem determinet: ſed requiritur ꝙ modum ſpecialẽ addat aliquem: ſed hoc non faciunt ille de uero ⁊ falſo. Ideo non faciunt ꝓpoſitionem modalem: cum non addant aliquem modũ ſpecialem.

**Queritur** Utrum propoſitiones modales ⁊ de ineſſe differant ſpecie: Et videtur ꝙ ſic. nam magis differũt ꝓpoſitiones de modo ⁊ de ineſſe q̃ affirmatiua ⁊ negatiua: ſed affirmatiua ⁊ negatiua differunt ſpẽ: ut patuit per philoſophũ ſuperius quando dixit: ꝙ propoſitionum alia affirmatiua alia negatiua: ⁊ hic eſt diuiſio generis in ſpecies: ⁊ ſi affirmatiua ⁊ negatiua differunt ſpecie. multo fortius propoſitio modalis ⁊ de ineſſe ſpecie differunt: cũ magis differant. ¶ Preterea illa que differunt in forma differunt in ſpecie: ſed propoſitiones modales ⁊ de ineſſe differunt in forma. ergo differũt in ſpecie. Quod autem in forma differant patet: nam in illis de ineſſe forma eſt inherentia predicati ad ſubiectum: ſed in modalibus forma eſt determinatio cõpoſitionis: ⁊ ita cũ differant in forma debent differre ſpecie.

**Oppoſitum patet** Nam vnum oppoſitorum nunq̃ ſit alterum: ſed propoſitio de ineſſe ſit modalis: ergo non differunt ſpecie. Maior de ſe patet. ꝙ vnum oppoſitum nunq̃ ſit alterum. Minor patet ꝙ propoſitio de ineſſe fiat modalis: quia cum dicitur: homo eſt animal: iſta propoſitio eſt de ineſſe. ſed cum dicitur: homo neceſſario eſt animal: iam eſt modalis: ⁊ ita cum vna poſſit fieri altera: non differunt ſpecie: ut videtur. ¶ Preterea ſi propoſitiones de ieſſe ⁊ de modo differrent ſpecie: vna non poſſet ad alterã ſequi: Propõ modalis ⁊ de ieẽ ſpe differunt

ſed tamen ad iſtas de ineſſe aliquãdo poſſunt ſequi propoſitiones modales: quare videtur ꝙ non differant ſpecie. ¶ Ad hanc queſtionem dicendum ꝙ licz quidam oppoſitum dicant: ꝙ propoſitio de ineſſe: ⁊ modalis ſpecie differant. nam ſm ꝙ dicebatur in vno argumento: illa dicimus differre in ſpecie: que differunt in forma: ſed manifeſtum eſt ꝙ ille propoſitiones modales ⁊ de ineſſe differunt in forma: q̃a in illis de ineſſe forma eſt inherentia ſubiecti cum predicato ſeu compoſitio: ſed in modalibus forma eſt de- Que ſit forma i ꝓpõnib⁹ de ineſſe ⁊ i modalib⁹

terminatio ipſius compoſitionis: ⁊ ſic cum in forma differãt: manifeſtum eſt ꝙ in ſpecie differũt. ¶ Preterea (ut viſum eſt) ille modales aliter ſe hñt ad oppoſitionem ⁊ ꝯñtiam q̃ ille de ineẽ. Quare patet differre eas in ſpecie ab illis. ¶ Ad argumẽta dicẽdũ. Ad primũ cum dicis: ꝙ vnum oppoſitũ nunq̃ ſit alterũ Cõcedo. Et cum tu dicis ꝙ ꝓpoſitio de ineſſe põt fieri ꝓpoſitio modalis. Dico ꝙ nõ eſt uerum. Un̄ bene eſt uerum ꝙ mãliter in q̃bus eſt ꝓpoſitio de ineẽ poteſt poſtea eẽ modalis: ſed tñ ꝓut eſt de ineſſe ſub tali forma nõ eſt modalis. ¶ Ad aliud cuz dicis: ꝙ ſi ꝓpoſitiones de ineẽ: modales differrẽt ſpecie: ad vnã nõ ſequeretur alia. Dico ꝙ hoc non eſt uerum. nã aliqua propoſitio poteſt ſequi ad aliã que differt ab eadẽ in ſpecie: ut ad iſtã. ſortes eſt homo. ſequitur ergo: ſortes non eſt aſinus. ⁊ tamen iſte due differunt ſpecie.

Amplius ſi etiam in aliis oportet ſimiliter ſe habere: ⁊ hoc modo videretur bene eſſe dictum. Aut eniz vbiq ea que eſt cõtradictionis: aut nuſq. quibus vo non eſt contrarium: de his eſt quidem falſa: ea que eſt uere oppoſita. ut qui hominem non putat eſſe hominem: falſus eſt: ſi ergo he contrarie ſunt: etiam ⁊ alie que ſunt contradictionis.

**Poſtq̃ philoſophus** probauit ſuperius per rationes ſumptas a cauſa: ꝙ iſte que contrarie opinantur ſint contrarie ⁊ non ille que ſunt de cõtrariis predicatis. Hic probat per rationem ſumptam a ſigno ꝙ ille que contrarie opinantur ſunt contrarie: ⁊ cuz hoc ſequitur illa pars [Quare ſi in opinione. In qua ſolutionem datam in opinionibus applicat in enunciationibus: ⁊ cum hoc ſequitur iſta pars [manifeſtum. In qua probat quoddam ſimul poſitum: ⁊ ſic ſunt tres partes principales in lectione. Prima in duas ſm duas rationes. Secunda ibi [Amplius ſimiliter.] Prima in tres. Primo ponit maiorem. Secũdo minorem: Tertio concluſionem Secunda ibi [quibus vo non eſt.] Tertia ibi [ergo he contrarie.] Sequitur illa pars in qua ponit ſecundam rationem: ⁊ habet duas. Primo ponit rationem. Secundo remouet dubium. Secunda ibi [Manifeſtum eſt quoniam nõ intereſt.] Prima in tres. Nam primo ponit maiorem Secundo minorem cum ſua declaratione. Tertio cõcluſionem. Secunda ibi [illi ergo que eſt non bonũ.] Tertia ibi [Quare ⁊ ei que eſt.] Sequitur illa pars [Manifeſtũ.] ⁊ hẽt duo. Primo enim remouet dubium. Secõ declarat per exẽplum. Scõa ibi [Ut opinioni que opinaſ.] Sequiſ illa ps [Quare ſi i opione.]

in qua applicat ſolutionem in opinionibus datam ad enunciationes. Et diuiditur in duo. Primo oſtendit ꝙ enunciationes que contrario enunciant ſunt contrarie: ⁊ declarat in contrarijs. Secundo gratia huius exemplificat de contradictorijs. Secunda ibi [Contradictorie autem.] Sequitur illa pars [Manifeſtum.] ⁊ habet duo. Primo enim repetit illud ſuppoſitum. Secundo probat [Contraria ſunt.] Hec eſt diuiſio lectionis ⁊c. ¶ Ad primam partem ſic procedit: ⁊ intendit probare per duas rationes ſumptas a ſigno: ꝙ iſte enunciationes ſiue opiniones que contrarie opinantur ſint contrarie: ⁊ non ille que ſunt de cōtrarijs ⁊ predicatis. Prima ratio talis eſt. Sicut eſt in illis opinionibus in quibus predicata non habēt contraria: ita debet eſſe in illis in quibus predicata habent contraria. ſed in illis opinionibus in quibus predicata non habent contraria ſunt ꝯtrarie ille que contrario modo opinantur. ergo ſimiliter in illis in q̄bus predicata habent contraria: erunt contraria que contrario modo opinantur: ⁊ non que ſunt de cōtrario predicato. maiorem ipſe declarat dicens: ꝙ ubicūqꝫ dicuntur eſſe contraria illa que ſunt contradictionis. i. que contrario modo opinantur: aut nuſqꝫ: ⁊ ita patet modo illa maioꝛ ꝙ ſicut eſt in illis opinionibus in quibus predicata non habent contraria: ita debet eſſe in alijs. Minorem ipſe declarat ꝙ in illis in quibus predicata non habent contraria ſint contrarie ille que contrario modo opinantur. Nam contraria huius: homo eſt homo: eſt illa que contrarie opinatur. homo non eſt homo: ergo ſimiliter in illis in quibus predicata habent contraria: ⁊ ſic cōtraria huius: bonum eſt bonum. ⁊ iſta: bonum non eſt bonum: que contrario modo opinatur.

Enūciationes q̄ ꝯ̄ria opinātur ſūt cōtrarie.

¶ **Amplius ſimiliter ſe habēt opinio boni: quoniam bonum eſt: ⁊ non boni quoniam nō bonum eſt: ⁊ ſuper has boni: quoniam non bonum eſt: ⁊ non boni quoniam bonum eſt: illi ergo que eſt non boni quoniam non eſt bonū uere opinioni: que eſt contraria. Non enim ea que dicit quoniam malum eſt: ſimul enim aliquando erunt uere. nunqꝫ enim uera uere contraria eſt. Eſt enim quoddam non malum bonum: quare contingit ſimul eſſe ueras. At vo nec illa que eſt quoniam non eſt malum. uera enim ⁊ hec ſimul enim ⁊ hec erunt. Relinquitur ergo ei que eſt: non boni: quoniam non eſt bonum: contraria ea que eſt non boni quoniā bonum eſt: falſa enim hec. Quare ⁊ ei que eſt boni quoniam non eſt bonum: ei que eſt boni quoniam eſt bonum.**

¶ Hic philoſophus probat per ſecūdam rationem: ⁊ tenet per locum a permutata proportione. Et ideo debes hic notare ꝙ ubicūqꝫ arguitur a permutata proportione: debent eſſe quatuoꝛ. ſ. primum ſecundum tertium quartum: ut patet in numeris. nam ſicut ſe habent duo ad quatuoꝛ: ita ſex ad duodecim: ergo a permutata proportione: ſicut duo ad ſex: ita quatuoꝛ ad duodecim: ⁊ ſi ita arguitur neceſſario tenet argumentum. Modo ergo vide ꝙ philoſophus arguit a permutata proportione. arguit eniꝫ ſic. ſicut ſe habet non bonum non eſt bonum: ad iſtam: bonuꝫ eſt bonum: ita ſe habet iſta: non bonum eſt bonum: ad iſtam: bonum non eſt bonum: ergo permutatim ſicut ſe habet non bonum non eſt bonuꝫ: ad iſtā: non bonum eſt bonnm: ita ſe habebit iſta: bonum eſt bonum: ad iſtam: bonum non eſt bonuꝫ. ſed iſta nō bonum non eſt bonum: eſt contraria huic: non bonum eſt bonum: ergo illa: bonum eſt bonum: eſt cōtraria huic: bonum non eſt bonuꝫ. Et ſic ille que contrario modo opinantur erunt contrarie: ⁊ non ille que ſunt de contrarijs predicatis: in hac ratione ſic procedit: ꝙ primo ponit maiorem: ſecundo minoreꝫ cum ſua declaratione ibi [illi ergo que eſt.] Declarat ergo ibi ꝙ iſti: non bonum non eſt bonum: eſt contraria iſti: non bonum eſt bonum. Nam huiꝰ non bonum non eſt bonum: non erit contraria iſta: non bonū eſt malum: uel illa: non bonum non eſt malū. nam iſta: non bonum eſt malum: non eſt contraria iſtius: non bonum non eſt bonum: nam uera non contrariatur alteri uere: ſed iſte ambe ſunt uere. ſ. non bonum non eſt bonum: ⁊ non bonum eſt malum. nam iſta eſt uera: non bonum eſt malum: quia latro qui eſt quoddam non bonum eſt malum. ſimiliter iſta eſt uera: non bonum non eſt bonum: quia latro qui eſt non bonum: ⁊ ita cum ſint ſimul uere ille due. ſ. non bonum non eſt bonum: ⁊ non bonum eſt malum: non erunt contrarie. Poſtea probat ꝙ illa: non bonum non eſt malum: non ſit contraria huic: non bonum non eſt bonum: per eandem rationem. Nam vna uera non eſt contraria alteri uere: ſed iſte due ambe ſunt uere: nō bonum non eſt bonum: ⁊ non bonum non eſt malū de prima patet ꝙ ſit uera. ſ. ꝙ non bonum nō eſt bonum. De iſta ſimiliter eſt planum ꝙ ſit uera. ſ. non bonum non eſt malum: quia puer in cunis iacēs eſt non bonus bonitate moris: quia nondū fecit bona opera: neqꝫ etiam debet dici malus: quia tam paruus fecerit mala opera. ⁊ ſic eſt iſta uera: non bonum non eſt malum. nam puer qui non eſt bonus: non eſt malus: ⁊ ſic cum ſit uera: ⁊ alia ſimiliter. ſ. non bonū non eſt bonum. ſequitur ergo ꝙ non ſunt contrarie. Naꝫ (ut dictum eſt) vna uera non eſt contraria alteri uere Quare concludit: poſtqꝫ huic non bonum nō eſt bonum: non eſt contraria illa: non bonum eſt maluꝫ: neqꝫ illa: non bonum non eſt malum: quia omnes ſunt uere: relinquitur ergo ꝙ huic: non bonum nō eſt bonum: ſit contraria illa: non bonum eſt bonū. Ex hoc concludit ſimiliter ꝙ huic: bonum eſt bonum: erit cōtraria illa: bonum non eſt bonum: ut probatū eſt per locum a permutata proportione. Et ita patet ꝙ iſte opiniones que contrarie opinantur erunt contrarie ⁊ non ille de contrarijs predicatis ⁊c.

Quō fieri debeat rō a pmutata ꝓpōtōe

Quō ꝗs poſſit appellari nō bonꝰ: nec ē malus.

¶ **Manifeſtuꝫ eſt ergo: quoniam nihil intereſt nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationem. Huic enim vniuerſalis negatio erit contraria: ut opinioni que opinatur quoniam omne qḋ eſt bonum: bonum eſt: ea que eſt: quoniam nihil horum que bona ſunt: bonum eſt. nam ea que eſt boni quoniam bonum eſt: ſi vniuerſaliter ſit bonum: eadem eſt ei que opinatur: quoniam quicquid bonum eſt: bonum eſt. Similiter autem ⁊ in non bono.**

¶ Hic philoſophus remouet dubium. Superius dederat ipſe exemplum in propoſitionibus indefinitis: ut bonum non eſt bonum: bonum eſt bonum. Crederet aliquis ꝙ non eſſet ſimiliter in vniuerſalibus: iſtud remouet dicens ꝙ ſi affirmatio ſit vniuerſalis non differunt. nam ſimiliter contrariatur negationi vniuerſali. Et hoc declarat per exempluꝫ dicens ꝙ illi opinioni que opinatur: omne bonum eſt bonum: eſt contraria illa que dicit: quoniam nihil eorum que ſunt bona eſt bonum: ideſt huic: omne bonum eſt bonum: eſt contraria: nullum bonum eſt

Cōtrarietas negati ꝓpōnis vniuſlis

bonum. Unde dicit philoſophus ꝙ opinio que opinatur ꝙ bonum eſt bonū: ſi ſumat̄ vniuerſaliter erit eadem: ut omne bonum eſt bonum: ⁊ ſimiliter de nō bono ſi non bonum ſubiciatur.

¶ **Quare ſi in opinione ſic ſe habet: ſunt autem hec que ſunt in uoce affirmationes: ⁊ negationes note earum que ſunt in anima: manifeſtū eſt: quoniam etiam affirmationi contraria quidem eſt negatio circa idē vniuerſalis: ut ei que eſt quoniam omne bonum: bonū eſt: uel quoniam omnis homo bonus eſt ea que eſt quoniam nullum: uel nullus: contradictorie autem: quoniam non omnis: aut non omne.**

¶ Hic phus poſtꝗ oſtendit qualiter ſit in opinionibus: modo applicat ſuam ſolutionem in enunciationibus. Et dicit poſtꝗ ita eſt in opinionibus: ꝙ ille que contrario modo opinantur ſunt contrarie ⁊ enūciationes ſunt ſigna ipſarum opinionum: manifeſtū eſt ꝙ in enunciationibus eſt contraria affirmatio negationi. i. ille que contrario modo enunciant̄: ut omne bonum eſt bonum: nullum bonum eſt bonum: ⁊ omnis homo eſt bonus: ⁊ nullus homo eſt bonus. Et quia dedit modo exemplum de contrarijs: ideo gratia huius modo exemplificat de contradictorijs Et dicit ꝙ cōtradictorie ſunt: ut omnis homo eſt bonus: non omnis homo eſt bonus: aut omne bonū eſt bonum: non omne bonum eſt bonum: ⁊ ſic de alijs ⁊c.

Enūciationes ſūt ſigna opinionum.

¶ **Manifeſtum eſt autem quoniam ⁊ ueraꝫ uere non contingit eſſe contrariam: nec opinionē nec contradictionem.**

¶ Hic philoſophus intendit probare quoddam ſuppoſitum in illa parte [Non arbitrari.] quādo probat ꝙ ille opiniones que opinantur contraria predicata de contrarijs ſubiectis non ſunt contrarie. ſuppoſuerat enim ꝙ uera non eſt contraria alteri uere: ⁊ ſimilit̄er hoc ſupponit in lectione ⁊ modo repetit ut ꝓbet illud dicens. ꝙ manifeſtum eſt ſupra ex dictis ꝙ uerā non contingit uere. i. eſſe contrariam neqꝫ opinioneꝫ nec contradictionem aliquam.

Uera nō ē ꝯtraria alteri uere.

¶ **Contrarie enim ſunt que circa ideꝫ oppoſita ſunt. circa eadem autem uerum contingit dicere eundem: ſimul autem non contingit eidem ineſſe contraria.**

¶ Hic philoſophus probat illud ſuppoſitum: ⁊ intēdit talem rationem. Contraria circa idem non poſſunt eſſe ſimul: ſed uera circa idem poſſunt eſſe ſimul: ergo uera nunꝗ erit contraria alteri uere. Circa iſtaꝫ rationem primo ponit declarationem maioris cum dicit [contraria enim.] Secundo declarationem minoris cum dicit [Circa eadem.] maiorem cum dicit [ſimul autem eadem.] Hec eſt ſententia lectionis ⁊ per conſequens totius periermenias ⁊c.

**Queritur** adhuc circa propoſitiones modales. Utrum modus predicetur in illis: ⁊ uerbum ſubiciatur? Et videtur ꝙ modus nō predicetur: quia determinatio compoſitionis nō eſt alterum extremuꝫ compoſitionis: ſed modus eſt determinatio compoſitionis: ergo non eſt alterum extremum: ⁊ ita non eſt predicatum: ⁊ ſic modus non predicat̄ in iſtis propoſitionibus modalibus. ¶ Itē ſi modus predicaretur in iſtis propoſitionibus: ⁊ dictum quidem ſubiceretur: tunc cum dictum ſit ſingulare omnes propoſitiones modales eſſent ſingulares: ⁊ ſic ex ipſis non contingeret ſillogiçare: quod tamen eſt falſuꝫ. Nam ſit bene ſillogiſmus ex modalibus: ut hic cum dicimus omnem hominem currere eſt poſſibile: ſoꝛ. eſt homo. ergo ſoꝛ. currere eſt poſſibile. ⁊ ita cum ſillogiçamus ex modalibus: patet ꝙ non omnes ſunt ſingulares: ⁊ ſic non ſubicitur dictum: quod eſt ſingulare: quia tunc eēnt ſingulares.

Modus ē determinatio cōpōnis.

Ex modalib⁹ ſit ſillo

**Oppoſitum** patet per philoſophuꝫ qui dixit ſuperius ꝙ quatuoꝛ ſunt oppoſitiones: ſicut patet in illis dictis: eſſe ⁊ nō eſſe. ⁊ ſic patet ꝙ modi predicantur in illis modalibus.

¶ Ad hanc queſtionem dicendum ꝙ modi predicātur in iſtis modalibus: mediante tamen uerbo: ⁊ uerbum ſubicitur quando uerbum eſt infinitiui modi: ⁊ ſunt iſti modi quatuoꝛ: ⁊ differunt ad ſe inuicē. Nam iſti modi poſſunt ampliare compoſitioneꝫ: ⁊ hoc poteſt eſſe tripliciter. Unomodo quantum ad eſſe permixtum potentie: ⁊ ſic ſunt poſſibile ⁊ contingens. Aliomodo quantum ad purum eſſe: ⁊ ſic eſt neceſſe. Aliomodo quantum ad priuationem puri eſſe. ⁊ ſic eſt impoſſibile. ¶ Et nota ꝙ poſſibile ⁊ contingens differunt. Nam poſſibile dicitur abſolute non per cōparationem ad ſuam cauſam quam habet. ⁊ ideo diſtinguitur quoddam contingens ut in paucioribus ⁊ quoddam ut in pluribus: ⁊ quoddam ad utrumlibet. Exempla fuerunt ſuperius viſa. ¶ Et nota propter ſolutionem argumentoruꝫ: ꝙ cum dicimus hominem currere eſt poſſibile: hic eſt duplex compoſitio. Una eſt compoſitio in ipſo dicto: ut ſortem currere: que tantum ualet ſicut iſta: ſortem currentem eſſe: Et eſt ibi alia compoſitio principalis: cum dicimus hominem currere eſt poſſibile. ⁊ iſta compoſitio importatur per li eſt: quod eſt uerbum principale: nunc autem modus iſte poſſibile: eſt predicatum: ⁊ pars principalis compoſitionis: ⁊ non determinat illam compoſitionem principaleꝫ: ſed determinat compoſitionem ipſius dicti cum dicimus ita: hominem currere eſt poſſibile. li poſſibile determinat compoſitionem importatam per illud dictum currere. ¶ Ulterius notandum propter ſolutionem ſecundi argumēti: ꝙ iſte propoſitiones poſſunt ſumi dupliciter. Uno modo quantum ad ſubiectum enunciationis. Alio modo quantum ad ſubiectum locutionis. Et dicitur in iſtis ſubiectum enunciationis totum dictum. Subiectum autem locutionis dicitur illud de quo fit locutio: ut hominem currere uel ſoꝛ. nunc autem iſte enunciationes ſi conſiderentur quantum ad ſubiectum enunciationis: quod eſt dictum: cum illud dictum ſit ſingulare omnes poſſunt dici ſingulares. Sed ſi conſiderentur quantum ad ſubiectum locutionis poſſūt dici vniuerſales uel particulares uel indefinite ⁊ ſingulares: ut omnem hominem currere eſt poſſibile: vniuerſalis eſt: hominem currere eſt poſſibile: indefinita eſt. ſed cum dicimus quendam hominem currere eſt poſſibile: particularis eſt. ſoꝛ. currere eſt poſſibile: ſingularis eſt. Sed ſi cōſiderentur omnes iſte quātum ad ſubiectum enunciationis quod eſt totum dictum: ⁊ dictum quodlibet ſit ſingulare: ⁊ vnum non eſt aliud: ſed vnum eſt diuerſum ab alio: ſm hoc omnes poſſūt dici ſingulares. Per hoc patet ſolutio ad obiecta ⁊c. ¶ Ad primum cum dicimus illud quod determinat compoſitionem non eſt alterum extremuꝫ compoſitionis. Concedo: illius compoſitionis quam determinat. Unde (ut viſum eſt) iſte modus poſſibile: cum dicitur ſortem currere eſt poſſibile: bene eſt alterum extremum compoſitionis principalis ⁊ non determinat compoſitionem principalem ſed determinat compoſitionem ipſius dicti ut viſum eſt

Nota qn modi pdicant̄ i modalib⁹ & vbū infinitiui modi ſubicitur

Poſſe ⁊ ꝯtigēs dīnt Triplex ē cōtingēs.

Duplex ē cōpō i ꝓpōib⁹ modalibus.

Subiectū enūciationis. Sbiectū locutiōis

¶ Ad aliud cum dicis ꝙ ſi modus predicaretur ⁊ dictum ſubiceretur: tunc cum dictum ſit ſingulare: omnes propoſitiones modales eſſent ſingulares: ⁊ ſic non contingeret ſillogiçare: quod falſum eſt. ¶ Ad hoc iam patuit ſolutio ꝙ ſi conſiderentur iſte modales quantum ad ſubiectum enunciationis: ſic bene poſſunt dici omnes ſingulares quantuꝫ ad ſubiectū locutionis: ſic non ſunt omnes ſingulares: ut viſum eſt. Et intellige quod dictum eſt: ꝙ in modalibus debet uerbum ſubici ueritatem habet quādo modus accipitur nominaliter: ⁊ eſt uerbum infinitiui modi: aliter autem non: ut homo neceſſario eſt animal: ibi non ſubicitur uerbum quia non eſt infinitiui modi: ⁊ tamen eſt propoſitio modalis. Et ſic patet ex predictis qui ſunt modi facientes propoſitiones modales: ⁊ ꝙ uerum ⁊ falſum non faciunt propoſitiones modales: ſed ſolum iſti quatuor predicti modi qui addunt modum ſpecialem. Et iſta circa lectionē ſufficiant: ⁊ per conſequens circa totum librum periermenias.

VENETIIS PER SIMONEM
DE LVERE.
X. DECEMBRIS. M. DVII.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L

Primus ⁊ ultimus quaterni. alij terni.

qnk. 7.



Cat